NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
13 — C
31
Digitized by Google

Digitized by Google

Am. Guimenius — sive:

Moya (de) - Matthaeus -

Digitized by Google

AMADAEI GVIMENIJ LOMARENSIS,

OLIM PRIMARII SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSORIS.

OPVSCVLVM

SINGVLARIA VNIVERSÆ FERE' THEOLOGIÆ Moralis complectens, adverſus quorumdam expoſtulationes contra nonnullas Ieſuitarum opiniones Morales.

AD TRACTATVS.

De Peccatis.	De Horis Canonicis.	De Baptiſmo.
De Opinione probabili.	De Sacrificio Miſſæ.	De Pœnitentia.
De Fide.	De Iejunio.	De Euchariſtia.
De Charitate.	De Simonia.	De Matrimonio.
De Iuſtitia & Iure.	De Vſuris.	De Cenſuris.

EDITIO NOVISSIMA AB AVTORE CORRECTA & Locupletata, Necnon ſuis Indicibus illuſtrata.

VALENTIÆ.

Ex Typographia IOANNIS BAPT. MARSAL.

ANNO M. DCLXIIII.

Cum Approbat. & Permiſſu.

Digitized by Google

PRÆFATIO DEDICATORIA
ad Lectorem.

CONTRA Societatis Ieſu Scriptores in dies augetur inuidia, crudelitas inualeſcit, & de victoria ſibi blanditur, licet per latus hoſtile in ſuamet ferrum viſcera conuertat. Anonymus (neſcio quis) contra moralem Ieſuitarum doctrinam annis elapſis famoſum libellum quamplurimis probris, & contumeliis contextum per Germaniam ſparſit; eorum, vel vt potius dicam vnius vel alterius Ieſuitæ opiniones, improbabilitatis, ſcandali, temeritatis, & erroris nota denigrantem. Memini, dum eum legerem, epiſtolæ D. Hieronymi ad Auguſtinum. (Epiſt. 14. tom. 2. epiſt. Aug.) expoſtulantis de libro illius per Italiam ſparſo in quo taxabatur locus à D. Hieronymo non rectè expoſitus in epiſtola ad Galatas. Vbi ad Auguſtinum, ſic Hieronymus ſcribit. [*Nonnulli familiares mei, quorum Hieroſolymis, & in Sanctis locis permagna copia eſt, ſuggerebant, non ſimplici à te animo factum, ſed laudem a que rumuſculos, & gloriam populi requirente : vt de nobis creſceres, & multi agnoſcerent, te prouocare, me timere, te ſcribere vt doctum, me tacere vt imperitum. Et tandem inueniſſe qui garrulitati meæ modo imponeret. Ego autem, vt ſimpliciter fatear dignationi tuæ, primum idcirco reſpondere nolui, quia tuam liquido epiſtolam non credebam, nec (vt vulgi de quibuſdam prouerbium eſt) litum melle gladium. Deinde illud cauebam, ne Epiſcopo communionis meæ viderer procaciter reſpondere, & aliqua in reprehendentis epiſtola reprehendere. Præſertim cum quadam in illa hæretica induarem.*]Hucuſque Hieronymus cuius reaſſumens verba ſimpliciter fateor prædicto Anonymo, primum idcirco, cùm Louanij, anno 1645. euulgauit) reſpondere nolui, quia libellum à viro Theologo elaboratum liquido non credebam, vtpote qui opiniones non tam vnius, vel alterius Ieſuitæ, quam aliorum Doctorum communes, infamiæ nota aſpergeret, impiáque cenſura damnaret. Deinde calamum aptare hæſitaueram : tum quia Ieſuitæ ſilentio ſpreuerant, calumnianti, vel ſic exprobrantes, quod

firmiſſimum ſuæ doctrinæ Murum, adamantinis opinionibus, ab antiquis, & peritiſſimis Magiſtris conſtructum arietaſſe attentauerit: tum *ne viderer procaciter reſpondere, & in reprehendentis libello aliqua reprehendere*. Tum quia Louanij, eodem anno 1646. reiecerat acutiſſimus Ioannes de Caramuel, in Theologia Morali, lib. 2. diſp 12. numer. 1311. ibi. [Neſcio quis Anonymus contra Ieſuitas virus euomit, &c.] Vt refert R.P. M. Ioannes Martinez de Prado, Ordinis Prædicatorum in Academia Complutenſi Veſpertinæ D. Thomæ Cathedræ meritiſſimus moderator, tom. 1. Theolog. moral. cap. 15. quæſt. vltima, §. 6. num. 49. ibidem edito anno 1654. [Illud inquit, velim ſine nota ne prætereas, quod ſub voce Anonymi impugnat Dominus Ioannes de Caramuel ſeptem ab hinc annis libellum, &c. In quo attexitur Cathalogus opinionum Societatis laxantium conſcientiam.]

Hæc, inquam, ab opuſculo exarando retardarunt. Sed proh dolor! Vix quinque Propoſitiones Cornelij Ianſenij Epiſcopi Iprenſis damnatæ fuerunt vt hæreticæ ab Innocentio X. anno 1653. in Bulla quæ incipit. [Cum occaſione) expedita die 32. Maij (quam contra nonnullos ex diſcipulis pertinaciter in eadem hæreſi, variis quæſitis coloribus, perſiſtentes innouauit Alexander VII. anno 1656.) Quando libellum penè extinctum, & ad fauillas redactum, quidam ex Ianſeniſtis, à quibus promanauit, vt refert Bernardus Stubrockius, in Notis, contra quoſdam huius furfuris homines editis Coloniæ, anno 1659 fol 6 dicens. [Liber ille famoſus, quem Theologiam moralem Ieſuitarum neſcio quis de grege inſcripſit, ex centonibus Molinæi compactus fuit.) In Societatis, inquam, odium, ſuſcitatum, in varióque tractatus, & epiſtolas, non vno idiomate digeſtum, diſſectúmque, per vniuerſum ferè orbem, rabido furore correptus diſperſit. Quod ſilentio quidem, non modeſtiæ parcere coëgit. Mirabitur nemo, qui expenderit, idem prorſus in cauſa non diſſimili, Baſilio Magno contigiſſe, vt ad exemplar poſteritati reliquit in Epiſtola 73. *Vnde & ego, vbi plures percepi contra me circumferri epiſtolas, quibus perſtringamur, ac notemur, cogitaui quidem ſilentium eſſe, quod, & feci. Quoniam vero*] *multos iam ſilentium noſtrum eo rapuiſſe video, vt ex illo calumnias confirmarint, noſque non lenitatis, & pa-*

tientiæ

tientiæ gratia, ſed quod ad exprimendam veritatem, os aperire nequaquam auſim, eóque ſilere me arbitrentur. Ob eam cauſam ſcribere conatus ſum. Quanquam æquo iudici ad veritatis declarationem, ipſa rerum cognitio ſatis eſt. Qui enim errorum nos inſimulant, conſpicuè deprehenſi ſunt hæreticorum ſauere parti. Quid opportunius? Sed non minus ad rem noſtram in epiſtola 79. *Tempus eſſe tacendi, & tempus loquendi ſermo eſt Eccleſiaſtæ. Et nunc igitur, quoniam abundè ſat ſilentij hactenus præceſſit, opportunum deinceps erit, vt ad pateſactionem eorum quæ ignorantur, os noſtrum aperiamus, &c. Silentio res triſtes ferendas eſſe putaui, fore ratus, vt ipſis aliquando operibus veritatem edocentibus, non nil corrigentur. Neque enim ex malitia aliqua, ſed per ignorantiam talia contra nos dicere arbitrabar. Quoniam vero inimicitiam vnà cum ipſo tempore magis inualeſcere video, & aduerſarios meos ab his, quæ initio ſparſerant, nil immutare, nec aliquam impendere curam, quo præteritis medeatur, ſed magis illa repetendo obfirmare, & ad ſcopum, quem ſibi ipſis initio præfixerunt, compoſito greſſu contendere, vt & vitam noſtram affligant, & nominis noſtri opinionem apud fratres callido commento polluant, iam mihi non videtur tutum, vt ſilentio me cohibeam amplius.* Hactenus Baſilius Magnus. Cuius veſtigia ex eiſdem cauſis premere, non iam conſilij, ſed neceſſitatis nobis erit. Nam cum Ieſuitarum moralis doctrinæ lacte omnes ferè Theologiæ Profeſſores, à tyrocinio mulceantur in omnes iacula contorſit Anonymus: omnes vno ictu ferimur. Quem propterea repellere tenemur, vt cum D. Thoma, & Magno Gregorio, tradit Syluester verb. [Contumelia] num. 5. Vbi inquiens. (Vtrum homo teneatur contumelias ſuſtinere?) reſpondet: [Quandoque tenemur non ſuſtinere. Primò, quando hoc cederet in bonum irrogantis: vt putà, ad reprimendam eius audaciam, iuxta illud Prouerb. 17. *Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam.* Id eſt, ſecundum quod eius ſtultitia meretur. Secundò, quando ex ſufferentia aliorum profectus impediretur. Et hæc ſententia Gregorij Homil. 9. ſuper Ezechielem.] Intentum hoc mira eruditione proſequitur Angelicus Præceptor Opuſculo 19. cap. 14. contra nonnullos contendentes, quod Religioſi ſuis detractoribus reſiſtere non debent. (Patet, inquit, quod Apoſtolus, (2. Corinth.) his, qui de ſe mala diſſeminabant, reſtitit. Item Gregorius

Homil. 9. primæ partis ſuper Ezechielem. Hi quorum vita in exemplum imitationis eſt poſita, debent, ſi poſſunt detrahentium ſibi verba compeſcere, ne eorum prædicationem non audiant, qui audire poterant: perfecti autem viri ſunt, quorũ vita in imitatione eſt poſita, ergo ipſi debent compeſcere linguas detrahentium, cùm poſſunt. Item Auguſtinus, in ſecũdo de Trinitate. Gratanter ſuſcipit oſculum columbinum pulcherrima, & modeſtiſſima Charitas, dentem autem caninum, vel euitat caſtiſſima cauſtiſſimaque humilitas, vel retundit ſolidiſſima veritas. Ex quo patet, quod canini dentes detractorum quandoque ſunt euitandi, quandoque retundendi. Item hoc patet multorum exemplo Sanctorum, vt Gregorij Naziãzeni, Hieronymi, Bernardi, & multorum aliorum, qui apologeticos fecerunt, epiſtolas quibus ſe excuſarent ab his, quæ eis imponebantur.] Hactenus. D. Thomas, Sanctorum ergo Patrum veſtigiis inſiſtens, penſum ſoluens (quia Ieſuitæ doctrinæ addictiſſimus) opuſculum hoc apologeticum communi luci dare decreui; non ad reprimendam Anonymi audaciam, vt conſulit Syluester ſupra, ſed ne animarum profectus, cui toto nixu Ieſuitæ omnes dediti ſunt, ex his, quæ contra eorum moralem doctrinam obiiciuntur, ne in puſillis quidem, & ignorantibus impediri poſſe videatur: tum vt à calumniis vindicata inimicorum etiam calculo firmetur, & poſſit iterato cum Auguſtino [epiſt. 15.] exclamare vniverſa Societas. [*Hoc eſt, quod acute vidit, qui dixit, vtiliores eſſe plerumque inimicos iurgantes, quam amicos obiurgare metuentes.*]

Prodiit etiam Groningæ, anno 1654. libellus alter famoſus contra Scholaſticam Ieſuitarum Doctrinam, cum hac impudentiſſima inſcriptione. (Apologia nouiſſima pro Sancto Auguſtino, Ianſenio, & Ianſeniſtis contra Pontificem, & Ieſuitas. Authore Samuele Mareſio. Nimirum, aduerſus nuperam Conſtitutionem Innocentij X. qua in gratiam Ieſuitarum, & Pelagianorum contra Auguſtini, & Ianſenij ſequaces declarantur, definiuntur quinque propoſitiones in materia fidei.) Sic ibi. Sed quænam maior Societatis laus, quam eandem cum Eccleſiæ Capite in materia fidei ſubiiſſe fortunam? Quinam glorioſior contra hæreticos doctrinæ triumphus, quam eiſdem calumniarum telis impeti, hoſtemque habere

com-

communem?Mareſio modo parcam,quia hæretica perfricatæ frontis libelli inſcriptio maxima Ieſuitarum doctrinæ commendatio eſt. Nec id nouum hæreticis: ducem habuit perfidiſſimum Kemnitium, qui ſuum librum inſcripſit. [Contra Theologiam Ieſuitarum. Quorum elogij rationem reddit Vettacherus inſignis Caluiniſta, in epiſtola dedicatoria ad librum de Verbo Dei.] Quia(In eorum,inquit,ſcriptis melius, & certius cognoſcimus, quid Catholici in quacumque cauſa teneant,quibus potiſſimum argumentis nitantur,& quæ ſi ipſa quodammodo Papiſmi medulla,quæ nô magis in Papa,quam in Ieſuitis ineſſe creditur.) Hanc Ieſuitis glorioſam reddunt hæretici cauſam libros edendi contra Scholaſticam illorum Theologiam.Quam autem habuerit Anonymus ſpargendi libellos contra Moralem,non credo reddidiſſe fideliter,ſed ſub dolore tacuiſſe.

Igitur vt Ieſuitarum opiniones, quas vt eorum commenta ex ipſorum, (vel potius Dianæ) ſcriptis,labore improbo, aut ſaltem ore, exſcripſit,aut euulgauit Anonymus,non eſſe cenſura ab ipſo fulminata dignas omnibus etiam indoctis dilucide conſtet. Et (vt optime ait M. Ioannes Martinez de Prado vbi ſupra.) [Authorem libelli nec à limine ſalutaſſe D. Tho. doctrinam, quod (quod inquit) cuilibet eſt per ſe notum.] Primis reſtituam Authoribus. Et à quibus (ſi impoſtulas demas) Ieſuitæ hauſerint, fideliter indicabo. Et quia nullum pro veritate doctrinæ, nedum probabilitate, qua moralis Theologia contenta eſt; teſtimonium maius; quam ab omnium Magiſtro D.Thoma,eiuſque diſcipulis originem duxiſſe, illorum fideliſſime tranſcriptis verbis, ſuffragia referam, ſatiſque mihi gloriæ relinquetur, ſi cum Auguſtino, (epiſt.15. Anonymo reprehendenti reſpondere poſſis. *Repr hendi non meruit, quod recte defendi poteſt.* Et ſuperius. *Si ea in me reprehendis,quæ reprehendenda non ſunt, te lædis magis,quam me,quod abſit à moribus, vt hec facias voluntate lædendi, culpans in me dente maledico, quodmente veridica eſſe ſcis non culpandum.*

Finis huius Lucubrationis eſt, ſuadere Lectoribus, opinionum congeriem, ob quas nonnullis Societatis Scriptoribus impingitur nouitatis nota,fuiſſe ab antiquioribus traditam,vt velſic apertiſſime notam d iluam,inuidiamque in ſe conflatam

 facile

facile Scriptores declinent. Cæterum de aliis antiquorum ſententiis, quas obiter referam, iudicium breuitati conſulens rariſſime feram: tum quia fuſiorem calamū exigunt; tum quia præſentis inſtituti non eſt propriam ſententiam proferre, ſed pro Ieſuitarum Authores congerere: quorum fundamentis, & authoritate directè, vel indirectè, formaliter, vel illatiuè, morales illorum opiniones à cenſuris ab Anonymo latis liberentur. Quapropter aliorum ſententias prælibaſſe contentus, earum de probabilitate, vel improbabilitate iudicium, doctoribus remitto, Indicare tamen non deſinam aliquarum, ſi ab aliis forſan traditam, cenſuram, inuenero. Et præcipue quam ſemper veneror Supremi Tribunalis Sanctæ Inquiſitionis, vt quibus nigrum theta à cenſoribus Fidei præfixum legeris, fugias. Inſuper monitum te velim, ne ex numero, aut grauitate Doctorum, qui in hoc opere diligenter afferuntur, cuiuſque opinionis probabilitatem inferas. Sed aliunde rem perpendas, conſulaſque Doctores, qui minutiùs ſententias concidunt, & in examen adducunt.

Apologiam ergo ſic contexere curabo, vt nemini ſit offenſioni, vtilitati omnibus. Tum quia volumine breui variarum opinionum moralium notitiam haud difficile ebibent. Licet enim nulli me adſcribere velim, quæ inter Doctores probatæ authoritatis communis non ſit, quam plures tamen in Theologia ſingulares ex aliorum mente refero; non vt probabiles, ſed vt Anonymi non ſimplex inde innoteſcat animus, qui non eas, vt debuiſſet, ſed quæ vnius, vel alterius Ieſuitæ, et ſi inter alios communes, in cenſuram vocauit. Tum quia omnibus Theologiæ profeſſoribus, veritatis ſpeculum, Ieſuiticæ abſque næuo referens Doctrinæ vultum, hoc obiicitur opuſculo; quod fulgentiſſima Thomiſtarum face in Phœbea D. Thomæ luce irradiatum, omnes calumniarum nebulas chryſtallum obſcurare nitentes compellit euaneſcere: omniumque accendit animos, vt idem in Domino Sapientes Catholicæ Fidei puritati, & animarum ſaluti, corde vno, & calamo vno, Vniuerſo acclamante incumbant. Hic eſt Lucubratiunculæ ſcopus, amice Lector, attingam, ſi opellam hanc, vt ſpero non iniucundam, candida perlegas mente. Vale.

APPRO-

APPROBATIO ADMODVM R.P. HIERONYMI La Chiana, è Societate Ieſu ad cenſuram librorum deputati in Regno Siciliæ.

DE mandato Reuerendiſſimi Antonij Geluſo, V.G.S.V. & Illuſtriſſimi Domini Regentis D. Petri Gregorio. Præſidis M. R. C. in hoc Regno Siciliæ, vidi, librum, cui titulus: Aduerſus quorundam expoſtulationes, &c. Authore Amadæo Guimenio, & cum nihil in eo repererim, quod Fidei Catholicæ, aut bonis moribus repugnet, nec aliquid contineat, quod Regiam iuriſdictionem perturbet; & valde vtilem legentibus fore deprehenderim propter multiplicem, qua refertus eſt, eruditionem, & ad reprimendas imposteris calumnias nonnullis ſcriptoribus Societatis Ieſu obiectas maximè opportunum exiſtimem. Illum digniſſimum eſſe cenſeo, qui Typis mandetur.

Hieronymus La Chiana, è Societatis Ieſu deputatus.

APPROBATIO ADMODVM R.P.F. LVYSII A VALENTIA, Miniſtri Prouincialis, ſemel, & iterum, Ordinis Fratrum Minorum Franciſciadum Capuccinorum, Prouinciæ Sanguinis Chriſti, in Regnis Valentiæ, & Murciæ, Liberalium Artium Magiſtri, Sacræ Theologiæ Anteceſſoris, ac Lectoris Iubilati, & apud Fidei Iudices Sacros, in vtriuſque Corona Senatibus Conſiliarij Qualificatoris.

MAxima animi voluptate, nec minus intenta mentis indagine pretioſum Opuſculum affabre concinnatum; nemúſque amœniſſimum, pulchris, variiſque floribus, ſeu difficultatibus, ſolidè ac neruosè enodatis, iucundè conſitum à ſapientiſſimo Amadæo Guimenio Lomarienſi, Primario olim Sacræ Theologiæ Profeſſore, cui eſt titulus: *Aduerſus quorundam expoſtulationes, contra nonnullas Ieſuitarum opiniones morales Opuſculum.* Ex mandato Admodum Illuſtriſſ. D. D. Ioannis de la Calua, & Gutierrez, Officialis, & Vicarij Generalis, pro Illuſtriſſimo ac Reuerendiſſimo Domino D. Martino Lopez de Ontiueros, Archipræſule Valentino, Regióque

ē Con

Conſiliario, &c. Sedulo vidi, accuratè euolui, & penſiculatius expendi, Nec modo in aliqua Authoris Theſi, quidam fidei orthodoxæ dogmatibus rectorum morum inſtitutis, deſideratæque veritatis veſtigiis deuium offendi: quinimo eius conſilium inuidioſum ſummis laudibus, præconiiſque, oppido offerendum ſenſi. Diſrumpitur hæreticæ impietatis animus, liuor virulentus eff ruet in ſacerrimam, nunquamque dignis illuſtratam encomiis, Societatem Ieſu. *Equidem ex illa* (vt verbis vtar Auguſtinianæ Familiæ Magni luminis Leonardi Coccæi doctiſſima Apologia, ad miraculum pia, & erudita, contra Philippum Mornæum pro Summis Pontificibus, pag. mihi 87. *Ex Societate, inquam, tanquam ex Equo quondam Troiano prodierunt multi Patres, doctrina valde inſignes, qui operam ſuam Eccleſiæ Chriſti, in defendenda Fide Catholica, confutandis Hæreſibus, valde vtiliter accommodarunt. Vnde vero illis Mornæus inuidiam & odium concitare ſe putat, inde magnam gloriam comparat. Quod enim maius gloriæ ſignum eſt, quam ab iſtis, Triarios Pontificis, hoc eſt exercitus Dei viuentis, formidabilem hoſtibus & inexpugnabilem quandam Phalangem appellari? Compoſitus eſt Dei exercitus vnde in dies prodeunt viri doctrina, & pietate inſignes, ex quibus & robuſtiſſimi quoque milites in Triarios eligi valeant, vt omnes diaboli acies proſternere, ac penitus fundere nullo negotio poſſint, &c.* Hucuſque Coccæus, & profundiori ſtylo Apoſtolica Oracula Pauli III. Gregorij XIII. Pij V. aliorúmque Summorum Pontificum in ſuis Diplomatibus in æthera vſque laudibus efferunt Societatem, eiuſque in victorum militum facinora pandunt. Hæc cum Apoſtolico interminando ita ſe habeant, quid mirum ſi Orcus in tantæ Matris venerabiles liberos excandeſcens infremuerit? Ac per infidos ſuos, & Anonymum (qui pudore fortè correptus, nomen non dedit) in eorum mirabilem, ſanámque inuehant doctrinam, eorûmque placita iniquis notando cenſuris eorum inuerecundè famam ſtudeant denigrare? Cæterum etſi vt Dyon & Elianus dicebant: *Res geſtas taxare cuilibet facillimum eſſe, at res egregias gerere perdifficile, pauciſque datum.* Et Xenophon relatus à Comite Villarroſatæ, Mario Cutellio in Codice Legum Siculorum, pagina mihi 484. ſcriptum reliquit. *Difficile eſſe aliquod reperiri opus in quo nihil à quoquam reprehendatur, eſt enim arduum ita quidquam perficere, vt non alicubi peccet. Quod ſi etiam, ſine aliquo errore quidquam peragat aliquis, non facile eſt quin patiatur, ac inueniat aliquem iniquum Iudicem, &c.* Hanc in Anonymo, Ieſuitica Societas virtutum ac ſcientiarum Emporium experta eſt. Et cum penè prodigium ſit in tot imò innumeris ferè eius Authoribus, qui ingenij ſui monumenta tradiderunt aliud, quod carpat haud deprehenderit. Ipſa tamen non inanis phylautiæ ardore ducta, æquo animo calumniis pepercit, firmans exemplo, quæ verbo docet, vt ſuæ conſuetæ (forſitan nimiæ, modeſtiæ non parcat. Cum pluribus æquum videretur, quod eorum vita ac doctrina in exemplar imitationis poſit, ab ea acerrimè contra detrahentium linguas propugnaretur. Cum vt Vlpianus L. Iſti

quidem-

INDEX VERBORVM.

A.

ABORTVS, pag.5. n.3.
Abſolutio, 39.41.248. & ſeq.
Actio vna plures lædens, 196
Adulterium, 90.101
Amor Dei,& proximi. 65.& ſeq.
Apoſtata. 281.n.1
Aſpectus turpes, 14. & ſeq.
Attentio, 115.132
Attritio, 67.n.6

B.

BAptiſmus, p.99.174. & ſeq.238. n.2.239.n.2
Bellum nauale, 102
Beneficium, 115.155 213
Bulla Cruciatæ, 43.n.5.49,n.1

C.

CAmbium, p.156
Canonizatio, 177.n.6
Cato, 134.n.3
Cenſura, 279
Chocolate, 137. n.5.& ſeq.
Chriſtiani captiui, 108
Circumſtantiæ aggrauantes, p.215.& ſeq. 251
Clericus, 93.143. n.3.279. & 283
Cognatio ſpiritualis, 262
Collatio ſerotina, 134.& ſeq.148
Comœdiæ, 17.n.6.& ſeq.
Communio, 138.n.10.227
Compenſatio, 110
Complex, 183.195
Conceptio, 268
Confeſſarius 157.n.6.195.213.217
Confeſſor ſollicitans, 53.56
Confeſſio, p.3.n.4.187.189.200
Coniux 250 252.& ſeq.261
Conſilium, 27.n.2
Conſuetudo, 120.n.3.& ſeq.128
Contritio, 67.n.4.& 5.232.n.3
Contumelia, p.86
Copula, p.208
Correctio fraterna, p 71.& 75.& ſeq.
Curatus, p.213

D.

DEcretales, p.176.n.3.& 4
Debitum. 110.& ſeq.168.n.7
Debitum coniugale, 206.n.5.262.265
Delectatio moroſa, 21.n.10.192.n.4 257.266.n.3
Denuntiatio, 53.56
Deſiderare malum, 6.92
Detractio, 83.n.1.93.& ſeq.
Diſpenſatio, 244.& ſeq.
Diſtillatio, 2.3.n.3.350.n.2
Doctrina, 190.n.4
Dubium peccatum, 187.189.232
Duellum, 87.& ſeq.

E.

EBrietas, p.3.& 70
Eccleſia. 176.n.3.& ſeq.206
Electio, 104.107
Emptio, 153.n.8.& ſeq.264.& ſeq.
Epiſcopus, 40.n.3.42.249
Error, 59.n.2.75.176.n.4.& ſeq.
Euchariſtia, 138.n.10
Excommunicatio, 279.& ſeq.
Exercitiorum liber. 60

O 1.1i

F.

FAlſarius ſcripturarum, p.111
Fama, 76.n.93.& ſeq.
Fautores hæreticorum 50.n.1
Fornicatio. 26.n.4.208
Fides 36. & ſeq.176
Furtum 25.214.& ſeq.282.n.4

H.

HAbitus Religionis, p.281
Hæreſis, 41.& ſeq.176.n.2
Hæreticus, 45.48
Homicidium, 41.& ſeq.101
Honor, 93.& ſeq.
Horæ Canonicæ, 115.& ſeq.

I.

IEiunium Eccleſiaſticum, p.133
Ieiunium naturale. 138.n.10
Inceſtus, 192.n.3
Indulgentia, 51.n.5.249.n.3
Infamare, 84.& ſeq.93
Infamia, 56
Inpiratio diuina, 1.& ſeq.
Irregularitas, 284
Intentio 179.n.10.182.n.17
Iudex, 99.113
Iudicium temerarium, 244.n.2
Iuramentum; 105.n.4.125.n.7

L.

LActicinia, p.144.& ſeq.
Lardum, 133
Lucrum, 158.& ſeq.171.n.12

M.

MAledictio, p.6.197.n.2
Maria Virgo, 268.& ſeq.
Martyrium 181.n.15.& ſeq.
Matrimonium, 241.& ſeq.
Matrimonij impedimenta 249.n.2
Mendacium, 113.n.5
Merces vltroneæ, 164.n.4.& ſeq.
Metus 4.n.2.108.n.2.& ſeq.
Miſſæ auditio, 130.& ſeq.
Miſſæ celebratio, 121.128
Moniales 117.& ſeq.
Montes pietatis, 167.n.5.& ſeq.
Muſtum, 238
Mutuum, 158.& ſeq.

O.

OCcaſio peccandi, p.90
Occultum, 83.84.204.
Opinio, 27. & ſeq.113.157. n.5.164.n.2
Ordo 243.n.5.255.n.6
Oſcula, 11.& ſeq.18.252
Oua, 133.1334.n.3.n.44

P.

PActum, p.149.& ſeq.164.n.3
Papa, 60.75.176
Parentes, 48.c.2.203.
Parua materia, 23.135.n.2.& ſeq.
Peccatum cordis, 189.
Peccatum dubium, 187.189.
Peccatum contra naturam, 200.& ſeq.
Penſio, 115.n.4.153.n.7.
Periculum peccandi, 16.
Permiſſio peccati, 90.n.2.
Pollutio 8.& ſeq.102.108
Pœnitentia, 72.n.3.183.198
Præceptum, 65.143.n.3.& ſeq.
Prælatus. 39.155.210
Priuilegium, 126.847
Prutitus, 13
Puer, 134.n.3
Purgatorium, 50.& ſeq.128.n.2

R.

REligioſi, p.59.93
Religioſus, 93.147.n.7.244.264 n.3.281.
Reſtitutio, 116.n.3.& ſeq 217
Reuelare, 83.211.n.3.& ſeq.
Reuelatio, 50.n.1.243

S.

SAcramentum, 241.279
Sacrificium Miſſæ, 128.& ſeq.
Sacrilegium, 204.& ſeq.
Sagimen, 133.
Satisfactio ſacramentalis, 163.& ſeq.
Secretum, 83
Semen, 13.& ſeq.
Sententia, 115

Sigillum

Sigillum confeſſionis 209.& ſeq.
Simonia, 149.& ſeq.
Simplex Sacerdos, 213. & ſequent.
Societatis contractus, 166.n.2
Sodomia, 25.200.202.250
Sollicitatio, 53.& ſeq.
Sponſalia 204.n.4
Sponſus, 11.257.n.2
Stipendium Miſſæ, 122.& ſeq.127
Stuprum, 203
Suffragia pro defunctis, 128.n.2
Suſtentatio congrua, 123.n.4

T.

TActus impudici, p.8.& 9.n.3.206
Tabernarius, 172
Teſtis, 46.n.5
Teſtimonium falſum, 86.n.3
Tributum, 34.& ſeq.

V.

VEnditio, p.159.num.3.& ſequen. 163
Violatio Eccleſiæ, 204.& ſeq.
Vindicta, 97
Virginitas, 203.268.n.1
Vita, 45.n.2
Viuæ vocis Oracula, 147.n.8
Votum, 245.n.3.265.& ſeq.
Vſura, 158.& ſeq.
Vuæ paſſæ, 238

FINIS.

Digitized by Google

quidem 8. § 2. ff. Quod metus cauſa aſſeruit. *Viris bonis iſte metus* (infamiæ exponit Gothofredica Gloſſa) *maior quam mortis eſſe debet.* Et L. Qui cum maior 14. §. 6. ff. de bonis libertor. Idem Iuriſconſultus: *Si ab eo petitus retorſit in eum crimina, ignoſcendum eſt ei, ſi voluit ſe vlciſci prouocatus:* vbi *vlciſci*, ſe tueri Don Iuannes Suarez de Mendoza in commentariis ad L. Aquiliam eſt interpretatus, & diſertiſſimè D. Auguſtinus libro ſecundo Tunit. ab Angelico Præceptore relatus in Opuſculo 19. Apologetico, capite 14. *Gratanter ſuſcipit oſculum columbinum pulcherrima, & modeſtiſſima charitas: dentem autem caninum, vel euitat cautiſſima cautiſſimaque humilitas, vel retundit ſolidiſſima veritas.* Sed etſi Ieſuiticæ Societati mire adaptetur de magna Carthagine dictum à Criſpo, referente Macrobio Saturnali, capit. vltim. *Nullius laudibus Carthago creſcit, nec vituperatione minuitur.* Æquiſſimus nihilominus Omnipotens in manibus aduerſarij illam minime derelinquens, ſuſcitauit ſpiritum ſapientiſſimi Amadæi eiuſdem lacte ſine dolo nutriti, apprehendentis arma, & ſcutum, ſuaque flammea dexteritate: doctrinam Doctorum Ieſu præclaro nomine ſignatorum ſtrenue decertantis, animoſitatem aduerſarij coercentis, tela retundentis, valentis cum Hieremia merito iactare, capite 13. verſ. 21. in Anonymum: *Tu enim docuiſti me aduerſum te, erudiſti in caput tuum;* ictus item quibus impetuntur fruſtaneos, irritos & vanidos ſuæ doctrinæ candore degentis. De quo Virgilius ceciniſſe videtur.

Romanæ ſtirpis origo.
Sydereo flammans clypeo, cæleſtibus armis.

In quo Magiſtris ſuis iuſte debitum perſoluit, ex textu in l. Aquilius Regulus 27. ff. de donationib. Qui cum Nicoſtrato Præceptori ſuo habitationis domum reliquiſſet, ac defuncto Aquilio controuerſiam habitationis pateretur Nicoſtratus pro eo ſententiam Papinianus protulit. *Illam non veram donationem eſſe. Verum officium Magiſtri quadam mercede remuneratum Regulum.* Iure igitur feliciterque pro ſuis moderatoribus Amadæus dimicauit ac vicit, Sed age iam nollem me ſuſpectum haberi, rigidaſque cenſoris leges pro encomiis commutare: Ne quis tamen nimis ſcrupuloſè miretur limites iudicantis tranſgreſſam ſobolem: *Sum equidem*, vt verbis vtar Caſſiodori libro 12. epiſt. 2. ad Ioan. Pap. *Iudex Palatinus, ſed veſter non deſinam eſſe diſcipulus*, perpetuoque requiram debita Ieſuitis meis decantare Doctoribus. Affirmo igitur opus hoc ex iis maximè eſſe de quibus Paulus in l. Ad exhibendum 19. ff. de ſeruo corrupto ibi: *Quia cum eos legiſſet doctior, & melior futurus eſſet.* Eſt enim ſanioris, ac purioris doctrinæ, quippe Aquinati Cherubico nixæ, & haud modo dignum vt prælo denuo mandetur iudicio, ſed quod in oculis omnium manibuſque verſetur. Prodeat ergo

PROPOSITIONES, QVÆ VT IMPROBABILES, Scandaloſæ, temerariæ, & erroneæ, & Ieſuitarum commenta in libro Anonymi notantur.

EX TRACTATV DE PECCATIS.

PROPOSITIO I.

Diuinis inſpirationibus non correſpondere, ne venialis quidem culpa eſt; nec materia, quæ in Sacramento Pænitenitæ ſubminiſtrari poſſit. Tannerus Ieſuita 1. 2. *diſput.* 4. *quæſtion.* 10. *dubit.* 4. *num.* 70.

1. Rꝶ. SI diuinæ inſpirationes ſint circa opera conſilij (de quibus tantum loquitur Tannerus) videtur manifeſtum, quia, alias, nõ eligere Cœlibatum, Paupertatem, aut Religionem, peccatum eſſet, ac proinde non iam conſilij, ſed præcepti opera forent. Præterea, ſi carentia correſpondentiæ per puram omiſſionem contingat, omni culpa vacabit, in opinione aſſerentium non correſpondere per puram omiſſionem inſpirationibus diuinis, circa opera etiam præcepti, non eſſe peccatum actuale. Quod tenet. M. Marcus Serra 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 8. *dub.* 1. Vbi inquirit. [An peccet actualiter non reſtituendo rem alienam iniuſtè

 acceptum

acceptum, qui poteſt & aduertit ad restitutionem teneri.] Et reſpondet negatiuè cum Caietano. [Quia peccatum (inquit) iniuſtæ acceptionis continuari non poteſt ſine aliquo voluntario, cum ſola omiſſione reſtitutionis.] Caietani verba reperies 2.2. *quæſt.* 3. *art.* 3. §. *Reſtat igitur* vb ſic: [Ad dubium patet reſponſio, quod detentor, in quantum detinet, non continuè peccat, ſed quoties renouat conſenſum detinendi.] Iam verò, ſi per actum poſitiuum voluntatis, nolit opera conſilij, Cœlibatum, aut Religionem amplexari, difficile de peccato argui poterit, ſi ſequatur opinionem admittentem actiones ſingulares indifferentes in indiuiduo: quam cum D. Bonau. D. Gregorio Nazianzeno, & aliis Theologis defendit Vazquez 1.2. *tom.*1. *diſp.* 73 *cap.* 2. & 3. ſed his omiſſis.

2. Sententia P. Tanneri eſt expreſſa D. Thomæ 2. *ſentent. diſt.* 39. *quæſt.* 3. *art.* 3. *ad* 6. vbi ſic ait. [Quando conſcientia dictat alicui, quod bonum eſt facere aliquod opus conſilij, ſi non facit, non peccat, quia non apprehenditur illud vt bonum debitum, & præcepto ſubiacens.] Sic Angelicus Doctor: quem in terminis noſtræ quæſtionis ſequuntur Ioannes Sancius *in Selectis. diſp.* 1.6. & 7. Diana 3. *part. tract.* 4. *reſolut.* 51. & tanquam probabilem admittit Reuerendiſſimus P. Leander à SS. Sacramento Ordinis Diſcalceatorum Sanctiſſimæ Trinitatis Miniſter Generalis Meritiſſimus *tom.*1. *de Pœnitentia tractat.* 5. *diſput.* 1. *q.* 9. & nouiſſimè defendit R. P. Chriſtophorus Delgadillo Regularis Obſeruantiæ S. Franciſci Lector Complutenſis Iubilatus, & ſuæ Caſtellanæ Prouinciæ Definitor, electus Epiſcopus Tuicenſis, *in ſuo perelegantí opere de Pœnitentia capit.* 17. *dub.* 48. Vbi ſic ſcribit. [Denique ad diſcretionem confeſſionis ſpectat, ne pœnitens ſe accuſet de illis, quæ non ſunt confeſſionis materia, adhuc ſufficiens,] & infra. (Aliqui ſe accuſant de nō correſpōdendo inſpirationibus Diuinis, quod tamen fieri non debet. Quia aut inſpiratio eſt ad implendum præceptum, & tunc illi non correſpondere, non eſt peccatum diſtinctum à tranſgreſſione præcepti; ac proinde ſatis eſt, quod explicetur ipſa tranſgreſſio præcepti. Si vero inſpiratio eſt ad implendum conſilium, vt ad ingrediendum Religionem, nullum eſt peccatum, adhuc veniale, (quidquid dicat Toletus *lib.* 3. *c. 19.* 2) illi non correſpondere, cum nemo teneatur ad opera conſilij.] Hæc Delgadillo.

3. Non tamen ideo infitiandum poſſe in his aliquando immiſceri peccatum, vt optime obſeruat D. Thom. *de veritate, quæſt.* 17. *de conſcientia art.* 3. *ad* 11. [Perſuaſio (inquit,) vel inductio ad aliquid agēdum non habet vim coactiuam, &c. & ex iſto conſilio aliquando conſcientia procedit, ſed cum conſcientia non liget niſi ex virtute eius, quod in conſcientia habetur; conſcientia, quæ ex conſilio habetur, non alio modo poteſt obligare, quam ipſum conſilium, ex quo aliquis obligatur, vt non contemnat, non vt impleat] ex quibus liquidò conſtat; non peccare, quia Diuinis inſpirationibus, circa opera conſilij, non correſpondet; ſecus verò qui eas contemnit, & in hoc caſu, ſi velit generaliter confiteri, debet ſe accuſare in hunc modum. [Dico meam culpam de ſuperbia, quam habui contra

ſta D:úm, eius inſpirationes, & omnia beneficia negligendo] ſic D. Thom. *opuſc.64. de modo confitendi. §.Complacentia.* Adde pro Tannero, quod etiam in caſu, quo deficiat contemptus, ac proinde omnis culpa, non improbat ipſe praxim fidelium, qui ob humilitatem, & maiorem ſui perfectionem de eiuſmodi imperfectionibus ſimul cum venialibus ſe accuſant. Sed quidquid de his ſit.

4. Dubitandum non eſt, licitum eſſe peccata in aliis iam confeſſionibus remiſſa iterum, atque iterum confiteri, vt tradunt communiter Doctores contra Magiſtrum Dominicum de Soto oppoſitum mordicus defendentem *in 4. Sent. diſtinct. 18. q. 4. art. 5. in fine.* Vbi ſic ait. (Hic autem circa iſtas confeſſionum repetitiones, peccatorum ſcilicet, alias ſacramentaliter remiſſorum, adnotandum eſt, quod non ſunt eiuſmodi confeſſiones pro libito repetendæ: eſſet enim abuſus Sacramenti, iterum atque iterum eadem peccata abſque cauſa confiteri; & tantus poſſet eſſe abuſus, vt Sacramentum nullum eſſet, & nullam conferret gratiam, imo eſſet Religionis ludibrium. Sed tunc tantum eiuſmodi repetitiones ſunt licitæ, quando cauſa grauis interuenit, videlicet, ſi forte ſe offerat grauis Confeſſarius, & doctus, cui homo vult detegere vitam ſuam, vel in mortis articulo, vel in aliquo magno feſto & iubilæo; idque non quotannis, ſed tariſſimè.) Hactenus Sotus. Sed expreſſe contra D. Thom. *in 4. diſt. 17. quaſt. 3. art. 3. in fine.* Vbi ait. (Quantò pluribus Sacerdotibus confitetur quis, tantò plus de pœna ei remittetur; tum ex erubeſcentia confeſſionis; tum ex vi clauium. Vnde toties poſſet aliquis confiteri, quod ab omni pœna liberaretur; nec iteratio iniuriam facit Sacramento,) & *art. 5. ad ſecundam quæſtionem.* (Et ideò quantò aliquis pluries de eiſdem peccatis confitetur, tanto magis pœna diminuitur.) Sic Angelicus Doctor, cuius ſententiam amplectitur Sotus *in 4. diſt. 19. quaſt. 1. ad argumenta*, dicens (Quid ergo melius, quàm ſemper confiteri, quouſque, poſt centeſimam, vel milleſimam cõfeſſionem, eſſet tota pœna remiſſa debita quibuſcunque peccatis.) Hæc cum D. Th. Scotus, quos ſequuntur diſcipuli.

PROPOSITIO II.

Si quis per violentiam tibi mortem minetur, licitum eſt te inebriare vitandæ mortis cauſa, quando aliter euadi non poteſt. Layman Ieſuita *lib. 3. ſect. 4. n. 5.* Leſſius Ieſuita *lib. 4. cap. 3. dub. 4. num. 66.* *Nota conſequentiam ad alia peccata.*

1. ℟. Mirum non eſt, quod hi Doctores doceant, ebrietatem eſſe licitam ad vitandam mortem, quando alij ad conſeruandam etiam ſalutem licere putant. Quod non ſit mortale defendunt Syluеſter *Verbo ebrietas, quaſt. 3. num. 4.* [Si ſanitas (inquit) aliter procurari

acceptum, qui poteſt & aduertit ad reſtitutionem teneri.] Et reſpondet negatiuè cum Caietano. [Quia peccatum (inquit) iniuſtæ acceptionis continuari non poteſt ſine aliquo voluntario, cum ſola omiſſione reſtitutionis.] Caietani verba reperies 2.2. *quæſt.* 13. *art.* 3. §. *Reſtat igitur* vbi ſic. [Ad dubium patet reſponſio, quod detentor, in quantum detinet, non continuè peccat, ſed quoties renouat conſenſum detinendi.] Iam verò, ſi per actum poſitiuum voluntatis, nollet opera conſilij, Cœlibatum, aut Religionem amplexari, difficile de peccato argui poterit, ſi ſequatur opinionem admittentem actiones ſingulares indifferentes in indiuiduo: quam cum D. Bonaur. D. Gregorio Nazianzeno, & aliis Theologis defendit Vazquez 1.2. *tom.* 1. *diſp.* 73 *cap.* 2. *&* 3. ſed his omiſſis.

2. Sententia P. Tanneri eſt expreſſa D. Thomæ 2. *ſentent. diſt.* 39. *quæſt.* 3. *art.* 3. *ad* 6. vbi ſic ait. [Quando conſcientia dictat alicui, quod bonum eſt facere aliquod opus conſilij, ſi non facit, non peccat, quia non apprehenditur illud vt bonum debitum, & præcepto ſubiacens.] Sic Angelicus Doctor: quem in terminis noſtræ quæſtionis ſequuntur Ioannes Sancius *in Selectis. diſp.* 1.6. *&* 7. Diana 3. *part. tract.* 4. *reſolut.* 51. & tanquam probabilem admittit Reuerendiſſimus P. Leander à SS. Sacramento Ordinis Diſcalceatorum Sanctiſſimæ Trinitatis Miniſter Generalis Meritiſſimus *tom.* 1. *de Pœnitentia tract.* 5. *diſput.* 1. *q.* 9. & nouiſſimè defendit R. P. Chriſtophorus Delgadillo Regularis Obſeruantiæ S. Franciſci Lector Complutenſis Iubilatus, & ſuæ Caſtellanæ Prouinciæ Definitor, electus Epiſcopus Tuicenſis, *in ſuo pereleganti opere de Pœnitentia capit.* 17. *dub.* 48. Vbi ſic ſcribit. [Denique ad diſcretionem confeſſionis ſpectat, ne pœnitens ſe accuſet de illis, quæ non ſunt confeſſionis materia, adhuc ſufficiens,] & infra. (Aliqui ſe accuſant de nō correſpōdendo inſpirationibus Diuinis, quod tamen fieri non debet. Quia aut inſpiratio eſt ad implendum præceptum, & tunc illi non correſpondere, non eſt peccatum diſtinctum à tranſgreſſione præcepti; ac proinde ſatis eſt, quod explicetur ipſa tranſgreſſio præcepti. Si vero inſpiratio eſt ad implendum conſilium, vt ad ingrediendum Religionem, nullum eſt peccatum, adhuc veniale, (quidquid dicat Toletus *lib.* 3. *c.* *ap.* 2.) illi non correſpondere, cum nemo teneatur ad opera conſilij.] Hæc Delgadillo.

3. Non tamen ideo infitiandum poſſe in his aliquando immiſceri peccatum, vt optime obſeruat D. Thom. *de veritate, quæſt.* 17. *de conſcientia art.* 3. *ad* 11. [Perſuaſio (inquit,) vel inductio ad aliquid agēdum non habet vim coactiuam, &c, & ex iſto conſilio aliquando conſcientia procedit, ſed cum conſcientia non liget niſi ex virtute eius, quod in conſcientia habetur, conſcientia, quæ ex conſilio habetur, non alio modo poteſt obligare, quam ipſum conſilium, ex quo aliquis obligatur, vt non contemnat, non vt impleat] ex quibus liquidò conſtat; non peccare, quia Diuinis inſpirationibus, circa opera conſilij, non correſpondet; ſecus verò qui eas contemnit, & in hoc caſu, ſi velit generaliter confiteri, debet ſe accuſare in hunc modum. [Dico meam culpam de ſuperbia, quam habui con-

tra

tra Deum; eius inſpirationes, & omnia beneficia negligendo] ſic D. Thom. *opuſc.64. de modo confitendi. §.Complacentia.* Adde pro Tannero, quod etiam in caſu, quo deficiat contemptus, ac proinde omnis culpa, non improbat ipſe praxim fidelium, qui ob humilitatem, & maiorem ſui perfectionem de eiuſmodi imperfectionibus ſimul cum venialibus ſe accuſant. Sed quidquid de his ſit.

4. Dubitandum non eſt, licitum eſſe peccata in aliis iam confeſſionibus remiſſa iterum, atque iterum confiteri, vt tradunt communiter Doctores contra Magiſtrum Dominicum de Soto oppoſitum mordicus defendentem *in 4. Sent. diſtinct. 18. q. 4. art. 5. in fine.* Vbi ſic ait. (Hic autem circa iſtas confeſſionum repetitiones, peccatorum ſcilicet, alias ſacramentaliter remiſſorum, adnotandum eſt, quod non ſunt eiuſmodi confeſſiones pro libito repetendæ: eſſet enim abuſus Sacramenti, iterum atque iterum eadem peccata abſque cauſa confiteri; & tantus poſſet eſſe abuſus, vt Sacramentum nullum eſſet, & nullam conferret gratiam, imo eſſet Religionis ludibrium. Sed tunc tantum eiuſmodi repetitiones ſunt licitæ, quando cauſa grauis interuenit, videlicet, ſi forte ſe offerat grauis Confeſſarius, & doctus, cui homo vult detegere vitam ſuam, vel in mortis articulo, vel in aliquo magno feſto & iubilæo; idque non quotannis, ſed rariſſimè.) Hactenus Sotus. Sed expreſſe contra D. Thom. *in 4. diſt. 17. quaſt. 3. art. 3. in fine.* Vbi ait. (Quantò pluribus Sacerdotibus confitetur quis, tantò plus de pœna ei remittetur; tum ex erubeſcentia confeſſionis; tum ex vi clauium. Vnde toties poſſet aliquis confiteri, quod ab omni pœna liberaretur; nec iteratio iniuriam facit Sacramento,) & *art. 5. ad ſecundam quaſtionem.* (Et ideò quantò aliquis pluries de eiſdem peccatis confitetur, tanto magis pœna diminuitur.) Sic Angelicus Doctor, cuius ſententiam amplectitur Sotus *in 4. diſt. 19. quaſt. 1. ad argumenta*, dicens (Quid ergo melius, quàm ſemper confiteri, quouſque, poſt centeſimam, vel milleſimam cõfeſſionem, eſſet tota pœna remiſſa debita quibuſcunque peccatis.) Hæc cum D. Th. Scotus, quos ſequuntur diſcipuli.

PROPOSITIO II.

Si quis per violentiam tibi mortem minetur, licitum eſt te inebriare vitandæ mortis cauſa, quando aliter euadi non poteſt. Layman Ieſuita *lib. 3. ſect. 4. n. 5.* Leſſius Ieſuita *lib. 4. cap. 3. dub. 4. num. 66.* *Nota conſequentiam ad alia peccata.*

1. ℞. Mirum non eſt, quod hi Doctores doceant, ebrietatem eſſe licitam ad vitandam mortem, quando alij ad conſeruandam etiam ſalutem licere putant. Quod non ſit mortale defendunt Syluester *Verbo ebrietas, quaſt. 3. num. 4.* [Si ſanitas (inquit) aliter procurari

non poſſet niſi per ebrietatem, ex qua nullum periculum ſequitur, non video quod ſit mortale.] M. Petrus de Ledeſma eiuſdem Prædicatorum Ordinis, *in ſumm. part. 2 tractatu 2. capite tertio, de Gula. §. de lo dicho.* [*Si fueſſe neceſſario por la conſiſtencia, è ſalud del indiuiduo, beuer demaſiada cantidad, de ſuerte que vno ſe vbieſſe de embriagar, el embriagarſe en tal caſo no es peccado mortal.*] Quod autem nec veniale peccatum ſit tradit Caietanus *in ſumm. verb. ebrietas.* [Si quis (ait) ex intentione inebriaretur, ex diſpoſitione artis medicinæ, propter ſanitatem; non eſſet ebrietas peccatum etiam veniale;] idémque docet 2. 2 *quæſtione* 150. *articulo* 2. [cuius ratio (inquit) eſt, quia ebrietas in illo caſu non eſſet ebrietas formaliter, quæ eſt peccatum, ſed materialiter tantum, quoniam non eſſet ex delectatione in potu vini, & eſſet licita,] & *ibidem* §. Ad hoc dicitur, ſubnectit [eſſe mentem Diui Thomæ *articulo ſecundo ad tertium.*] Eandem ſententiam tenet Nauarrus, quem citatum ſequitur Villalobos Ordinis Minorum *in ſumm tomo ſecundo, tractatu* 40. *difficultat.* 6. *numero quinto,* ſubiungens. [*De loqual ſe ſigue, que tambien podria vn hombre embriagarſe. quando fueſſe neceſſario para euitar la muerte, como tiene Leſio contra Caietano diziendo que fueron deſta opinion muchos hombres doctos de la Vniuerſidad de Louaina conſultados ſobre eſte caſo*] ſic *ibi numero ſexto,* & opinionem P. Leſſii, probabilem eſſe dicit Diana, *part.* 6. *tract.* 7. *reſol.* 44. vbi ſic, [Licitum eſt te inebriare vitandæ mortis cauſa, quam tibi aliquis per violentiam minatur, ne propinanti reſpondeas, modo abſit ſcandalum.] Quod ſatis modeſtè docuit Layman *vbi ſupra* dicens. [Ex qua doctrina non improbabiliter Leſſius infert, licitum eſſe inebriari mortis vitandæ cauſa, &c. & merito: quia vt notat Villalobos *ſupra,* eſt conſequentia neceſſaria ex doctrina Caietani docentis ebrietatem, quæ non eſt ex delectatione in potu vini, licitam eſſe, imò vt ait *numero quinto.* [*No ſe ha de llamar embriaguez, porque no lo haze* voluptatis cauſa,] & ante omnes ſententiam Patris Leſſij tenuit Martinus de Magiſtris, qui, vt refert Caietanus *ſupra articulo ſecundo,* docuit, [Ad euitandam ſæuitiam tyranni, vel infidelis, hominem poſſe ſe inebriare.]

2. Nec ad rem facit, quod mors à cauſa extrinſeca, vel ab intrinſeca, immineat, vt tradit celebris Dominicanus M. Victoria *in Relectione de Temperantia, numero* 6. [Si hoc inquit, (nempe veſci carne humana) in extremâ neceſſitate eſt licitum, ergo etiam ſi timore barbarorum aliquis cogeretur comedere. Nihil enim facit, an timor ſit ab intrinſeco, vel ab extrinſeco illatus.] Quod à fortiori tenere debent, quotquot aſſerunt, alioqui à tyranno occidendum, poſſe ſemetipſum mutilare. M Bannez, M. Ledeſma, quos refert, & ſequitur M. Serra, 2. 2. *quæſt.* 64. *articulo ſexto,* §. 3. (Si tyrannus,) & ex eadem illuſtriſſima Familia, M. Aceeius de Velazco Epiſcopus Oriolenſis *tomo* 2. *reſolut. moral. verb. homicidio, reſolution* 35. *numero ſexto.* (*Y eſto* (*inquit*) *ſe ha de entender ahora la ſalud prouenga, y dependa à cauſa intrinſeca, ò extrinſeca,*) & infra (*ſi ſe le dieſſe a eſcoger, que ſe cortaſe vn miembro, ò le quitarian la vida, podria muy bien cortarſele, para euitar mayor

danno, *con que ſe juſtifica la accion.*]

3. Idem ſentit Baſilius de Leon Auguſtinianus *lib.*10. *de Matrim.cap.*13.*numero* 2.vbi ſic ait. [Si liceret euacuatio fœtus nondum animati, ad euitandā mortem matris,& reſtituendam ſanitatem; liceret etiam procurare abortum nondum animatum, cum ad famam, & ſtatum conſeruandum opus erit. Caſus enim poteſt ſe offerre adeo premens, vt nullo alio medio poſſit mulier eripi, niſi abortu fœtus nondum animati: quod tamen Sanchez negat, ſed nullo conuenienti aſſignato diſcrimine] Baſilium, in hac arguendi forma, eiſdem verbis ſequitur R. P. Leander à SS. Sacram. *tom.*5. *de irregularit. tractat.*2. *diſp.*11.*quæſt.*2.*verſ. Primò*,idque antea docuerat Nauarra *in noua editione libro* 2.*de reſtitut. cap.*3.*diff.*2 *de indirecte occidente, numero* 13. vbi ait;[quod,ſi liceret procurare abortum, quando aliud non ſuppetit remedium ad ipſius prægnantis ſalutem reſtaurandam, ac probabiliter ſit moritura, niſi abortiatur; liceret etiam fœminæ nuptæ, aut virgini fornicanti, idem efficere, quando nullo alio quæſito medio ſibi conſulere poſſent, ne crimine detecto, famæ, vitæque iacturam facerent, quia nihil refert, quod periculum ab extrinſeco immineat.] Hæc ex Nauarra, (quem videre non potui *in citata editione*)refert Sanchez *de Matrimon. lib.*9.*diſput.*10.*numero* 8. Eiuſdem ſententiæ eſt Franciſcus Galetti *in Margarita caſuum. verb. Neceſſitas in fine*, vbi ait. [Licet Sotus differentiam conſtituat inter primum caſum, in quo periculum eſt ab extrinſeco, & inter alium, in quo ſit ab intrinſeco, ſeuera tamen hoc idem etiam in primo caſu procedit. Nihil enim refert, an periculum ſit ab intrinſeco, an potius ab extrinſeco, dūmodo vtrumque ſit probabile,ad hoc vt propria vexatio iuſtè redimatur,] & quod caput eſt; ita ſentit Diuus Thomas. *Quodlib.*5. *artic.*17. vt oſtendam *infra tractat. de iuſt. Propoſ.* 8. vbi non diſſimilis caſus occurret. Ex quibus duo liquido conſtant. Primum, aut ebrietatem nunquam licere; aut ſi licita eſt, quando eſt mors aliter ab intrinſeco imminet, idem prorſus dicendum quādo ab extrinſeco. Secundum: nullam hinc eſſe conſequentiam ad alia peccata V. G. fornicationis, aut Sodomiæ, &c. Vt ex Diuo Thoma, Caietano, Syluestro, Villalobos, Nauarro, & Diana didiciſti. Quod diſparitatem non capias, doleo, inuenies *infra*.

4. Interim verò animaduerte, Diu. Thomam non ſemel docuiſſe (licet poſtea retractauerit) ebrietatem non eſſe peccatum mortale ex ſuo genere, quod abſque aperta hæreſi de fornicatione dici non poteſt. Non eſt ergo eadem vtriuſque ratio. Vide Angelicum Præceptorem *in qu. de Malo, queſtion.*2.*de peccatis articulo* 8 *ad* 5. Vbi ſic ait. [Dicendum, quod multoties inebriari, non eſt circumſtantia conſtituens ſpeciem peccati, & ideo ſicut ſemel inebriari eſt peccatum veniale,ita & multoties inebriari per ſe loquendo] ex quibus Caietanus 2. 2. *quæſt.* 50. *articul.*1.§. *Ad hoc dicitur* ſic ait [Diu. Thom. *in qu. de Malo, qu.*2.*art.*8. *ad* 5.*& qu.*7.*art.*4. *ad* 1.ſentit quod ebrietas non eſt peccatum mortale ex ſuo genere. Hæc opinio ſequaces multos inueniret,niſi authoritas tanti Doctoris *hic*, *& ſuperius* 1.2.*quæſt.*88. *articulo quinto*,*ad* 1. expreſsè

expreſſe obſtaret.] Hæc ille. Ex quibus ſaltem deducitur, ebrietatem non eſſe æquè intrinſecè malam, ac fornicationem, ſiquidem illius malitia tantum Magiſtrum aliquando latere potuit. Quin obſtiterit illud Pauli. 1. *ad Corinth. 6. Nolite errare: Neque fornicarij, nec adulteri, nec ebrioſi regnum Dei poſſidebunt.* Ex quo ipſemet Angelicus Præceptor *opuſculo 4. de ſexto præcepto legis*, ſic arguit. (à Regno autem Dei non excluditur aliquis, niſi per peccatum mortale, eſt ergo peccatum mortale &c. Eſt ergo hæreſis dicere, fornicationem ſimplicem non eſſe peccatum mortale.) Igitur, iuxta doctrinam D. Thom. non inconſequenter loquuntur DD. qui ebrietatem ad conſeruandam vitam licere putant, Fornicationem verò minimè.

5. Diſcriminis rationem tradit Doctor Angelicus 2. 2. *q. 64. art. 7.* Vbi in ferè ſimilem obiectionem incidens ſic argumentatur. [Homicidium eſt grauius peccatum, quam ſimplex fornicatio, vel adulterium; ſed nulli licet committere ſimplicem fornicationem, vel adulterium pro conſeruatione propriæ vitæ; ergo nulli licet defendendo ſe ipſum alium occidere, vt propriam vitam conſeruet.] Reſpondet. (Ad quartum dicendum, quod actus fornicationis, vel adulterij non ordinatur ad conſeruationem propriæ vitæ ex neceſſitate, ſicut actus, ex quo quandoque ſequitur homicidium) ſic ille de homicidio. Applica, & tu ad ebrietatem. Sed quid ſi actus fornicationis aliquando ordinaretur ex neceſſitate ad conſeruationem propriæ vitæ? Eſſetne licitus? Apage. Quære diſparitatem apud eundem Theologiæ Principem Quod *lib. 9. art. 15. in corp.* Vbi apertiſſimam inuenies. (Quædam, inquit, ſunt quæ habent deformitatem inſeparabiliter annexam, vt fornicatio, adulterium, & alia huiuſmodi, &c. Sunt verò quædam actiones, quæ abſolutè conſideratæ deformitatem quandam important, quæ tamen aliquibus circumſtantiis aduenientibus bonæ efficiuntur, ſicut occidere hominem, vel percutere.) Quid clariùs?

PROPOSITIO III.

Licitum eſt deſiderare alteri mortem, & de illa gaudere, non quatenus illi mala, ſed quatenus tibi bona. V. G. vt ei in bonis ſuccedas. Palaus Ieſuita *tom. 1. tract. 6. diſp. 4. punct. 1. n.* 11.

1. HÆc ſententia eſt expreſsè D. Thomæ 2. 2. *quæſt. 76. artic. 1.* Vbi ait. [Si autem aliquis imprecetur, vel optet malum alterius ſub ratione boni, ſic eſt licitum,] & paulò *infrà* (contingit autem malum aliquod dici, imprecando, vel optando ſub ratione duplicis boni: quandoque ſub ratione iuſti, quandoque ſub ratione vtilis.) Et expreſſius *in 3. ſent. diſt. 30. quæſt. 1. articulo 1. ad 4.* vbi, & concluſionem tradit, & rationem reddit. [Proſperitas vnius, inquit, inducit aduerſitatem alterius.

Vnde

Vnde quia charitas ordinem habet, & plus debet diligere quiſque ſe, quàm alium; propinquos, quàm extraneos; amicos, quàm inimicos. Poteſt aliquis ſalua charitate optare malum temporale alicui, & gaudere, ſi contingit; non inquantum eſt malum illius, ſed inquantum eſt impedimentum malorum alterius, quem plus tenetur diligere, (& infra.) Sed hoc non eſt de malo gaudere, ſed de bono, quod adiunctum eſt malo.) Hactenus D. Thomas, quem ſequuntur diſcipuli. Caietanus *in ſum. Verb. Maledictio*. (Requiritur ad maledictionem, quæ ſit culpa grauis, quod ſub ratione mali, & ſub ratione honeſti, vel vtilis deſideretur homini malum, puta mors, infamia, damnum rerum, &c.) M. Ioannes de la Cruz *in directorio. 1. part. tract. de homicidio dub. 3.* (An liceat deſiderare mortem, aut aliud malum proprium, vel alienum? (reſp.) eam deſiderare, vt à laboribus liberemur quoddam genus puſillanimitatis præſefert, etſi non ſit peccatum mortale.) M. Corradus *1. part. Reſponſ. caſuum quæſt. 392.* (Vniuerſaliter quotieſcumque propter bonum, malum precamur, non eſt peccatum.)

2. Eandem ſententiam tenet. M. Michaël Zanardus ex eodem Prædicatorum Ordine *2. 2. directorij cap. 6. de Maledictio.* ibi; (Nullum quidem eſt peccatum, quando alteri malum optatur, ratione publici boni, vel ratione boni priuati; vt dum puella à malo viro ſollicitata cupit, vt infirmetur, ne eam amplius vexet; & ſic diſcurrendo: quia non eſt velle malum alicui ſub ratione mali.) Hæc ille. Quem ſequitur Bonacina *tom. 2. diſp. 3. q. 4. punct. vltimo. n. 7.* dicens. (à mortali excuſatur mater, quæ mortem filiabus exoptat, quia occaſione ipſarum, malè ſecum agitur à marito, aut iniuriis afficitur.) & Franciſcus Gletti *in Margarita caſuum conſcientiæ. Verbo deſiderare.* Vbi (deſiderare aliquid poſſumus, non autem illud, id eſt procurare. Mortem enim propriam, imo & alienam in multis caſibus poſſumus deſiderare, non etiam procurare.)

3. His principiis innixus Caſtro Palao *vbi ſupra* ſic ait. (Credo ſi cum debita moderatione facias, te poſſe abſque peccato mortali, de vita alicuius triſtari, & de illius morte naturali gaudere, illamque inefficaci affectu petere, & deſiderare, non quidem ex diſplicentia perſonæ, ſed ob aliquod temporale emolumentum inde ſequutum &c. quia non gaudes de illa quatenus proximo mala eſt, ſed quatenus eſt cauſa tui emolumenti, & ſecũdum hanc rationem bona eſſe videtur, & appetibilis.) Huſcuſq; Palaus, qui ſtrictius loquitur quàm plures ex citatis: ſiquidem iſti licitum eſſe dicunt, ille verò non eſſe mortale. Ideo hanc ſententiam amplectuntur Ioannes Sãch. *in ſelectis diſp. 2. n. 9.* Paſchaligius *deciſ. 474.* Angelus Maria Verricelli *in q. moral. tract. 5. q. 6. nu. 64.* & nõ diſſentit M. Sotus *2. 2. q. 76. art. 1.* Quidam recentiores. Adde non ſolum alijs, ſed ſibi etiam licere deſiderare mortem, ad vitãda mala temporalia; V. G. ægritudinem internam, afflictionem, paupertatem &c. aut ſaltem non eſt mortale, ita docent M. Ioannes de la Cruz, & Sancius *ſupra*, & M. Sotus, quem citatum ſequuntur Diana *5. p. tract. 14. reſol. 92.* & Verricelli *ſup. n. 66.*

PROPO-

PROPOSITIO IV.

Pollutio non intenta, licet præuiſa in cogitationibus turpibus, & tactibus inhoneſtis, ſi poſtea in ſomnis ſequatur, non eſt peccatum mortale. Ex Ieſuitarum doctrinis hunc modum dicendi admittit Ioannes Sancius *in ſelectis diſp. 21. n. 15. & diſp. 13. n. 29.*

1. R. SI Author citatus ſolum intenderet, prædictam pollutionem in ſomnis contingentem non eſſe peccatum mortale, nil à veritate alienum diceret; quia non eſſe peccatum, ſed effectum peccati, eſt Doctiſſimorum opinio, quam, vt teſtatur M. Sotus *in 4. diſt. 12. quæſt. 1. artic. 7.* tuetur Angelicus Præceptor. [Hanc opinionem (inquit) videtur hic D. Thomas docere, dicens nocturnam pollutionem per ſe non eſſe peccatum. Idémque expreſſius affirmat *in 4. diſt. 9. art. 4. quæſt. 1.* dicens pollutionem in ſomno non eſſe peccatum, quia illic nullum eſt rationis iudicium, ſed eſt ſignum peccati] Hæc Sotus ex D. Thoma: quem ſequuntur M. Petrus de Palude, Maior, Gabriel, & Adrianus apud Vaſquez, 1. 2. *tom. 1. diſputat. 94. cap. 3.* Bonacina, & alij, quos: iſtos ſequitur Diana 1. *p. tract. 7. reſol. 64.* & putat probabilem Candidus Magiſter Sacri Palac. *tom. 1. diſquiſ. 22. articulo 67. dub. 4.* Quorum fundamentum eſt: quia quando non eſt libertas, actuale peccatum eſſe non poteſt.

2. Intentum igitur Ioannis Sancij aliud eſt, nimirum cogitationes moroſas, & tactus, cum præuiſione pollutionis poſtea in ſomnis euenturæ, non habere labem ſeu malitiam pollutionis, quamuis aliàs lethalia ſint. Verba eius ſunt. [Lis igitur inter Authores citatos, quos ſequitur Sanchez, & nos; ex eo pendet, quòd illi fatentur participare labem pollutionis illum, qui habet cogitationem turpem ſiue aſpectum, in quo præuideatur pollutio: & nos non admittimus licet præuideatur, quia præuidetur in cauſa non efficaciter influente.] Sic ille citans pro ſua ſententia doctiſſimum Caietanum, & doctum quemdam Ieſuitam ſuppreſſo nomine, Fides ſit penes Authorem. Hoc mihi certum nullum ex his qui ſcripta prælo mandarunt; hanc tenuiſſe ſententiam. Et plures ſibi contrarios numerat *ibidem* Ioannes Sancius. Inter quos PP. Henriquez, Granadum, Sà, Thomam Sanchez, Salas, &c. Quibus adde P. Suarez *in 3. p. qu. 80. artic. 7.* alios apud Dianam 1. *p. tract. 7. reſolut. 65.* Non ergo ex Ieſuitarum doctrina ſuam potuit elicere ſententiam Ioannes Sancius. Libens amplectitur Illuſtriſſimus Ioannes Caramuel *in Regul. Sum. Benedicti diſput. 68. de ſomnis.* Vbi ſic ſcribit. (Addo, & hoc examinari non erit mirum, tactus, oſcula, & cogitationes turpes, moroſaſque delectationes, licet ſint peccata mortalia, non eſſe cauſam directam nocturnæ pollutionis.) Ita Sancius *in ſuis ſelectis diſput. 1. numero 15. & diſp. 13. numero 29.* Ratio huius Authoris eſt efficaciſſima, quia quæcumque cauſa eſt potentior, atque actiuior,

actiuior, quando eſt præſens, quàm quando eſt abſens; atqui moroſitas delectationis, tactus, oſcula non cauſauerunt pollutionem, dum eſſent præſentia, ergo multo minus abſentia poterunt cauſare. Ex his patet pollutionem præuiſam in ſomnis, ſed non volitam, licet procedat à cauſa mortaliter peccaminoſa in genere luxuriæ, non eſſe peccatum mortale; quia non amatur in ſe, vt ſupponitur, non amatur in cauſa, quia nulla datur directa talis pollutionis. Hęc ille cum Sancio.

3. Quorum ſententiam nouiſſimè amplecti videtur Illuſtriſſimus ac Reuerendiſſimus P.M. Acatius March de Velaſco ex Prædicatorum Ordine Lector Iubilatus, in Vniuerſitate Valentina Cathedraticus, Vicarius Generalis Prouinciæ Aragoniæ, & denique Epiſcopus Oriolenſis; *in ſuis reſolutionibus moralibus, Hiſpano idiomate in lucem datis Valentia anno* 1658. *tomo* 1. *Verbo luxuria, reſol.* 209. *numero* 4. vbi ſic ait. [*Deueſe aduertir que no es baſtante qualquiera cauſa, para que ſe diga que la polucion es peccado mortal, o conſentida, porque es meneſter que ſea tal, que de ſuyo influya luego*] expende: an ſtatim influat, quando pollutio non ſtatim, ſed poſtea ſequitur in ſomnis. Ergo cum oſcula, tactus, cogitationes turpes, &c. non ſtatim influant in pollutionem præuiſam in ſomnis euenturam, hic non erit peccatum mortale. Huic fundamento, cui Acatius, innixus eſt Ioannes Sancius *vbi ſupra.* [Cenſeo, inquit, verba impudica, cogitationem turpem, & tactus, quæ ſunt crimina mortalia, & ſi ſint cauſæ per ſe ordinatæ ad pollutionem, non tamen efficaciter in illam influentes; alias fere nunquam opponerentur, quin ſequeretur pollutio. Contrarium tamen euenire teſtatur experientia, &c. Si ergo cogitatio turpis quando præſens eſt, non influit in pollutionem, nec efficaciter mouet ad illam habendam quo modo credi poteſt influxuram quando abſens, vtpote in ſomnis] en ex eo quod cauſa non ſtatim influat, probat Sanchez non habere malitiam pollutionis: putat enim ad hoc requiri; quod deſiderat Acatius nempe quod cauſa ſit talis. [*Que de ſuyo influya luego.*] Verum hoc fundamentum Doctores communiter reprobant.

4. Circa pollutionem in ſomnis contingentem, inquiri ſolet: An liceat eam appetere, & deſiderare, etiam propter delectationem? Et reſpondet non eſſe læthale Paludanus *in 4. diſt. 9. q. 4. n. 6.* (Si quis, inquit, appetat delectationem pollutionis nocturnæ, vel complaceat ſibi in ea, ita tamen quod ſcit eam non eſſe peccatum, & vellet delectari ſine peccato, nullo modo complaciturus ſibi in ea, nec appetiturus eam; ſi eſſet peccatum, videtur quod non ſit peccatum mortale, ſed peccat venialiter.) Hæc Doctiſſimus Dominicanus, quæ ſunt valde notanda, quia contra communem Theologorum ſententiam, & expreſsè contra D. Thom. *in 4. diſt. 9. art. 4. quæſt. 1. ad 5.* vbi ait. [Si pollutio propter delectationem placeat, erit mortale, ſi ſit cum deliberante conſenſu.]

PROPOSITIO IV.

Pollutio non intenta, licet præuiſa in cogitationibus turpibus, & tactibus inhoneſtis, ſi poſtea in ſomnis ſequatur, non eſt peccatum mortale. Ex Ieſuitarum doctrinis hunc modum dicendi admittit Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.21.n.15.& diſp.23.n.29.*

1. SI Author citatus ſolum intenderet, prædictam pollutionem in ſomnis contingentem non eſſe peccatum mortale, nil à veritate alienum diceret; quia non eſſe peccatum; ſed effectum peccati, eſt Doctiſſimorum opinio, quam, vt teſtatur M. Sotus *in 4. diſt. 12. quæſt.1. artic.7.* tuetur Angelicus Præceptor. [Hanc opinionem (inquit) videtur hic D. Thomas docere, dicens nocturnam pollutionem per ſe non eſſe peccatum. Idémque expreſſius affirmat *in 4. diſt.9. art.4. quæſt.1.* dicens pollutionem in ſomno non eſſe peccatum, quia illic nullum eſt rationis iudicium, ſed eſt ſignum peccati] Hæc Sotus ex D. Thoma quem ſequuntur M. Petrus de Palude, Maior, Gabriel, & Adrianus apud Vaſquez. 1. 2 *tom.1. diſputat. 94. cap.3.* Bonacina, & alij, quos citatos ſequitur Diana 1. *p.tract.7.reſol.64.* & putat probabilem Candidus Magiſter Sacri Palac. *tom. 1. diſquiſ.22. articulo 67. dub.4.* Quorum fundamentum eſt: quia quando non eſt libertas; actuale peccatum eſſe non poteſt.

2. Intentum igitur Ioannis Sancij aliud eſt, nimirum cogitationes moroſas, & tactus, cum præuiſione pollutionis poſtea in ſomnis euenturæ, non habere labem ſeu malitiam pollutionis, quamuis aliàs lethalia ſint. Verba eius ſunt. [Lis igitur inter Authores citatos, quos ſequitur Sanchez, & nos; ex eo pendet; quòd illi fatentur participare labem pollutionis illum, qui habet cogitationem turpem ſiue aſpectum, in quo præuideatur pollutio: & nos non admittimus licet præuideatur, quia præuidetur in cauſa non efficaciter influẽte.] Sic ille citans pro ſua ſententia doctiſſimum Caietanum, & doctum quemdam Ieſuitam ſuppreſſo nomine, Fides ſit penes Authorem. Hoc mihi certum nullum ex his qui ſcripta prælo mandarunt; hanc tenuiſſe ſententiam. Et plures ſibi contrarios numerat *ibidem* Ioannes Sancius. Inter Quos PP. Henriquez, Granadum, Sà, Thomam Sanchez, Salas, &c. Quibus adde P. Suarez *in 3. p. qu.80. artic.7.* alios apud Dianam 1. *p. tract. 7. reſolut.65.* Non ergo ex Ieſuitarum doctrina ſuam potuit elicere ſententiam Ioannes Sancius. Libens amplectitur Illuſtriſſimus Ioannes Caramuel *in Regul. Sum. Benedicti diſput.68. de ſomnis.* Vbi ſic ſcribit. (Addo, & hoc examinari non erit mirum, tactus, oſcula, & cogitationes turpes, moroſaſque delectationes, licet ſint peccata mortalia, non eſſe cauſam directam nocturnæ pollutionis.) Ita Sancius *in ſuis ſelectis diſput.1. numero 15. & diſp.23. numero 29.* Ratio huius Authoris eſt efficaciſſima, quia quæcumque cauſa eſt potentior, atque

actiuior,

Digitized by Google

actiuior, quando eſt præſens, quàm quando eſt abſens; atqui moroſitas delectationis, tactus, oſcula non cauſauerunt pollutionem, dum eſſent præſentia, ergo multo minus abſentia poterunt cauſare. Ex his patet pollutionem præuiſam in ſomnis, ſed non volitam, licet procedat à cauſa mortaliter peccaminoſa in genere luxuriæ, non eſſe peccatum mortale; quia non amatur in ſe, vt ſupponitur, non amatur in cauſa, quia nulla datur directa talis pollutionis. Hæc ille cum Sancio.

3. Quorum ſententiam nouiſſimè amplecti videtur Illuſtriſſimus ac Reuerendiſſimus P.M. Acatius March de Velaſco ex Prædicatorum Ordine Lector Iubilatus, in Vniuerſitate Valentina Cathedraticus, Vicarius Generalis Prouinciæ Aragoniæ, & denique Epiſcopus Oriolenſis; *in ſuis reſolutionibus moralibus, Hiſpano idiomate in lucem datis Valentiæ anno* 1658. *tomo* 1. *Verbo luxuria, reſol.* 209. *numero* 4. vbi ſic ait. [*Deueſe aduertir que no es baſtante qualquiera cauſa, para que ſe diga que la polucion es peccado mortal, o conſentida, porque es meneſter que ſea tal, que de ſuyo influya luego*] expende: an ſtatim influat, quando pollutio non ſtatim, ſed poſtea ſequitur in ſomnis. Ergo cum oſcula, tactus, cogitationes turpes, &c. non ſtatim influant in pollutionem præuiſam in ſomnis euenturam, hic non erit peccatum mortale. Huic fundamento, cui Acatius, innixus eſt Ioannes Sancius *vbi ſupra.* [Cenſeo, inquit, verba impudica, cogitationem turpem, & tactus, quæ ſunt crimina mortalia, & ſi ſint cauſæ per ſe ordinatæ ad pollutionem, non tamen efficaciter in illam influentes; alias fere nunquam opponerentur, quin ſequeretur pollutio. Contrarium tamen euenire teſtatur experientia, &c. Si ergo cogitatio turpis quando præſens eſt, non influit in pollutionem, nec efficaciter mouet ad illam habendam, quo modo credi poteſt influxuram quando abſens, vtpote in ſomnis] en ex eo quod cauſa non ſtatim influat, probat Sanchez non habere malitiam pollutionis: putat enim ad hoc requiri; quod deſiderat Acatius nempe quod cauſa ſit talis. [*Que de ſuyo influya luego.*] Verum hoc fundamentum Doctores communiter reprobant.

4. Circa pollutionem in ſomnis contingentem, inquiri ſolet: An liceat eam appetere, & deſiderare, etiam propter delectationem? Et reſpondet non eſſe læthale Paludanus *in 4. diſt. 9 q. 3. n. 6.* (Si quis, inquit, appetat delectationem pollutionis nocturnæ, vel complaceat ſibi in ea, ita tamen quod ſcit eam non eſſe peccatum, & vellet delectari ſine peccato, nullo modo complaciturus ſibi in ea, nec appetiturus eam; ſi eſſet peccatum, videtur quod non ſit peccatum mortale, ſed peccat venialiter.) Hæc Doctiſſimus Dominicanus, quæ ſunt valde notanda, quia contra communem Theologorum ſententiam, & expreſſè contra D. Thom. *in 4. diſt. 9. art. 4. quæſt. 1. ad* 5. vbi ait. [Si pollutio propter delectationem placeat, erit mortale, ſi ſit cum deliberante conſenſu.]

PROPOSITIO V.

Pollutio non intenta, licet præuiſa in conuerſationibus otioſis, & verbis amatoriis, non eſt culpa mortalis; nec ſub mortali teneris has cauſas remouere. Vaſquez Ieſuita 1.2.*tom.*1. *diſp.*115.*cap.*2.

1. ℟. HÆc propoſitio non reperitur in Vaſquez, ſed cuiuſcunque ſit, ſi conuerſatio, & amatoria verba culpam venialem in genere luxuriæ non excedant, vt non excedere docent Caietanus, D. Antoninus, Filliucus, & Graffius apud Sanchez *de Matrim. lib.*9.*diſp.*45.*nu.*31 & 34. quando finis intentus non eſt mortalis. [Nimirum (inquit cum Nauarro, & Corduba Sanchez *nu.*36.& 39.) quoties ob ſolam vanitatem, ob vanum conciliandum amorem, leuemque delectationem] in hoc inquam euentu; pollutionem in eis non intentam, licet præuiſam, non eſſe de læthali damnandam, nec grauem adeſſe obligationem remouendi cauſas, eſt expreſſa multorum ſententia ex D.Thom.2.2. *queſt.*154. *art.*5. & 3. *p.* *q.*80.*art.*7. Vbi totam malitiam pollutionis in cauſas reducit. Quem ex eius diſcipulis ſequuntur Caietanus: Sotus, Bartol. de Ledeſma, Syluester Martin. de Ledeſma, Ludouicus Lopez, quos citat Sanchez *lib.*9. *diſput.* 45. *num.*13. & 16. & plures alij, qui vniuerſaliter aſſerunt pollutionem ex cauſa mortali eſſe mortalem, & ex cauſa veniali eſſe venialem. Quibus conſentit M. Bartol. de Medina eiuſdem Prædicatorum Ordinis 1.2.*q.*74. *artic.*6.§.4. vbi ait. [Notandum quòd eiuſmodi pollutiones, quæ in ſe non ſunt volitæ, ſed tantum in cauſa, non habent aliam bonitatem, aut malitiam, quàm eam, quæ eſt in ſua cauſa.]

2. Et in terminis quando pollutio ſequitur ex rebus venialibus in genere luxuriæ, id tenent Caietanus, D. Antoninus, & Syluester apud Sanch. *ſup. num.*19. & M. Acatius de Velaſco *tomo* 2. *reſol. moral. Verbo, luxuria, reſ.*209. vbi ait. [*De loqual ſe ſigue, que no es pecado mortal, no deſiſtir de la accion indiferente, ô venial quando ſe conoce que ha de ſer cauſa de pollution. V. G. mirar curioſamente vn hombre al roſtro de vna muger.*] Quibus adde M. Ioannem de la Cruz, *in direct.*1.*p.*6.*precepto art.*8. ibi [Pollutio, inquit, indirectè voluntaria, vtpotè præuiſa, & volita in ſua cauſa erit peccatum mortale, aut veniale, iuxta malitiam cauſæ] & M. Zanardum 1.2. *directorij in explicatione* 6. & 9. *precepti cap.*8. vbi ait. [Ex communi Doctorum ſententia regulam aſſignare poſſumus, per quam ſciemus, quando pollutio eſt peccatum mortale, quando veniale, & quando nullum. Regula ergo ſit: ſi cauſa pollutionis eſt mortalis, & ipſa pollutio erit mortalis; ſi venialis, venialis; & ſi nullo modo, nullo modo] & infra §. *ſecunda concluſio,* [Si cogitatio, vel delectatio fuit mortalis, pollutio quoque inde ſequuta erit mortalis; ſi venialis, venialis.]

3. Eandem ſententiam tenent Abulenſis, & Angelus, apud Sanchez *ſupra*, quos ſequūtur Villalobos *in ſum.*

*tom.*2.

Digitized by Google

tom.2.tract.40.diff.16.num.6. Bonacina *de Matrim. quaeſt.4.punct.1.num.9.* & Verricelli *tom.1. tractat.4.quaeſt.25.n.8.* vbi ſic [dico 5. Verior, communior, & receptior opinio eſt, tunc tantum pollutionem diurnam aut nocturnam eſſe volitam in cauſa, & contrahi mortalem malitiam mollitiei, quando cauſa eſt per ſe influens, & mortale peccatum in genere luxuriæ.] Hæc ille citans Nauarrum & alios. Quibus conſentit Diana *1.part. tract.7. reſ.65. & 2.p. tract.1. Miſ. reſol.31.* qui inter cauſas veniales in materia luxuriæ, in quibus pollutio præuiſa non erit peccatū mortale, numerat. [Loqui verba amatoria, vulgo *requiebros*,(ſecluſo ſcandalo, & periculo conſentiendi proprio, vel alieno) viſionē curioſam, lectionem turpem, tactum manus, & ſimiles.] Vide illum *tr.7. citato reſ.65. in fine.* Vbi ſic ait. [Notandam eſt etiam pollutionem præuiſam ſed non intentam ex actionibus peccaminoſis, tantum venialiter in genere luxuriæ, non eſſe peccatum mortale, vt ex tactu V.G. leui manus, viſu, verbis, lectione, aliquantulum libidinoſis.] ſic Diana, apud quem plures ex primis huius ſæculi: cuius rationem inuenies apud Villalobos *in ſum. to.2. tract.40. diff.16. num.7.* vbi ſic. [*La razon de lo ſegundo es, por el leue influxo, que eſtas cauſas tienen que mas parece el efecto natural y la obligacion de quitar eſtas cauſas, es pequenna, y aſſi no obliga a pecado mortal el quitar la cauſa leue.*] Hæc ille cum Sanch. & aliis.

PROPOSITIO VI.

Inter ſponſos de futuro licita ſunt oſcula, & amplexus, etiam cum periculo pollutionis, ſi inurbani, & auſteri aliter haberentur. Sanchez Ieſuita *lib.9. de Matrim. diſp.46. n.49.*

1. R. QVod ſecluſo eiuſmodi pollutionis periculo, ſecundum ſe conſiderata non ſint culpa grauis inter ſponſos de futuro, eſt communis Doctorum ſententia, quam tenent ex diſcipulis D.Thomæ, Caietanus, Medina, Barthol. de Ledeſma, Ludouicus Lopez, Tabiena, Armilla, Sotus, & alij quos citatos ſequitur Th.Sanchez *ſupra diſp.46. citata*, ſubnectens. [Atque hæc concluſio vera eſt, quamvis ſponſi intendant eam delectationem ſenſitiuam, quæ ex ipſis amplexibus, & oſculis naſcitur. Sic Caietanus, Ludouicus Lopez, Petrus de Ledeſma, & Bartholomæus de Ledeſma.] Hæc ille. Quibus adde M. Candidum, qui putat probabilem *tom.1. diſquiſ.11. art. 1. dub.5.* apud quem eam tenet Mag. Medina *1.2. q.74. art.8. dub 3.* quos ſequitur Nauarr. *in ſumm. latina cap.16. nu. 12.* Vbi huius opinionis anteſignanum refert, dicens: (Quæ ſingularis determinatio fuit Cardinalis Caietani *2.2. q.154. art.4.*)

2. Limitat verò Sanchez *vbi ſupra n.39.* (Eſt tamen moderanda concluſio: dummodo non adſit periculum copulæ, vel conſenſus in eam, aut pollutionis. Et quamvis dixerim excuſari à mortali inter coniugatos, quando habentur in ſignum beneuolētiæ,

& ad mutuum conciliandum amorem. At inter ſponſos de futuro, ſtrictius loquendum eſſe exiſtimo; ſi tamen in eas anguſtias inciderent, (attende,) vt inurbani, & auſteri haberentur, niſi ſe amplexarentur: neceſſitas illa excuſaret à periculo pollutionis præuiſæ, & à culpa læthali.] Hæc Sanchez: quibus amplexus tantum, non oſcula, cum periculo pollutionis permittit; cui conſentit Villalobos *in ſumm. tom 2. tractatû 40. difficultat. 16. numero quarto.* [*La pollucion,* inquit, *inuoluntaria no es pecado, &c. tal es quando ſucede de obra, que aunque pudo euitarlo, no eſtaua obligado a ello. Y lo miſmo es quando nace del abraço licito, conforme a la coſtumbre de la tierra.*] Hæc illa non ſolum pro ſponſis, ſed etiam pro ſolutis. Cæterum licet ad oſcula concluſionem extenderet, non deficerent defenſores. Militant enim pro illa quotquot Prop. præcedenti retulimus aſſerentes, etiam inter ſolutos, pollutionem præuiſam, & non intentam in actionibus venialibus in materia luxuriæ, non eſſe peccatum mortale: imò, & nullum, quando in cauſa nullum eſt.

3. Quòd autem oſcula, & amplexus ex beneuolentia, & amicitia honeſta, & ad eam augendam, ne venialis quidem culpa ſint, docent communiter Theologi, cum Diu. Thoma, 2. 2. *quæſt.* 154. *artic.* 4. Quod procedit etiamſi delectatio venerea inde conſurgat, non conſentiente voluntate. Ita Nauarrus *cap. ſi cui de Pœnit. diſt.* 1. *numer.* 15. Emanuel Rodriguez *tom.* 1. *ſum. in 2 editione cap.* 103. & M. Ioannes de la Cruz *in director. 6. præcepto, artic.* 1. *dub.* 2. vbi ſic. [An oſcula, & tactus ſint peccata mortalia? Ex ſe, iſta non ſunt peccata mortalia, cum licitè fiant ſine libidine, ex amore patriæ aut ob aliam neceſſitatem, & ſi in eis excitetur alia ſenſualis delectatio, dum acceptetur, nec adſit periculum conſentiendi in eam. Ita Victoria, & communiter cum Diuo Thoma *art.* 4.] Ergo ſi in eiuſmodi oſculis, & amplexibus præuideatur futura pollutio non erit culpa læthalis (iuxta prædictam doctrinam) maximè inter ſponſos de futuro. Si verò cauſa vanitatis, vel leuitatis, vel alia ſimili infigantur, ſi in delectationem veneream ex illis conſurgentem voluntas non conſentiat, non excedere culpam venialem, docent Caietanus, Nauarrus, Graffius, & alij apud Sanchez *ſupra.* Quomodo ergo pollutio in eis præuiſa læthalis erit, quandoquidem huiuſmodi malitia ex malitia cauſę metienda &c.

4. Aliud verò erit, ſi ſponſi intenderent delectationem illam ſenſitiuam, quæ ex ipſis amplexibus, & oſculis naſcitur: nam cum inter ſolutos læthalia hæc ſint, iuxta communem Theologorum ſententiam non poterit pollutio in eis præuiſa à læthali inter ſponſos de futuro excuſari. Imò neque inter coniugatos, ſecundum Sanchez, vt conſtat ex eius verbis *ſupra relatis.* Solum enim excuſat. [Quando habentur in ſignum beneuolentiæ, & ad mutuum conciliandum amorem.] Quod tradit etiam M. Zanardus 1. *part. direct. de matrim. cap.* 41. *§.* 27. per hæc verba. [Tactus, & oſcula cum periculo pollutionis, imo & cum pollutione inter coniuges, non ſunt peccata mortalia. &c. Si fuerint ad excitandum amorem, vel ad eum conſeruandum & tunc præter intentionem ſequeretur pollutio] ſic

etiam

tiam intelligendus eſt M.Ioannes de a Cruz *in direct.2.p.de Sacram.Matrimonij q.3 concl.2.* dum ait: [Tactus, & amplexus coniugum, ſi ex eis regulariter ſequitur pollutio extra vas, erunt peccata mortalia.] Si enim id extendat ad caſum, quo habeantur ob delectationem ſenſibilem, & veneream ex illis conſurgentem, audiendus non eſt. Vide infra *Prop. 10.*

PROPOSITIO VII.

Sentienti magnum pruritum in partibus verendis licitum eſt, ad ſemen corruptum expellendum, & pruritum ſedandum, eas refricare, etiam cum periculo pollutionis, dum conſenſus periculum abſit. Sanchez, Filliucius, & Reginaldus Ieſuitæ, *quos citatos ſequitur* Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.21.num.30.*

1. R. PRo hac opinione refert etiã Ioannes Sancius *vbi ſupra* Eminentiſſimum Caietan. M. Ledeſmam, Baſilium de Leon, Nauarrum, & Villalobos. Quibus ſubſcripſit M.Zanardus *1.p.direct.de matr.c.41.§.12.* Vbi ſic ait. [Duodecimo dico. Nunquam nec coniugibus, nec ſolutis licere pollutionem ex mollitie, quia mollities ex ſe mala eſt. Non credo tamen eſſe mortale, quando adeſt neceſſitas extrahendi ſemen à corpore per medicamentum, ſi ſemen diù retentum ſeiam cauſaret periculum vitæ, quia hæc non eſt pollutio per ſe, & directè volita, ſed meditatio, quamvis per accidens, & extra intentionem ſequatur pollutio.] & *infra numero 26.* (Dico quòd pollutio nõ erit peccatum mortale in magno, graui & moleſto pruritu genitalium, quia cum peccatum debeat eſſe voluntarium, & in ſupradictis vrgeat occaſio, cauſa, vel neceſſitas ſine voluntate, ideo excuſatur.) Hactenus M. Zanardus cuius ſententiam, in terminis, quibus proponitur, & defenditur à Ioanne Sancio *vbi ſupra;* tuetur Diana *ſecunda parte, titulo ſecundo Miſ.reſolutione 59.* vbi ſic. (An ad expellendum ſemen corruptum, vel ad ſedandum pruritum liceat refricare verenda cum periculo pollutionis, non tamen conſenſus in ea? Affirmatiuè reſpondeo cum Sanchez, Fillinccio, Reginaldo & Bonacina, quos citat, & ſequitur Ioannes Sancius vir doctiſſimus *in ſuis diſputationibus ſelectis diſputat.21. num.29.*) Hæc ibi.

2. Id tradit Bonacina *de matrimon. quaſt.4.part.10.num.11.* vbi ſic ait. (Secundò: fœminam, quæ propter ſemen corruptum patitur accidentia venenoſa, ſequitur, poſſe conari fricando, vel adhibendo medicamenta ad expellendum ſemen corruptum, quod eſt noxium ſanitati, etiamſi inde ſequatur veri ſeminis emiſſio, &c. modo non ſit periculum conſenſus in delectationem, vel in pollutionem. & modo conſtet ſemen illud eſſe corruptum,) idem tenet Villalobos *in ſum.tom.2. tit.40.diff.16.num.4.* [Dudaes, inquit, ſi ſemen eſt corruptum ex quo in vaſe retento patitur mulier accidentia venenoſa, an liceat co-

Digitized by Google

intentione videndi inhoneſta, quæ ibi fiunt, vel tranſiuit per loca, vbi ſunt perſonæ inhoneſtæ, aduertens de periculo caſus.) Ex quibus conſtat omnes DD. *ſupra* citatos, ratione periculi, ruinæ, & magnæ commotionis in corpore, damnare de læthali tam aſpectum verendorum, quàm concubitus viri cum fœmina.

3. Fauet etiam D. Antoninus *in ſum. p. 2. tit. 5. cap. 1. §. 9.* dum tactus in verendis de mortali non damnat: niſi fiant ex amore libidinoſo. Verba eius ſunt. [Permittere ſe tangi in membris genitalibus, niſi ſint coniuges, vel niſi ſubſit cauſa neceſſitatis, vt infirmitas, & huiuſmodi, credo non poſſe excuſari à lęthali, cum iſtud non fiat communiter niſi ex animo libidinoſo.] Cui conſonat Syluester *ſup. verb. delect. num. 5.* dicens: (Eſſe læthale, quia extra hos caſus ſemper poteſt probabiliter opinari de mala intentione tangentis) & clarius verbis *ſuprà* adductis *num. 1.* Et tradit expreſsè Margarita Confeſſorum *vbi ſupra*, dum ait: [Si tetigit verenda alterius, ſi permiſit ſua tangi ex libidine, ſi oſculatus eſt, vel tetigit aliquam ex laſciuia, mortale: quæ tunc eſt; quando fit, vt ſequatur pollutio, vel cum periculo pollutionis.]

4. Dixi fauere D. Antoninum, cum de tactibus in verendis ſic loquitur, quia in tactibus magis vrget ratio, quam in viſu. Delectatio enim ex viſu non eſt tanta, vt bene docent Caietanus *in ſum. ver. impudicitia & verb. delectatio.* M. Medina *1. 2. q. 74. art. 8. dub. 5.* & Thomas Sanchez *de Matrim. lib. 9. diſp. 46. num. 11.* vbi ſic ait. (Aſpicere mulieris pudenda ex curioſitate, eſt peccatum mortale, vt dicemus *num. 14.* propter maximam indecentiam, & ſummum periculum; ait indecentius, & maiori periculo expoſitum eſt, ea tangere.) Atqui ſecundum D. Antoninum, & ſequaces, tactus, ſi non fiant ex animo libidinoſo, non ſunt peccatum mortale; ergo neque aſpectus. Licèt negari non poſſit, vtrumque aduerſari honeſtati naturali, ac proinde à peccato veniali excuſari non poſſe, quando nulla ſubeſt neceſſitatis cauſa: ergo qui, ratione frigidiſſimæ complexionis, neque animum libidinoſum haberet, neque periculum magnæ commotionis in corpore, nec incitationis, neque ruinæ, non peccaret læthaliter; quamuis fœminæ pudenda aut viri cum illa congreſſum aſpiceret. Ex prætactis præmiſſis, hanc conclusionem, vt dixit, deduxit P. Granado. Cui fauent DD. qui indiſtinctè aſſerunt aſpectus turpes propter delectationem, quæ ex ipſis captatur, in ea ſiſtendo, non eſſe peccatum mortale. Caietanus, Medina, Nauarrus, & Philiarcus apud Sanchez *de Matrim. lib. 9. diſp. 46. num. 12.* Doctores autem Societatis communiter contrarium tenent.

5. Non tamen audiendus Caietanus *in ſum. verb. Periculum peccandi.* Vbi ait, quòd ſe exponere periculo [eundo ad locum, ſiue ſocietatem, vbi eſt periculum peccandi mortaliter, propter aſpectum, perſuaſiones, commoditates, aut aliquid huiuſmodi, non eſt ex ſuo genere peccatum mortale, quia in ſuo libertatis arbitrio reſtat peccare mortaliter, etiam præſentibus talibus occaſionibus peccandi] videatur M. Catherinus eiuſdem Prædicatorum Ordinis *in Annotationibus in commentaria Caietani fol.* mihi

Digitized by Google

mihi 580. vbi hæc, & alia, quæ ibi Caiet. tradit, dicit [Eſſe periculoſiſſimæ]

6. Quod autem inconſequentiæ arguas Ieſuitas ex eo quòd alij ex eadem familia comœdiarum auditores damnent, non poſſum non mirari. Quis vnquam ſomniauit diuerſitatem opinionum inter Doctores eiuſdem Familiæ inconſequentiam eſſe doctrinæ? Omnes conſule. Præterquam quòd Ieſuita, qui ratione tantum periculi ſpiritualis ruinæ, prædictos auditores damnant, ea ceſſante, à culpa mortali liberent. Vide doctiſſimum P. Sanchez *ſup. diſput.* 46. *n.* 40. vbi ſic ait (ex his infertur; quamuis comœdiis intereſſe, non ſit mortale, vbi nec res turpes repræſentantur, nec modus repræſentandi eſt turpis, vel ſi hæc concurrant, audiuntur ob ſolam vanam curioſitatem, abſque periculo probabili lapſus in peccatum mortale. At quando turpia repræſentantur, vel modus eſt turpis, audiunturque ob delectationem ex ipſis rebus turpibus contingentem, modo expoſito, *num.* 38. aut cum probabili ruinæ periculo, eſſet læthale.) Hæc Sanchez, cui conſentiunt P. Bauni *tom.* 1. *tract.* 11. *qu.* 21. P. Salas, & alij apud Dianam 2. *p. tr.* 17. *reſ.* 35. & apud Machado *tom.* 1. *ſum. lib.* 2. *p.* 3. *fol.* 422.

7. An verò ex alio capite ſit læthale? Nimirum ex eo, quòd ſoluendo hiſtrionibus mercedem ſis cauſa, vt eiuſmodi homines in ſtatu peccati mortalis vitam degant? Vide Dianam 5. *p. tract.* 13. *reſ.* 81. & *p.* 11. *tractat.* 5. *Miſ. reſ.* 52. vbi citat P. Ferrantinum Ieſuitam negatiuam ſententiam amplectentem, quam ante illum tenuit M. Zanardus 1. *p. direct. capit.* 41. §. 30. vbi ita inquit. [Si verba turpia ex loco publicè dicantur ad lucrum, vt in hiſtrionibus, & circulatoribus eos audire non eſt mortale, etiam Religioſis, ſed tantùm veniale, citra ſcandalum, vel præceptum Superiorum in contrarium.] Hæc ille quòd videtur etiam ſupponere Sanchez *vbi ſupra*; dum, ratione tantum delectationis quæſitæ, aut periculi lapſus, culpam mortalem agnoſcit. Sed contrariam ſententiam tenent alij, inter quos Franciſcus Galleti *in ſumm.* cui titulus Margarita caſuum *verb. commœdia fol.* 44. Vbi poſt relatam opinionem Th. Sanchez, ſic ait. [Sed valde obſtat prædictæ deciſioni, quòd dare eiuſmodi hiſtrionibus, eſt illos fouere in ſtatu ſuo, in quo cum ex propoſito intendant communiter repræſentationi rerum turpium, non videtur poſſe excuſari à mortali, & quòd iſtis dare ſit mortale, tenet Turrecremata *cap. donare diſt.* 86.] Hæc ibi eſt communis ſententia teſte Nicolao Baldello *in Theologia morali lib.* 3. *diſput.* 18. *num.* 9. (Et quia communiter, inquit, ſpectatores ipſi dum frequentant eiuſmodi ſpectacula (nempe turpia) & pro illis mercedem ſoluunt; poſitiuè dant illis cauſam: ideò communiter damnatur peccati mortalis, & multi DD. de illis loquuntur, eodem modo, atque de hiſtrionibus & actoribus, vt Caietanus *in ſum. verb. ſpectacula*, Angelus *verb. ludus num.* 6. & Syluest. *eodem, quæſt....*) Ipſe verò infra limitat, ſubiungens. [Poſtquam verò ſufficiens numerus iam confluxit, & externo peccato hiſtrionum iam eſt data ſufficiēs cauſa, non videtur ex hoc capite damnandus, ſi quis alius accedat, quia non ampliùs eos fouet in peccato, neque eorum peccato dat cauſam, cùm hoc vtrumque ſufficienter ſit præſtitum

PROPOSITIO IV.

Pollutio non intenta, licet præuiſa in cogitationibus turpibus, & tactibus inhoneſtis, ſi poſtea in ſomnis ſequatur, non eſt peccatum mortale. Ex Ieſuitarum doctrinis hunc modum dicendi admittit Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.21.n.15.& diſp.13.n.29.*

1. ℟. SI Author citatus ſolum intenderet, prædictam pollutionem in ſomnis contingentem non eſſe peccatum mortale, nil à veritate alienum diceret; quia non eſſe peccatum; ſed effectum peccati, eſt Doctiſſimorum opinio, quam, vt teſtatur M. Sotus *in 4. diſt. 12. quæſt.1. artic.7.* tuetur Angelicus Præceptor. [Hanc opinionem (inquit) videtur hic D. Thomas docere, dicens nocturnam pollutionem per ſe non eſſe peccatum. Idémque expreſſius affirmat *in 4. diſt.9. art.4. quæſt.1.* dicens pollutionem in ſomno non eſſe peccatum, quia illic nullum eſt rationis indicium, ſed eſt ſignum peccati] Hæc Sotus ex D. Thoma quem ſequuntur M. Petrus de Palude, Maior, Gabriel, & Adrianus apud Vaſquez, 1. 2. *tom.1. diſputat.94. cap.5.* Bonacina, & alij, quos citatos ſequitur Diana 1. *p. tract.7. reſol.64.* & putat probabilem Candidus Magiſter Sacri Palac. *tom. 1. diſquiſ.22. articulo 67. dub.4.* Quorum fundamentum eſt: quia quando non eſt libertas, actuale peccatum eſſe non poteſt.

2. Intentum igitur Ioannis Sancij aliud eſt, nimirum cogitationes moroſas, & tactus, cum præuiſione pollutionis poſtea in ſomnis euenturæ, non habere labem ſeu malitiam pollutionis, quamuis aliàs lethalia ſint. Verba eius ſunt. [Lis igitur inter Authores citatos, quos ſequitur Sanchez, & nos; ex eo pendet; quòd illi fatentur participare labem pollutionis illum, qui habet cogitationem turpem ſiue aſpectum, in quo præuideatur pollutio: & nos non admittimus licet præuideatur, quia præuidetur in cauſa non efficaciter influere.] Sic ille citans pro ſua ſententia doctiſſimum Caietanum, & doctum quemdam Ieſuitam ſuppreſſo nomine, Fides ſit penes Authorem. Hoc mihi certum nullum ex his qui ſcripta prælo mandarunt, hanc tenuiſſe ſententiam. Et plures ſibi contrarios numerat *ibidem* Ioannes Sancius. Inter Quos PP. Henriquez, Granadum, Sà, Thomam Sanchez, Salas, &c. Quibus adde P. Suarez *in 3. p. qu.85. artic.7.* alios apud Dianam *1. p. tractat. 7. reſolut.65.* Non ergo ex Ieſuitarum doctrina ſuam potuit elicere ſententiam Ioannes Sancius. Libens amplectitur Illuſtriſſimus Ioannes Caramuel *in Regul. Sum. Benedicti diſput.68. de ſomnis.* Vbi ſic ſcribit. (Addo, & hoc examinari non erit mirum, tactus, oſcula, & cogitationes turpes, moroſaſque delectationes, licet ſint peccata mortalia, non eſſe cauſam directam nocturnæ pollutionis.) Ita Sancius *in ſuis ſelectis diſput.1. numero 15. & diſp.13. numero 29.* Ratio huius Authoris eſt efficaciſſima, quia quæcumque cauſa eſt potentior, atque actiuior,

actiuior, quando eſt præſens, quàm quando eſt abſens; atqui moroſitas delectationis, tactus, oſcula non cauſauerunt pollutionem, dum eſſent præſentia, ergo multo minus abſentia poterunt cauſare. Ex his patet pollutionem præuiſam in ſomnis, ſed non volitam, licet procedat à cauſa mortaliter peccaminoſa in genere luxuriæ, non eſſe peccatum mortale; quia non amatur in ſe, vt ſupponitur, non amatur in cauſa, quia nulla datur directa talis pollutionis. Hęc ille cum Sancio.

3. Quorum ſententiam nouiſſimè amplecti videtur Illuſtriſſimus ac Reuerendiſſimus P.M. Acatius March de Velaſco ex Prædicatorum Ordine Lector Iubilatus, in Vniuerſitate Valentina Cathedraticus, Vicarius Generalis Prouinciæ Aragoniæ, & denique Epiſcopus Oriolenſis; *in ſuis reſolutionibus moralibus, Hiſpano idiomate in lucem datis Valentiæ anno* 1658. *tomo* 2. *Verbo luxuria, reſol.* 209. *numero* 4. vbi ſic ait. [*Deueſe aduertir que no es baſtante qualquiera cauſa, para que ſe diga que la polucion es peccado mortal, ò conſentida, porque es meneſter que ſea tal, que de ſuyo influya luego*] expende: an ſtatim influat, quando pollutio non ſtatim, ſed poſtea ſequitur in ſomnis. Ergo cum oſcula, tactus, cogitationes turpes, &c. non ſtatim influant in pollutionem præuiſam in ſomnis euenturam, hic non erit peccatum mortale. Huic fundamento, cui Acatius, innixus eſt Ioannes Sancius *vbi ſupra.* [Cenſeo, inquit, verba impudica, cogitationem turpem, & tactus, quæ ſunt crimina mortalia, & ſi ſint cauſæ per ſe ordinatæ ad pollutionem, non tamen efficaciter in illam influentes; alias fere nunquam opponerentur, quin ſequeretur pollutio. Contrarium tamen euenire teſtatur experientia, &c. Si ergo cogitatio turpis quando præſens eſt, non influit in pollutionem nec efficaciter mouet ad illam habendam quo modo credi poteſt influxuram quando abſens, vtpote in ſomnis] en ex eo quod cauſa non ſtatim influat, probat Sanchez non habere malitiam pollutionis: putat enim ad hoc requiri, quod deſiderat Acatius nempe quod cauſa ſit talis. [*Que de ſuyo influya luego.*] Verum hoc fundamentum Doctores communiter reprobant.

4. Circa pollutionem in ſomnis contingentem, inquiri ſolet: An liceat eam appetere, & deſiderare, etiam propter delectationem? Et reſpondet non eſſe lethale Paludanus *in* 4 *diſt.* 9 *q.* 3. *n.* 6. (Si quis, inquit, appetat delectationem pollutionis nocturnæ, vel complaceat ſibi in ea, ita tamen quod ſcit eam non eſſe peccatum, & vellet delectari ſine peccato, nullo modo complaciturus ſibi in ea, nec appetiturus eam, ſi eſſet peccatum, videtur quod non ſit peccatum mortale, ſed peccat venialiter.) Hæc Doctiſſimus Dominicanus, quæ ſunt valde notanda, quia contra communem Theologorum ſententiam, & expreſſè contra D. Thom. *in* 4. *diſt.* 9. *art.* 4. *quæſt.* 1. *ad* 5. vbi ait. [Si pollutio propter delectationem placeat, erit mortale, ſi ſit cum deliberante conſenſu.]

Digitized by Google

PROPOSITIO V.

Pollutio non intenta, licet præuiſa in conuerſationibus otioſis, & verbis amatoriis, non eſt culpa mortalis; nec ſub mortali teneris has cauſas remouere. Vaſquez Ieſuita 1. 2. *tom.* 1. *diſp.* 115. *cap.* 2.

1. ℟. HÆc propoſitio non repetitur in Vaſquez, ſed cuiuſcunque ſit, ſi conuerſatio, & amatoria verba culpam venialem in genere luxuriæ non excedant, vt non excedere docent Caietanus, D. Antoninus, Filliucius, & Graſſius apud Sanchez *de Matrim. lib.* 9. *diſp.* 46. *nu.* 31 & 34. quando finis intentus non eſt mortalis. [Nimirum (inquit cum Nauarro, & Corduba Sanchez *nu.* 36. & 39.) quoties ob ſolam vanitatem, ob vanum conciliandum amorem, leuemque delectationem] in hoc inquam euentu; pollutionem in eis non intentam, licet præuiſam, non eſſe de læthali damnandam nec grauem adeſſe obligationem remouendi cauſas, eſt expreſſa multorum ſententia ex D. Thom. 2. 2. *queſt.* 154. *art.* 5. & 3. *p. q.* 80. *art.* 7. Vbi totam malitiam pollutionis in cauſas reducit. Quem ex eius diſcipulis ſequuntur Caietanus, Sotus, Bartol. de Ledeſma, Syluester Martin. de Ledeſma, Ludouicus Lopez, quos citat Sanchez *lib.* 9. *diſput.* 45. *num.* 13. & 16. & plures alij, qui vniuerſaliter aſſerunt pollutionem ex cauſa mortali eſſe mortalem, & ex cauſa veniali eſſe venialem. Quibus conſentit M. Bartol. de Medina eiuſdem Prædicatorum Ordinis 1. 2. *q.* 74. *artic.* 6. §. 4. vbi ait. [Notandum quòd eiuſmodi pollutiones, quæ in ſe non ſunt volitæ, ſed tantum in cauſa, non habent aliam bonitatem, aut malitiam, quàm eam, quæ eſt in ſua cauſa.]

2. Et in terminis quando pollutio ſequitur ex rebus venialibus in genere luxuriæ, id tenent Caietanus, D. Antoninus, & Syluester apud Sanch. *ſup. num.* 19. & M. Acacius de Velaſco *tomo* 2. *reſol. moral. Verbo, luxuria, reſ.* 209. vbi ait. [*De loqual ſe ſigue, que no es pecado mortal, no deſiſtir de la accion indiferente, ô venial quando ſe conoce que ha de ſer cauſa de pollution. V. G. mirar curioſamente vn hombre al roſtro de vna muger.*] Quibus adde M. Ioannem de la Cruz, *in direct.* 1. *p.* 6. *precepto art.* 8. ibi [Pollutio, inquit, indirectè voluntaria, vtpotè præuiſa, & volita in ſua cauſa erit peccatum mortale, aut veniale, iuxta malitiam cauſæ] & M. Zanardum 1. 2. *directorij in explicatione* 6. & 9. *precepti cap.* 8. vbi ait. [Ex communi Doctorum ſententia regulam aſſignare poſſumus, per quam ſciemus, quando pollutio eſt peccatum mortale, quando veniale, & quando nullum. Regula ergo ſit: ſi cauſa pollutionis eſt mortalis, & ipſa pollutio erit mortalis; ſi venialis, venialis; & ſi nullo modo, nullo modo] & infra §. *ſecunda concluſio.* [Si cogitatio, vel delectatio fuit mortalis, pollutio quoque inde ſequuta erit mortalis; ſi venialis, venialis.]

3. Eandem ſententiam tenent Abulenſis, & Angelus, apud Sanchez *ſupra*, quos ſequitur Villalobos *in ſum.*

tom. 2.

Digitized by Google

tom.2.tract.40.diff.16.num.6. Bonacina *de Matrim. quaſt.4.punct.1.num.9.* & Verricelli *tom.1. tractat.4.quaſt.25.n.8.* vbi ſic [dico 5. Verior, communior, & receptior opinio eſt; tunc tantum pollutionem diurnam aut nocturnam eſſe volitam in cauſa, & contrahi mortalem malitiam mollitiei, quando cauſa eſt per ſe influens, & mortale peccatum in genere luxuriæ.] Hæc ille citans Nauarrum & alios. Quibus conſentit Diana *1.part. tract.7. reſ.65.* & *2.p. tract.1. Miſ. reſol.31.* qui inter cauſas veniales in materia luxuriæ, in quibus pollutio præuiſa non erit peccatū mortale, numerat. [Loqui verba amatoria, vulgo *requiebros* (ſecluſo ſcandalo, & periculo conſentiendi proprio, vel alieno) viſionē curioſam, lectionem turpem, tactum manus, & ſimiles.] Vide illum *tr.7.citato reſ.65. in fine.* Vbi ſic ait. [Notandum eſt etiam pollutionem præuiſam ſed non intētam ex actionibus peccaminoſis, tantum venialiter in genere luxuriæ, non eſſe peccatum mortale, vt ex tactu V.G. leui manus, viſu, verbis, lectione, aliquantulum libidinoſis.] ſic Diana apud quem plures ex primis huius ſæculi: cuius rationem inuenies apud Villalobos *in ſum. to.2. tract.40. diff.16. num.7.* vbi ſic. [*La razon de lo ſegundo es, por el leue influxo, que eſtas cauſas tienen que mas parece el efecto natural y la obligacion de quitar eſtas cauſas, es pequenna, y aſſi no obliga a pecado mortal el quitar la cauſa leue.*] Hæc ille cum Sanch. & aliis.

PROPOSITIO VI.

Inter ſponſos de futuro licita ſunt oſcula, & amplexus, etiam cum periculo pollutionis, ſi inurbani, & auſteri aliter haberentur. Sanchez Ieſuita *lib.9. de Matrim. diſp.46.n.49.*

1.R. QVod ſecluſo eiuſmodi pollutionis periculo, ſecundum ſe conſiderata non ſint culpa grauis inter ſponſos de futuro, eſt communis Doctorum ſententia, quam tenent ex diſcipulis D.Thomæ, Caietanus, Medina, Barthol. de Ledeſma, Ludouicus Lopez, Tabiena, Armillá, Sotus, & alij quos citatos ſequitur Th. Sanchez *ſupra diſp.46. citata*, ſubnectens. [Atque hæc concluſio vera eſt, quamvis ſponſi intendant eam delectationem ſenſitiuam, quæ ex ipſis amplexibus, & oſculis naſcitur. Sic Caietanus, Ludouicus Lopez, Petrus de Ledeſma, & Bartholomæus de Ledeſma.] Hæc ille. Quibus adde M. Candidum, qui putat probabilem *tom.1 diſquiſ.11.art. 1. dub.5.* apud quem eam tenet Mag. Medina *1.2. q.74.art.8.dub.3.* quos ſequitur Nauarr. *in ſumm. latina cap.16. nu.12.* Vbi huius opinionis anteſignanum refert, dicens: (Quæ ſingularis determinatio fuit Cardinalis Caietani *2.2.q.154.art.4.*)

2. Limitat verò Sanchez *vbi ſupra n.39.* (Eſt tamen moderanda concluſio: dummodo non adſit periculum copulæ, vel conſenſus in eam, aut pollutionis. Et quamvis dixerim excuſari à mortali inter coniugatos, quando habentur in ſignum beneuolētiæ,

& ad mutuum conciliandum amorem. At inter ſponſos de futuro, ſtrictius loquendum eſſe exiſtimo; ſi tamen in eas anguſtias inciderent, (attende,) vt inurbani, & auſteri haberentur, niſi ſe amplexarentur: neceſſitas illa excuſatet à periculo pollutionis præuiſæ, & à culpa læthali.] Hæc Sanchez: quibus amplexus tantum, non oſcula, cum periculo pollutionis permittit; cui conſentit Villalobos *in ſumm. tom 2. tractatu 40. difficultat. 16. numero quarto.* [*La polluciõ, inquit, inuoluntaria no es pecado, &c. tal es quando ſucede de obra, que aunque pudo euitarlo, no eſtaua obligado a ello. Y lo miſmo es quando nace del abraço licito, conforme a la coſtumbre de la tierra.*] Hæc illa non ſolum pro ſponſis, ſed etiam pro ſolutis. Cæterum licet ad oſcula concluſionem extenderet, non deficerent defenſores. Militant enim pro illa quotquot Prop. præcedenti retulimus aſſerentes, etiam inter ſolutos, pollutionem præuiſam, & non intentam in actionibus venialibus in materia luxuriæ, non eſſe peccatum mortale: imò, & nullum, quando in cauſa nullum eſt.

3. Quòd autem oſcula, & amplexus ex beneuolentia, & amicitia honeſta, & ad eam augendam, ne venialis quidem culpa ſint, docent communiter Theologi, cum Diu. Thoma, 2. 2. *quæſt.* 154. *artic.* 4. Quod procedit etiamſi delectatio venerea inde conſurgat, non conſentiente voluntate. Ita Nauarrus *cap. ſi cui de Pœnit. diſt.* 1. *numer.* 15. Emanuel Rodriguez *tom.* 1. *ſum. in 2 editione cap.* 103. & M. Ioannes de la Cruz *in director. 6. præcepto, artic.* 1. *dub.* 2. vbi ſic. [An oſcula, & tactus ſint peccata mortalia? Ex ſe, iſta non ſunt peccata mortalia, cum licitè fiant ſine libidine, ex amore patriæ aut ob aliam neceſſitatem, & ſi in eis excitetur alia ſenſualis delectatio dum accipietur, nec adſit periculum conſentiendi in eam. Ita Victoria, & communiter cum Diuo Thoma *art.* 4.] Ergo ſi in eiuſmodi oſculis, & amplexibus præuideatur futura pollutio non erit culpa læthalis (iuxta prædictam doctrinam) maximè inter ſponſos de futuro. Si verò cauſa vanitatis, vel leuitatis, vel alia ſimili infigantur, ſi in delectationem veneream ex illis conſurgentem voluntas non conſentiat, non excedere culpam venialem, docent Caietanus, Nauarrus, Graffius, & alij apud Sanchez *ſupra.* Quomodo ergo pollutio in eis præuiſa læthalis erit, quandoquidem huiuſmodi malitia ex malitia cauſę metienda. &c.

4. Aliud verò erit, ſi ſponſi intenderent delectationem illam ſenſitiuam, quæ ex ipſis amplexibus, & oſculis naſcitur: nam cum inter ſolutos læthalia hæc ſint, iuxta communem Theologorum ſententiam non poterit pollutio in eis præuiſa à læthali inter ſponſos de futuro excuſari. Imò neque inter coniugatos, ſecundum Sanchez, vt conſtat ex eius verbis *ſupra* relatis. Solum enim excuſat. [Quando habentur in ſignum beneuolentiæ, & ad mutuum conciliandum amorem.] Quod tradit etiam M. Zanardus 1. *part. direct. de matrim. cap.* 41. *§.* 17. per hæc verba. [Tactus, & oſcula cum periculo pollutionis, imo & cum pollutione inter coniuges, non ſunt peccata mortalia. &c. Si fuerint ad excitandum amorem, vel ad eum conſeruandum & tunc præter intentionem ſequeretur pollutio] ſic

etiam

tiam intelligendus eſt M. Ioannes de a Cruz *in direct. 2. p. de Sacram. Matrimonij q. 3 concl. 2.* dum ait: [Tactus, & amplexus coniugum, ſi ex eis regulariter ſequitur pollutio extra vas, erunt peccata mortalia.] Si enim id extendat ad caſum, quo habeantur ob delectationem ſenſibilem, & veneream ex illis conſurgentem, audiendus non eſt. Vide infra *Prop.* 10.

PROPOSITIO VII.

Sentienti magnum pruritum in partibus verendis licitum eſt, ad ſemen corruptum expellendum, & pruritum ſedandum, eas refricare, etiam cum periculo pollutionis, dum conſenſus periculum abſit. Sanchez, Filliucius, & Reginaldus Ieſuitæ, *quos citatos ſequitur* Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.* 21. *num.* 30.

1. R. PRo hac opinione refert etiã Ioannes Sancius *vbi ſupra* Eminentiſſimum Caietan. M. Ledeſmam, Baſilium de Leon, Nauarrum, & Villalobos. Quibus ſubſcripſit M. Zanardus 1. *p. direct. de matr. c.* 41. §. 12. Vbi ſic ait. [Duodecimo dico. Nunquam nec coniugibus, nec ſolutis licere pollutionem ex mollitie, quia mollities ex ſe mala eſt. Non credo tamen eſſe mortale, quando adeſt neceſſitas extrahendi ſemen à corpore per medicamentum, ſi ſemen diù retentum iam cauſaret periculum vitæ, quia hæc non eſt pollutio per ſe, & directè volita, ſed meditatio, quamvis per accidens, & extra intentionem ſequatur pollutio,] & *infra numero* 26. [Dico quòd pollutio nõ erit peccatum mortale in magno, graui & moleſto pruritu genitalium, quia cum peccatum debeat eſſe voluntarium, & in ſupradictis vrgeat occaſio, cauſa, vel neceſſitas ſine voluntate, ideo excuſatur.] Hactenus M. Zanardus cuius ſententiam, in terminis, quibus proponitur, & defenditur à Ioanne Sancio *vbi ſupra;* tuetur Diana *ſecunda parte, titulo ſecundo Miſ. reſolutione* 59. vbi ſic. [An ad expellendum ſemen corruptum, vel ad ſedandum pruritum liceat refricare verenda cum periculo pollutionis, non tamen conſenſus in eã? Affirmatiuè reſpondeo cum Sanchez, Fillinecio, Reginaldo & Bonacina, quos citat, & ſequitur Ioannes Sancius vir doctiſſimus *in ſuis diſputationibus ſelectis diſputat.* 21. *num.* 29.] Hæc ibi.

2. Id tradit Bonacina *de matrimon. quæſt. 4. part. 10 num.* 11. vbi ſic ait. [Secundò: fœminam, quæ propter ſemen corruptum patitur accidentia venenoſa, ſequitur, poſſe conari fricando, vel adhibendo medicamenta ad expellendum ſemen corruptum, quod eſt noxium ſanitati, etiamſi inde ſequatur veri ſeminis emiſſio, &c. modo non ſit periculum conſenſus in delectationem, vel in pollutionem. & modo conſtet ſemen illud eſſe corruptum,] idem tenet Villalobos *in ſum. tom. 2. tit. 40. diff. 16. num.* 4. [Dudas, inquit, ſi ſemen eſt corruptum ex quo in vaſe retento patitur mulier accidentia venenoſa, an liceat conari

Digitized by Google

narı illud expellere, vel confricatione partium, vel intromiſſione digitorum vſque ad os vteri? *A loqual ſe reſponde con diſtincion, porque quando procede de que ſemen peccat in quantitate, non licèt, quia eſt verè ſemen; mas ſi verdaderamente eſtà corrupto, licito es procurar expelerle de las maneras dichas, porque ya no es verdadero ſemen, pues eſtà corrupto, y no ſe ha de hazer caſo, de que de camino, y* præter intentionem *ſe ſiga juntamente* veri ſeminis emiſſio, quia datur opera rei licitæ.] Hæc Villalobos apud Dianam 3.*p. tit.*5. *Miſ. reſ.*85. quem ſequuntur Angelus Boſſius *tom.* 1. *de conſcientia dubia, num.*2035. & Guilinus *verb. pollutio*, Notandum verò eſt P. Thom. Sanchez hanc ſententiam retractaſſe *in ſum. tom.*2. *lib.*9. *cap.*6. *num.*12. quem imitatus eſt Diana 3. *p. tr.*5. *Miſ. reſol.* 85. §. *His non obſtantibus*, & *p.*9 *tract.* 8. *reſol.* 31. Prætermiſit hæc, forſan ex obliuione Anonymus; ſicut & recenſere alios Authores, à quibus Ioannes Sancius hanc opinionem ebiberat.

PROPOSITIO VIII.

A lanugine, vel ſanguine menſtruo propria verenda mundare, non eſt lethale, etiamſi præuideatur futura pollutio, dummodo periculum conſenſus non adſit. **Reginaldus Ieſuita** ***tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 40.**

1. R. HÆc opinio defenditur à pluribus. Eam tenent expreſsè Ioannes Sancius *in ſelectis diſput.*21. *num.*33. Diana 3 *part. tractatu* 5. *Miſ. reſol.*85. *in fine*, & quotquot aſſerunt pollutionem præuiſam in cauſa non eſſe mortalē, niſi cauſa ex ſe mortalis ſit. Abulenſis, Angelus, Caietanus, Sotus, Martinus de Ledeſma, Bartholomæus de Medina, Syluester, Ludouicus Lopez, Ioannes de la Cruz, Acacius de Velaſco, Bonacina, Villalobos, Verricelli, & alij citati *Propoſ.* 5. Quibus adde quotquot tenent nullam eſſe culpam, non deſiſtere à cauſa neceſſaria, vel conueniente corpori, quæ per ſe, & ſua natura cauſa pollutionis non eſt, quamvis præuideatur inde ſubſequenda: quod vltra citatos tradunt Armilla, Margarita Confeſſor, Tabiena, & alij quos ad ſatietatem refert Sanchez *ſupr. diſputatione* 45. *num.*4. Hi inquam, omnes abſque inconſequentia doctrinæ, nequeunt opinioni Reginaldi refragari. Vnde etiam deducunt non pauci expertum in pollutiones incidere ex equitatione non teneri deſiſtere ceſſante periculo conſenſus. Ita Ludouicus Lopez 2. *p. inſtruct. de Euchar. cap.* 76. § *ſequitur etiam*, & Armilla *verbo pollutio, n.*1.

PROPO-

PROPOSITIO IX.

Qui ratione ſuæ frigidiſſimæ complexionis non timeret periculum magnæ commotionis in corpore, non peccaret lethaliter, ſi viri cum fœmina concubitum aſpiceret. Granado Ieſuita 1.2. *controu.6. tract.* 4. *diſp.7. num.3.* (*Nota, quomodo cum his cohæreat Ieſuitarum doctrina contra audientes comœdias.*)

1. ℞. SApientiſſimus P. Granado in doctrina D. Thomæ, & diſcipulorum eius verſatiſſimus ex eorum principiis prædictam deduxit concluſionem. Pro qua ſtare debent, quotquot aſſerunt aſpectus verendorum, etiam diuerſi ſexus, tunc eſſe peccatum læthale, quando ex libidine procedunt. Et quotquot aſpectus, etiam concubitus viri cum fœmina, ratione periculi magnę commotionis in corpore, & magnæ incitationis ad venerem de culpa læthali damnant. Supponit enim P. Granado caſum, in quo nec ex libidine procedant, nec prædictum periculum adſit. Qua propter pro eius opinione ſtare debent ex doctiſſima Prædicatorum Familia Syluester *verb. delectatio nu.7.* Vbi de aſpectibus verendorum loquens ait. (Non eſt dubium peccare mortaliter, ſi libido ſit principaliter in cauſa.] & *n.5.q.4.* (Vtrum conſenſus in delectationem tactuum, & aſpectuum impudicorum ſit mortalis? Dico quòd ſic quoad tactus, puta amplexus, oſcula, & huiuſmodi, quando fiunt ex libidine: & idem dico de aſpectibus.) Et M. Zanardus *in directorio 1.p. de Sacram. Matrim. cap.41. §.29.* [Aſpectus, inquit, turpes ſunt peccata mortalia. Primò ſi ſint partium inhoneſtarum ex electione; ſi tamen quis à caſu eas videret, vel ex curioſitate, vel leuitate quadam, & ſubito ſe retraheret, quando ſentiret motus libidinis, non eſſet mortale. Secundò eſt mortale videre mulierem, vel hominem in veſte tenui, quando maximam excitat libidinem; ſcilicet, quando præuiè timetur de periculo ruinæ. Et tertiò videre concubitum mulieris cum viro, quia eſt magnum periculum ruinæ, & maximè aduerſatur honeſtati.

2. Fauet M. Candidus *tom.1. diſp.11. art.2. dub.1. &* 2. Vbi putat probabile non eſſe mortale aſpicere verẽda fœminæ; quia contraria, & communis ſententia [poſſet, inquit, temperari, niſi tam breui tempore videret aliquis perſonam diuerſi ſexus nudã, vt non detur occaſio magnę commotionis in corpore, vel ratione ętatis puerilis ceſſet in vidente periculum. At multò verius eſt oppoſitum; quia talis aſpectus multum incitat ad libidinẽ. Ergo ſaltem ratione periculi commotionis in corpore, ſi deliberatè fiat, erit lęthalis,] & *infra* ſubnectit. (Inſpicere viri cum fœmina concubitum eſſe mortale, quia magis incitat ad libidinẽ, quam aſpectus nudæ fœminę, ac ſi diceret, maius fore periculum commotionis.) In idẽ recidit Margarita Confeſſorum *in 6. præcept. fol.90.* Vbi explicans, quando in his peccatum læthale interueniat? Sic ait. [Si intrauit locum meretricium cum

intentione

intentione videndi inhoneſta, quæ ibi fiunt, vel tranſiuit per loca, vbi ſunt perſonæ inhoneſtæ, aduertens de periculo caſus.) Ex quibus conſtat omnes DD. *ſupra* citatos, ratione periculi, ruinæ, & magnæ commotionis in corpore, damnare de læthali tam aſpectum verendorum, quàm concubitus viri cum fœmina.

3. Fauet etiam D. Antoninus *in ſum. p.2. tit.5. cap.1. §.9.* dum tactus in verendis de mortali non damnat, niſi fiant ex amore libidinoſo. Verba eius ſunt. [Permittere ſe tangi in membris genitalibus, niſi ſint coniuges, vel niſi ſubſit cauſa neceſſitatis, vt infirmitas, & huiuſmodi, credo non poſſe excuſari à lethali, cum iſtud non fiat communiter niſi ex animo libidinoſo.] Cui conſonat Syluester *ſup. verb. delect. num.5.* dicens: (Eſſe læthale, quia extra hos caſus ſemper poteſt probabiliter opinari de mala intentione tangentis) & clarius verbis *ſuprà* adductis *num.1.* Et tradit expreſsè Margarita Confeſſorum *vbi ſupra*, dum ait: [Si tetigit verenda alterius, ſi permiſit ſua tangi ex libidine, ſi oſculatus eſt, vel tetigit aliquam ex laſciuia, mortale: quæ tunc eſt, quando fit, vt ſequatur pollutio, vel cum periculo pollutionis.]

4. Dixi fauere D. Antoninum, cum de tactibus in verendis ſic loquitur, quia in tactibus magis vrget ratio, quam in viſu. Delectatio enim ex viſu non eſt tanta; vt bene docent Caietanus *in ſum. ver. impudicitia & verb. delectatio.* M. Medina *1. 2. q.74. art.8. dub.5.* & Thomas Sanchez *de Matrim. lib.9. diſp.46. num.11.* vbi ſic ait. (Aſpicere mulieris pudenda ex curioſitate, eſt peccatum mortale, vt dicemus *num.24.* propter maximam indecentiam, & ſummum periculum; ait indecentius, & maiori periculo expoſitum eſt, ea tangere.) Atqui ſecundum D. Antoninum, & ſequaces, tactus, ſi non fiant ex animo libidinoſo, non ſunt peccatum mortale; ergo neque aſpectus. Licèt negari non poſſit, vtrumque aduerſari honeſtati naturali, ac proinde à peccato veniali excuſari non poſſe, quando nulla ſubeſt neceſſitatis cauſa: ergo qui, ratione frigidiſſimæ complexionis, neque animum libidinoſum haberet, neque periculum magnæ commotionis in corpore, nec incitationis, neque ruinæ, non peccaret læthaliter, quamuis fœminæ pudenda aut viri cum illa congreſſum aſpiceret. Ex præiactis præmiſſis, hanc concluſionem, vt dixit, deduxit P. Granado. Cui fauent DD. qui indiſtinctè aſſerunt aſpectus turpes propter delectationem, quæ ex ipſis captatur, in ea ſiſtendo, non eſſe peccatum mortale. Caietanus, Medina, Nauarrus, & Philiarcus apud Sanchez *de Matrim. lib.9. diſp.46. num.12.* Doctores autem Societatis communiter contrarium tenent.

5. Non tamen audiendus Caietanus *in ſum. verb. Periculum peccandi.* Vbi ait, quòd ſe exponere periculo [eundo ad locum, ſiue ſocietatem, vbi eſt periculum peccandi mortaliter, propter aſpectum, perſuaſiones, commoditates, aut aliquid huiuſmodi, non eſt ex ſuo genere peccatum mortale, quia in ſuo libertatis arbitrio reſtat peccare mortaliter, etiam præſentibus talibus occaſionibus peccandi] videatur M. Catherinus eiuſdem Prædicatorum Ordinis *in Annotationibus in commentaria Caietani fol.*

mihi

Digitized by Google

mihi 580. vbi hæc,& alia, quæ ibi Caiet. tradit, dicit [Eſſe periculoſiſſima.]

6. Quòd autem inconſequentiæ arguas Ieſuitas ex eo , quòd alij ex eadem familia comœdiarum auditores damnent, non poſſum non mirari. Quis vnquam ſomniauit diuerſitatem opinionum inter Doctores eiuſdem Familię inconſequentiam eſſe doctrinæ ? Omnes conſule. Præterquam quòd Ieſuita, qui ratione tantum periculi ſpiritualis ruinæ, prædictos auditores damnant, ea ceſſante, à culpa mortali liberent. Vide doctiſſimum P. Sanchez *ſup. diſput.* 46. *n.* 40. vbi ſic ait (ex his infertur ; quamuis comœdiis intereſſe, non ſit mortale, vbi nec res turpes repræſentantur , nec modus repræſentandi eſt turpis , vel ſi hæc concurrant, audiuntur ob ſolam vanam curioſitatem , abſque periculo probabili lapſus in peccatum mortale. At quando turpia repræſentantur, vel modus eſt turpis, audiunturque ob delectationem ex ipſis rebus turpibus contingentem, modo expoſito , *num.* 38. aut cum probabili ruinæ periculo , eſſet læthale.) Hæc Sanchez , cui conſentiunt P. Bauni *tom.* 1. *tract.* 11. *qu.* 21. P. Salas , & alij apud Dianam 2. *p. tr.* 17. *reſ.* 35. & apud Machado *tom.* 1. *ſum. lib.* 2. *p.* 3. *fol.* 422.

7. An verò ex alio capite ſit læthale ? Nimirum ex eo, quòd ſoluendo hiſtrionibus mercedem ſis cauſa, vt eiuſmodi homines in ſtatu peccati mortalis vitam degant ? Vide Dianam 5. *p. tract.* 13. *reſ.* 81. *& p.* 11. *tractat.* 5. *Miſ. reſ.* 52. vbi citat P. Ferrantinum Ieſuitam negatiuam ſententiam amplectentem , quam ante illum tenuit M. Zanardus 1. *p. direct. capit.* 41. §. 30. vbi ita inquit. [Si verba turpia ex loco publicè dicantur ad lucrum, vt in hiſtrionibus , & circulatoribus eos audire non eſt mortale, etiam Religioſis , ſed tantum veniale , citra ſcandalum , vel præceptum Superiorum in contrarium.] Hæc ille quòd videtur etiam ſupponere Sanchez *vbi ſupra* ; dum , ratione tantum delectationis quæſitæ , aut periculi lapſus, culpam mortalem agnoſcit. Sed contrariam ſententiam tenent alij , inter quos Franciſcus Galleti *in ſumm.* cui titulus Margarita caſuum *verb. commœdia fol.* 44. Vbi poſt relatam opinionem Th. Sanchez , ſic ait. [Sed valde obſtat prædictæ deciſioni, quòd dare eiuſmodi hiſtrionibus , eſt illos fouere in ſtatu ſuo , in quo cum ex propoſito intendant communiter repræſentationi rerum turpium, non videtur poſſe excuſari à mortali , & quòd iſtis date ſit mortale, tenet Turrecremata *cap. donare diſt.* 86.] Hæc ibi eſt communis ſententia teſte Nicolao Baldello *in Theologia morali lib.* 3. *diſput.* 18. *num.* 9. (Et quia communiter, inquit, ſpectatores ipſi dum frequentant eiuſmodi ſpectacula (nempe turpia) & pro illis mercedem ſoluunt , poſitiuè dant illis cauſam: ideò communiter damnantur peccati mortalis , & multi DD. de illis loquuntur, eodem modo, atque de hiſtrionibus & actoribus, vt Caietanus *in ſum. verb. ſpectacula* , Angelus *verb. ludus num.* 6. & Syluest. *eodem, quæſt*....) Ipſe verò infra limitat, ſubiungens. [Poſtquam verò ſufficiens numerus iam confluxit, & externo peccato hiſtrionum iam eſt data ſufficiēs cauſa , non videtur ex hoc capite damnandus , ſi quis alius accedat, quia non ampliùs eos fouet in peccato , neque eorum peccato dat cauſam , cùm hoc vtrumque ſufficienter ſit præſtitum

ab aliis.] Hucuſque Baldellus.

8. Sed omnino videndus D. Thom. 2. 2. *queſt.* 168. *art.* 3. *ad* 3. vbi mira breuitate, & claritate quæſtionem præſentem dirimit. [Officium, inquit, hiſtrionum quod ordinatur ad ſolatium hominibus exhibendum, non eſt ſecundum ſe illicitum, nec ſunt in ſtatu peccati dummoderatè ludo vtuntur, id eſt, non vtendo aliquibus illicitis verbis, vel factis ad ludum, & non adhibendo ludum negociis, & in temporibus indebitis &c. Vnde illi qui moderatè illis ſubueniunt, non peccant, ſed iuſtè faciunt, mercedem miniſterij eorum, eis retribuendo. Si autem ſuperfluè ſua in tales conſumunt, vel etiam ſuſtentant illos hiſtriones, qui illicitis ludis vtuntur peccant, quaſi eos in peccato fouentes. Vnde Auguſtinus ſuper Ioannem dicit, quòd donare res ſuas hiſtrionibus, vitium eſt immane, niſi forte aliquis hiſtrio eſſet in extrema neceſſitate.] Hæc Angelicus Doctor.

PROPOSITIO X.

Deoſculari fœminam, non quidem propter delectationem veneream, ſed ob præciſam illam delectationem, quæ ex oſculis percipitur, vt ex contactu rei mollis, & ſuauis, non eſt peccatum mortale. Comitolus Ieſuita, *lib.* 4. *Reſp. moral. q.* 20. *n.* 6.

1. R. COmitolus non aſſerit prædictam delectationē poſſe intēdi, ſed oſcula aliàs licita, & honeſta nō eſſe lethalia, licèt prædicta naturalis delectatio ſubſequatur. Verba eius ſunt. (Quando oſculum, & amplexus honeſtè initur, citaturque in oſculantibus, aut his, quibus ſuauium datur, voluptas, quæ non ad tactum venereæ voluptatis, ſed primarum, ſecundarumve qualitatum, qualis eſt leuitas, & mollitudo, refertur; eaque nimis eſt, meo quidem animo peccatum non eſt pronunciandum mortiferum.) Quid clariùs? Quid veriùs? Quandoquidem, iuxta communem Theologorum ſententiam, vt vidimus *ſup. Prop.* 6. quando oſculum honeſtè initur, non interuenit culpa grauis, etiamſi excitetur voluptas, ſeu delectatio venerea; ſi periculum conſenſus abſit.

2. Cæterùm opinio, quæ falſo tribuitur Comitolo, plures defenſores habet. Eam enim tuentur Syluester, Tabiena, & Petrus de Ledeſma apud Salas 1. 2. *tom.* 2. *queſt.* 64. *tr.* 13. *diſp.* 6. *ſect.* 20. *numero* 139. & 146. Quos ſequuntur ex eodem perilluſtri Prædicatorum Ordine Reuerendiſſimus, & Illuſtriſſimus M. Arauxo Epiſcopus Segouienſis, & M. Souſa, quibus cum Portel. & aliis ſubſcripſit Thomas Hurtado ex Clericorum Minorum Familia *tom.* 1. *reſol. moral. tract.* 3. *cap.* 3. *reſol.* 27. Vbi ex eiſdem ait, non eſſe denunciandum confeſſarium ſollicitantem in confeſſione ad eiuſmodi oſcula; (Quia cum non fiant, inquit, ex intentione carnali, non ſunt mortalia, ſed ad ſummum venialia,) & iterum *tract.* 4. *cap.* 8. *num.* 935. [Oſculari,

lati, inquit, fœminam in facie, vel in ore, &c. quamvis enumerata poſſint fieri abſque peccato mortali, vt tenet probabilis opinio, &c.] idem cum Caietano ſentit Candidus, M. Sacri Palat. *tom.* 1. *diſputat.* 1. *dub.* 2. vbi ait. [Dico tertiò, amplexus, tactus, & oſcula non libidinoſa, quia ſcilicet, non fiunt in illis partibus, quas natura inſtituit ad prolem generandam, ſi habeantur ioco, cauſa vanitatis, vel leuitatis, vel alia ſimili abſque intentione delectationis venereæ, etiamſi inde conſurgat, ea repreſſa, non excedunt culpam venialem. Sic Caietanus.] Hæc ille, & ante omnes D. Antoninus 2. *parte, titulo* 5. *capite* 1. §. 9. [Oſculum, inquit, mulieris poteſt eſſe cum peccato, & ſine peccato: ſi enim fiat ex libidine, & extra matrimonialiter coniunctos, erit peccatum mortale, aliàs non: vt ſuprà dictum eſt.]

3. Sed expreſſius M. Zanardus *in direct.* 12. *in explicatione ſexti, & noni precepti* §. 13. *verſ. Quintò deduco*, vbi ſic. (Quoniam omnis delectatio tactiua, vt tactiua, & ſenſitiua eſt, non conuenit homini, vt homo eſt, ſed vt animal eſt, & ſic ei non conuenit peccare: ideo ſi quis delectetur in oſculo pulchræ manus, faciei, vel gratioſi oris, & ſimiliter in tactu mollis carnis, cuiuſcumque ſit partis, excluſis conſenſu expreſſo, interpretatiuo, & periculo conſenſus, non cenſeo eſſe peccatum.] Et inferius. (Quia ſic pater non poſſet ex quadam ſenſuali delectatione percutere nates filij ſui parui, nec mater cõtrectare mammas filiæ ſuæ, quod nimis durum eſt. Ideo quilibet ſenſus delectando ſe in ſuo obiecto phyſicè, id eſt, vt res eſt, non cauſat peccatum, niſi ſecum rapiat voluntatem, vel illi laqueum ſic paret, vel delectationem illam, quæ comitatur copulam.) Hactenus Zanardus, quem ſequitur Syluius 2.2. *quæſt.* 144. *art.* 4. *concl.* 4. cuius verba adducit Diana 4. *p. tit.* 4. *reſ.* 136. idem ſentit Villalobos *in ſumm. tom.* 2. *tractat.* 40. *diff.* 9. *num.* 4. *& ſequentibus.*

4. Addunt alij doctiſſimi oſcula, & amplexus fœminæ à viro habita, etiamſi ob veneream illam delectationem, quæ ex ipſis conſurget, abſque ſiniſtra alia intentione, (qualis eſſet, ſi haberentur ob delectationem veneream copulæ, vel aliarum ſpecierum luxuriæ) non eſſe peccatum mortale. Ita docent Martinus de Magiſtris, & Gabriel apud Sanchez *de Matrimon. lib.* 9. *diſp.* 46. *numero* 6. Sebaſtianus de Medicis *in ſum. peccator. cap.* 78. & fauet Carthuſianus *in ſum. fidei lib.* 3. *articul.* 210. & tradit M. Vmbertus Quintus Generalis Ordinis Prædicatorum *in expoſit. regulæ Diu. Auguſtin. capit.* 7. *ſextæ partis de caſtitate:* quem pro hac opinione adducit Sanchez, *vbi ſupra.* Vmberti verba ſunt. (Cum fornicatio ſit peccatum mortale, conſequens eſt, quòd conſenſus in delectationem talis peccati, ſit peccatum mortale, & non ſolum conſenſus in actum. Et ideo, cum oſcula, & amplexus huiuſmodi propter delectationem huiuſmodi fiant, conſequens eſt, quòd ſint peccata mortalia, & ſic ſolum dicuntur libidinoſa. Vnde huiuſmodi ſecundum quòd libidinoſa ſunt peccata mortalia.) Hæc ille. Quæ ſunt formalia verba D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 154. *art.* 4. *in corpore*, in quibus hic diſcurſus continetur. Amplexus, & oſcula ſunt peccata mortalia quatenus libidinoſa, & non aliter. Sed tantum ſunt libidinoſa, quatenus propter de-

lectationem copulæ, aut aliarum ſpecierum luxuriæ fiunt: ergo ſic tantum, & non aliter ſunt peccata mortalia.

5. Nouas recipiet vires præfatus diſcurſus, ſi ad trutinam vocentur D. Thomæ verba immediatè præcedentia. Vbi poſtquam dixit oſcula, & amplexus, ſecundum ſuam ſpeciem, & rationem, non eſſe peccatum mortale: ſubnectit. (Alio modo dicitur aliquid eſſe peccatum mortale ex ſua cauſa. ſicut ille qui dat eleemoſynam, vt aliquem inducat in hæreſim, mortaliter peccat propter intentionem corruptam,) & hoc modo putat inueniri peccatũ mortale in oſculis, & amplexibus recurrens ad intẽtionem corruptam, ex qua habeantur ob delectationem fornicationis, vel aliarum ſpecierũ luxuriæ. [Dictum eſt (inquit) quòd conſenſus in delectationem peccati mortalis eſt peccatũ mortale; & ideò cum fornicatio ſit peccatum mortale, & multò magis aliæ luxuriæ ſpecies, conſequens eſt quòd conſenſus in delectationem talis peccati ſit peccatũ mortale, & non ſolum conſenſus in actum; & ideò cum oſcula, & amplexus huiuſmodi, propter delectationẽ huiuſmodi fiant, conſequẽs eſt, vt ſint peccata mortalia, & ſic ſolum dicuntur libidinoſa, vnde ſecundum quod libidinoſa, ſunt peccata mortalia.) Ergo ſi non fiant ob delectationem prædictam, mortalia non erunt.

6. Et ita videtur tradere Angelicus Doctor *in ſecundo ſcripto ſuper libros ſententiarum libro* 4. *diſt.* 11. *art.* 4. Vbi ait. [*Ad* 1. dicendum quòd conſenſus in delectationem eſt mortale peccatum, non in quancumque, ſed in illam quæ conſequitur actum peccati mortalis] oſcula autem, & amplexus non ſunt actus peccati mortalis, vt ipſemet tradit *vbi ſupra*, & cum eo omnes Theologi. Ergo, iuxta doctrinam D. Thomæ, non erunt lethalia, niſi extrinſecè ex praua intentione ordinentur ad delectationẽ fornicationis, vel alterius luxuriæ ſpeciei, quæ ſunt actus peccati mortalis. Idque ſupponere videtur *in Epiſtola Pauli ad Epheſios cap.* 5. *lect.* 2. *in fine*, vbi ait. (Tria ergo vitia excludit, ſcilicet *turpitudinem*, quæ eſt in tactibus turpibus, & amplexibus, & oſculis libidinoſis &c. Item *ſtultiloquium*, id eſt verba prouocantia ad malum, & *ſcurrilitatem*, &c. Et hęc omnia ſunt mortalia in quantũ ad peccata mortalia ordinantur, quia aliquid, etiamſi bonum ſit ex genere, in quantum ad mortale ordinatur, eſt mortale.) Quapropter huius ſententiæ videri poſſe D. Thom. ait Petrus de Nauarra 2 *de reſt. cap.* 4. *nu.* 321. Verum, D. Tho. his non obſtantibus, pro contraria ſententia ſtare, multis oſtendere conatur Caietanus 2. 2. *q.* 154. *citata, art.* 4.

7. Expreſſius eam tenet M. Chryſoſtomus Labellus *libr. de Philoſophia Chriſtiana* 1 *p. tit.* 7. *vbi de pudicitia numer.* 10. ibi. [Aliqui tenent eſſe mortalia; alij autem quòd licet ſint mala, non tamen mortalia, ſed venialia: nam nec exercitium talium, nec delectatio conſequens inuenitur ad cui prohibita ſub grauitate peccati mortalis, niſi ordinetur ad concubitũ illicitum. Talia videntur oſcula, & amplexus, & tactus partium honeſtarũ, quæ ſiſtunt in huiuſmodi delectatione. Hos autẽ damnare de peccato mortali durũ eſt. Declino igitur ad hanc viã: & ratio opinionis oppoſitę non cõcludit: cõceſſo enim quod operans hæc, cõſentiat in delectationem tactus; nego, quòd regulariter ſit conſenſus in delectationẽ forni-

Digitized by Google

fornicationis.] Hæc ille cui partim conſentire videtur M. Zanardus *ſupr.* dum ait. [Quilibet ſenſus delectando ſe in ſuo obiecto phyſicè, id eſt, vt res eſt, non cauſat peccatum, niſi ſecum rapiat voluntatem, illi laqueum ſic patet, vel delectationem illam quæ comitatur copulam.]

8. Citatos ſequitur M. Petrus de Ledeſma *in ſumma tomo ſecundo, tractatu vigeſimoſeptimo, capite decimonono, concluſ. 4.* cuius hæc ſunt verba. [*Los oſculos entre los ſolteros de ſuyo ſon pecado mortal, ordenados al acto carnal libidinoſo. Dixe ordenados al acto carnal, porque ſi no ſon ordenados a eſte acto, no ſon de ſuyo pecado mortal. La razon es, porque los oſculos, como ya queda dicho, tienen la malicia de la fornicacion, luego ſi ſe ordenan a ella ſon pecado mortal, y ſi no ſe ordenan a la fornicacion, no tienen razon de pecado; porque les viene el ſer pecado deſte fin.*]

9. Eiuſdem ſententiæ (inquit Thomas Sanchez *de matrimon. lib. 9. diſp. 46. num. 6.*) [Videntur D. Antoninus *3. part. tit. 16. cap. 1. §. 10. notab. 1.* dicens, tactus cum fuerint ex libidine, & amore carnalis luxuriæ eſſe mortales, & M. Ioannes Nider *in ſua ſum. precep. 6. cap. 2. ad finem verſ. 2.* principaliter, dicens eſſe læthales cum ſint libidinoſi, & ea intentione vt in ſe, vel in muliere excitetur concupiſcentia. Et Margarita Confeſſorum, *ſexto præcepto, folio 90.* dicens oſcula, & amplexus habita ex laſciuia eſſe mortalia, & tūc id contingere, quando habentur, vt ſequatur pollutio, vel cum periculo. M. Ioannes Viguerius *lib. inſtit. cap. 7. §. 5. verſ. 7. ad finem*, dicens eſſe mortalia ob intentionem corruptam, ſicut & aſpectus iuxta illud Matth. 5. *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam &c.* & Manuel *tom. 1. ſum. 2. editione cap. 203. num. 1.* dicens oſcula tunc eſſe mortalia quando diriguntur ad actum carnalem, & libidinoſum.] Sic ibi.

10. Hanc ſententiam probabilem putat M. Sotus *in 4. diſtinct. 34. quæſt. 1. art. 2. ad finem verſic. ex quo fit.* Vbi inquit. [Non poſſunt laſciuè amplexari, vt impudicè tangere, aut carnaliter oſculari, quia iſti tactus, & oſcula per ſe, vt verior habet opinio, ſunt mortalia, niſi inter veros coniuges.] Quibus verbis, ait Sanchez *ſupra* (clare cenſet eſſe probabilem,) & huic opinioni ait M. Ioannes de la Cruz *in directorio 6. precep. dub. 2. concluſ. 1.* [Victoria, & Corduba videntur aſſentire, & ſi inſinuent non eſſe dogmatizandum.] Nec diſſentiret M. Tabiena *verbo cogitatio moroſa num. 2.* vbi iudicat probabile delectationem moroſam non eſſe peccatum mortale, quia de contraria, & communi, & veriſſima ſententia, ſolum ait quod (eſt ſecurior) en omiſſis aliis, quot quantique Magiſtri ex D. Thomæ diſcipulis excuſant à læthali oſcula, & amplexus ob præciſam illam delectationem veneream, quæ ex ipſis conſurgit. Secluſo periculo pollutionis, aut vlterioris conſenſus.

11. Quorum doctrinæ fundamentum hoc Thomiſtico ſyllogiſmo magis innoteſcit. Delectatio non eſt mala niſi mala ſit operatio, vnde captatur, ſed oſcula & amplexus, ſecundum ſe, non ſunt operatio mala: ergo non eſt mala delectatio, quę ex ipſis captatur. Conſequentia eſt legitima. Minor expreſſa D. Thomæ, & diſcipulorum eius *vbi ſup.* Maiorem tradit ipſemet Angelicus Doctor *in 2. ſentent. diſt. 24. quæſt. 3. artic. 4. in corp.* dicens. (Vnde

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Google

PROPOSITIO XI.

In rebus venereis datur paruitas materiæ. Sanchez *de Matrim. lib. 9. diſput. 46. num. 9. & 27. & 40. in 1. editione. Vnde iuxta hanc doctrinam, oſcula, & amplexus ratione paruitatis materiæ non erunt læthalia.*

1. ℟. PErlege Propoſitionem præcedentem, & pro hac ſententia reperies Martinum de Magiſtris, Gabrielē, Sebaſtianum de Medicis, Carthuſianum, Rodriguez, & Corduban & ex D. Thomæ diſcipulis M. Vmbertum, Iabellum, Petrum de Ledeſma, D. Antoninum, Ioannem Nider, Margaritam Confeſſorum, Ioannem Viguerium, Dominicum de Soto, Tabienam, Victoriam, & alios qui delectationem veneream ex oſculis, & amplexibus conſurgentem, etſi procuratam, inſufficientem putant ad culpam grauem conſtituendam. Et in terminis quod ratione paruitatis materiæ excuſari poſſint à læthali tuentur ex eadem florentiſſima ſchola M. Soto *de doctrina Chriſtiana fol. 26.* & M. Samuël Lublinus *in ſum. caſu. verbo oſculum num. 3.* vbi ſic ait, [Inter ſolutos quamuis eiuſdem ſint ſexus, mortale crimen eſt. Oſculari, & tangere ob ſolam veneream delectationem ex huiuſmodi tactibus conſurgentem, niſi paruitas materiæ excuſet] idem ſentit M. Firmus *in Armilla verbo impudicitia, numero 1. in fine.* ibi : [[Nec credo, inquit, quamlibet delectationem modicam eſſe mortalem, propter imperfectionem actus, ſicut in aliis peccatis eſt.] & M. Zanardus *in direct. 1. part. de ſacr. matrim. cap. 41. §. 28.* vbi ait, (Oſcula, tactus, & verba obſcœna non erunt mortalia inter ſolutos ex paruitate materiæ vel conſenſus, quia leuis eſt tactus, vel parua diſtillatio.) *& 12. direct. in explicat. 6. & 9. præcepti cap. 14.* (Legere libros de amore tractantes, vel ſcribere litteras amatorias, ob aliquam delectationem carnalem, ex actus imperfectione non erit niſi veniale.]

2. Idem tenet Marchantius *in Horto Paſt. capitulo 6. reſp. 13.* dicens. (Non eſſe mortale ſe exponere periculo diſtillationis, neque oſculum leuiter datum,) *& cap. 8.* (Si fiant, inquit, cum ardore, & mora, puta replicatis diu in ore oſculis, ob periculum mortale, mortalem ordinariè culpam afferre, ſecus ſi in tranſitu, licet voluptas aliqua capiatur, &c. poſſe ſecundum opinionem multorum veniale id iudicari, ob paruitatem materiæ.)

3. Eamdem ſententiam de paruitate materiæ in re venerea amplectuntur Nauarrus *capit. ſi quis de Pœnit. diſt. 1. num. vltimo,* Villalobo, & Malderus: & faciunt Freitas, Ioann. Sancius, Miranda, & alii, quibus citatis ſubſcribit Caramoël *in Regul. S. Benedict. diſp. 69. à numero* 1502. & tenet Baſſæus *in floribus. verb. luxuria numero* 19. apud Caramuelem *in Theolog. fundamentali fol. mihi 595. numero* 1213. vbi ſic. [Vbi leuis quædam diſtillatio, & ſpirituum commotio

tio procuraretur, excuſaretur à mortali id procurans ratione paruitatis materiæ, ceſſante pollutionis periculo.] Et citat Bonacinam *de matrim. quæſt.4.punct.10. numero 13.* & nouiſſimè hanc ſententiam putat probabilem Thomas Hurtado *tom. 1. variar. tract. 4. cap.8. reſ.65. §.2. num.922. & §.3. num.932. & 934. & 935.* vbi ſic. (Vt autem id, quod ſentio dicam, ſuppoſitâ ſententiâ probabili, quod detur paruitas materiæ, tum in materia luxuriæ, tum in materia ſollicitationis &c.) Quibus adde Portellium *in Additionibus ad dubia Regular. verbo ſollicitare fœminas, num.4.* Vbi ait. [Habebit hic locum ad excuſandum paruitas materiæ; ſicut & in omni alia materia, vnde ſi confeſſor dicat fœminæ verba leuia, vel aliud ſignum, vel opus leue faciat indicatiuum amoris laſciui, quæ verba ad iudicium prudentis viri, nec ſint peccatum mortale, nec ſufficientia ad perſuadendum. Credo, quòd talis Confeſſor non ſit accuſandus.] Vide etiam Dianam *p.7. titul.11. reſ.28.* vbi alios citat dicens. (Hanc etiam ſententiam, quòd videlicet in rebus venereis detur paruitas materiæ, præter Authores à me alibi citatos, tenet nouiſſimè contra me nominatim inſurgens ſapientiſſimus M. Franciſcus Arauxo Dominicanus S. Theologiæ Profeſſor in Academia Salmaticenſi, *in ſuis Eruditis Commentariis in 1.2. D.Th.* & Laurentius Laudmeter *in Reg. S. Benedict.*) Hæc ille.

4. Dedi Doctores, qui paruitatem materiæ in re venerea concedunt, quorum opinio aliquando arriſit Patri Sanchez, eam verò poſtea retractauit *in ſum. tom.1. lib.5. cap.6. num.12.* & ſimilem doctrinam omnes Ieſuitæ, execrantur: extatque in Societate præceptum à Reuerendiſſimo Præpoſito Generali Claudio Aquauiua. (Nullus è Societate publicè, vel priuatim, non modo vt veram, vel probabilem, ſed nec vt tolerabilem quidem doctrinam vlla ratione doceat, aut ſibi placere ſignificet, aut ſecundum illam conſilium cuidam det; ſcilicet in re venerea exiguam aliquam delectationem (attende) deliberatè quæſitam, propter leuitatem materiæ, excuſari à peccato mortali.) idque prohibet ſub pœna excommunicationis, & priuationis lecturæ, vocis actiuæ, & paſſiuæ, & inhabilitatis ad quælibet officia.

5. Addunt nonnulli (licet alij doctiſſimi contrarium ſentiant) opinionem aſtruentem paruitatem materiæ in delectatione venerea eſſe damnatam in Officio ſanctæ Inquiſitionis ex motu Clementis VIII. ita referunt Baldellus, M. Texeda, & Diana apud Verricelli *in qq. moral. tom.1. tract.4. quæſt.16. nu.4.* & P. Antonius de Eſcobar *in 2. editione Lugdunenſi ſua Theol. moral. tract.1. exam.8. cap.3. n.73.* ait (eſſe falſam, improbabilem, & temerariam,) & M. Lopez de Texeda *in controuerſ. Theol. moral. tom.1. lib.1. tract.5. controu.15. n.66. fol.163.* dicit. [Eſſe omnino relegandam à ſana doctrina.) & Verricelli *vbi ſup.* inquit. (Eſſe omnino improbabilem, tam per principia intrinſeca, quã extrinſeca & eſſe falſam, temerariam, & ſcãdaloſam, & forte grauiore cenſura dignam.)

PROPO-

PROPOSITIO XII.

Furtum triginta regalium V. G. *maius peccatum eſt, quàm ſodomia.* Vaſquez Ieſuita 1.2. *quæſt.*71. *art. in comment. vltimo.*

1. ℞. HAnc propoſitionem tuetur P. Vaſquez, vt concluſionem per legitimam conſequentiam deductam ex doctrina Angelici Præceptoris 1. 2. traditâ. Vbi hæc duo fundamenta iecit (Iuſtitia maior virtus, quàm caſtitas.) (Peccatum eò eſt grauius, quò maiori virtuti opponitur.) Primum tradit *quæſt.*66. *art.*4. *in corp.* dicens: (Secundum hoc (nempe ſecundum ſuam ſpeciem, & ſimpliciter) iuſtitia inter omnes virtutes morales præcellit, & *infra*. [Poſt Fortitudinem autem ordinatur Temperantia &c. ſcilicet, in cibis, & venereis.) Secundum poſuit *qu.*73. *art.*4. vbi inquirens (Vtrum grauitas peccati non differat ſecundum dignitatem virtutum quibus opponuntur:) Reſpondet. (Dicendum quòd virtuti opponitur aliquod peccatum, vno quidem modo principaliter, & directè, & hoc modo oportet, quòd maiori virtuti opponatur grauius peccatum.) ex quibus P. Salas 1. 2. *tom.* 1. *q.*73. *tract.* 13. *disp.* 5. *ſect.* 3. *n.*25. (Quòd peccatum, inquit, nobiliori virtuti oppoſitum grauius ſit, præter D. Thom. Caietanum, Conradum, Medinam, Zumelium, & alios Thomiſtas, docet Scotus,) & hanc regulam [eſſe in vniuerſum veram non ſolum apud Expoſitores S. Thomæ aſſirmat (air Lorca 1. 2. *diſp.*19. *de peccatis*,) & omne peccatum quod dignitori virtuti opponitur eſſe grauius in genere moris, & ſecundum malitiam formalem] hic doctiſſimus vir. Ex his igitur præmiſſis: Sic diſcurrit P. Vazq. Grauius peccatum eſt, quòd maiori virtuti opponitur: ſed furtum opponitur iuſtitiæ, quæ eſt maior virtus, ſodomia verò caſtitati, quæ eſt minor: ergo, iuxta principia D. Thomæ, grauius peccatum eſt furtum quam ſodomia. Verba eius ſunt. (Eadem ratione dicendum eſt peccata luxuriæ contra naturam, etiamſi magis turpia apparcant, & maiori nota infamiæ digna ſint, ex genere tamen ſuo minora eſſe quàm peccatum furti, quia furtum iuſtitiæ, illa autem peccata caſtitati opponuntur. [Hæc ille, quem ſequitur celebris Doctor Mōteſinos Primarius Complutenſis 1.2. *tom.*2. *quæſt.*71. *art.*4. *diſp.* 5. vt bene obſeruat Thom. Hurtado *tom.*1. *tract.*1. *cap.*8. *reſol.*30.

2. Hoc verò non tollit, furtum leue, quòd grauitatem moralem non attingit, leuius eſſe peccatum ſodomiâ. Nam vt ait M. Sotus *in* 4. *diſt.*12. *quæſt.* 1. *art.* 5. §. [Reſpondetur autem] [Cum dicimus *genere ſuo* inſinuamus quod peccatum minus ex obiecto, poteſt fieri maius ex circunſtantiis, grauius enim eſt peccatum iniuſtitiæ, quam intemperantiæ, quia iuſtitia eſt præſtantior virtus, & tamen peccatū fornicationis grauius eſt quam furari vnum argentum.) Hæc ille: cuius diſcurſus æque probat furtum ex ſuo genere grauius eſſe peccatis ſodomiæ, vt patet ex terminis Et ſaueut Zumel, Herrera, & alij apud Salas *ſup. num* 38.

D &

& 39. qui ſentiunt neceſſarium eſſe aſſerere ſodomiam cōtinere malitiam iniuſtitiæ, vt defendi poſſit, eſſe grauius peccatum furto; quod ſimiliter de fornicatione tuentur. Sed difficile probari poterit iniuſtitia facta proli, quæ neque eſt, nec fuit, nec eſſet futura, licet peccatum contra naturam omitteretur. Præterquam quod argumētum Patris Vaſquez procedit ſupponendo cum Theologis communiter in ſodomia ſolum dari malitiam contra temperantiam. Quo poſito.

3. Efficax aliud argumentum ſumitur ex D. Thoma 1.2. *q.73. citata art.5.* Vbi cum ſtatuiſſet, peccata ſpiritualia eſſe grauiora, quam carnalia, ſic ſibi obiicit. (Adulterium grauius peccatum eſt quàm furtum, ſed furtum pertinet ad auaritiam, quæ eſt peccatum ſpirituale; adulterium verò ad luxuriam, quæ eſt peccatum carnale; ergo peccata carnalia ſunt maioris culpæ.) Reſpondet. (Ad primum dicendum, quod adulterium non ſolum pertinet ad peccatum luxuriæ, ſed etiam ad peccatum iniuſtitiæ, & quantum ad hoc poteſt ad auaritiam reduci.) Atqui ſodomia ſolum pertinet ad peccatum luxuriæ; ergo cum tantum ſit carnale peccatum, minoris erit culpæ, quàm furtum. Ecce in via D. Thomæ non leuia ſunt fundamenta pro opinione Patris Vaſquez.

8. Non inficior contrariam tenere alibi expreſsè D. Thomam. Nam 2.2. *quæſt.154. art.12.* dicit peccatum contra naturam eſſe maius adulterio, & 3. *contra Gentes cap.122.* ait. (Poſt peccatum homicidii, quo natura humana iam in actu exiſtens deſtruitur, huiuſmodi peccatum videtur ſecundum locum tenere, quo impeditur generatio humanæ naturæ.) Imò 2.2. *q.154. art.3.* apertè dicit fornicationem ſecundum ſuam ſpeciem, ſeu ex genere ſuo eſſe grauius peccatum, furto. Quia (eſt, inquit, contra bonum hominis naſcituri, & ideò eſt grauius peccatum, ſecundùm ſuam ſpeciem, peccatis, quæ ſunt contra bona exteriora, ſicut eſt furtum, & alia huiuſmodi.) Quæ doctrina non paucis difficilis viſa eſt, nec ab omnibus recepta, vt dicit Lorca 1.2. *diſput.19. de peccatis memb. primo*, & contrariam ſupponit M. Sotus *vbi ſupra.* recole eius verba *numero* 2. adducta. Item quo modo cohæreat cum principiis iactis 1.2. Vbi iuſtitiam conſtituit præſtantiorem virtutem temperantiâ in venereis (quòd verum non eſſet, ſi temperantia includeret iuſtitiam.) Et quomodo *quæſt.73. art.5* ad iniuſtitiam propriam adulterii recurrat, vt inde probet illud eſſe maius peccatum furto? (Quod fruſtra fieret, ſi fornicatio ſimplex grauius furto peccatum eſſet) Doctores conſule. Vnum ego. Non eſſe audiendum Thomam Hurtado (Iutatum alias Thomiſtam) dum contra D. Thomam *vbi ſupra 3. contra Gentes*, auſus eſt dicere, ſodomiam grauius eſſe peccatum quàm homicidium. Sic loquitur *tom.1. tract.1. cap.8. reſolut.30. num.325.*

EX

Digitized by Google

EX TRACTATV DE OPINIONE PROBABILI.

PROPOSITIO I.

Quamuis opinio ſit falſa, poteſt quilibet tuta conſcientia illam practicè ſequi, propter authoritatem docentis. Tannerus Ieſuita 2.2. *diſp.* 5. *quæſt.* 8. *dub.* 4. *num.* 99. *verſ.* (ex quibus.)

1. R. LOco citato, nec verbum de hac opinione. Verùm quæſtionem exagitat 1. 2. *diſput.* 2. *quæſt.* 4. *dub.* 3. *num.* 33. vbi cum pluribus aliis exiſtimat, eum, qui iudicat aliorum opinionem improbabilem à principiis intrinſecis, poſſe nihilominus ab extrinſecis, propter authoritatem docentis, iudicare probabilem, & iuxta illam operari. Quæ doctrina ferè communis eſt inter Doctores, quos citatos ſequuntur Angelus Baſſæus *tomo* 1. *de conſcient. part* 1. *§.* 2. *num.* 27. *&* *§.* 19. *num.* 160. Paſqualigus *in deciſion. moral. deciſion.* 22. & Verricelli *in qq. moral. tom.* 1. *tractat.* 1. *ſing. quæſt.* 5. dicens: [Ex authoritate vnius tantum poſſe quem illam in praxi amplecti, licet à principiis intrinſecis falſam, & improbabilem exiſtimet.]

2. Pro hac opinione militant, quotquot aſſerunt, Confeſſarium teneri abſoluere pœnitentem, quotieſcúmque pro abſolutione fuerit aliorum probatæ authoritatis opinio, etiamſi Confeſſarius à principiis intrinſecis falſam iudicauerit. Ita Sotus *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 2. *art.* 5. *art.* 5. *ad* 5. *§. Vnde ad argumentum.* Vbi ſic ait. [Quamvis Sacerdos exiſtimet opinionem eſſe falſam, non tamen inde exiſtimare debet, ſibi non licere ipſum abſoluere, ſiquidem propter probabilitatem excuſatur ille à culpa.] Hæc ibi, quem ex eodem ordine ſequuntur M. Mercatus, *de contractibus cap* 15. & M. Candidus apud Machadum *infra citandum.* Item Diana 2. *p. tract.* 13. *reſ.* 11 *&* 3. *par. tra.* 3. *reſ.* 9. Verricelli *in qq. mor. tom* 1. *tract.* 6. *ſect.* 14. *numero* 53. & Machad. *tomo* 1. *in diſcurſu practico de probabil. opinion. articul.* 6. *&* 7. 6. 1. vbi addit. [*La perſona docta que fuere conſultada en algun caſo dudoſo; puede reſponder; (y muchas vezes conuiene, y*

aun es neceſſario aſſi) ſiguiendo opinion agena, aunque el la iuzge por improbable, aſſi lo enſeñan expreſſamente Vaſquez, Leſio, Salas, Egidio, Sayro, Nauarro, Medina, Lopez, Suarez, Azor. Gutierres, Henriquez, Layman, Villalobos, Ioannes Sancius, Becano, Reginaldo, Sanchez, Candido. Imò que ſi el conſultante pide que le aconſeje conforme a la opinion mas fauorable, peca en no hazerlo aſſi. Docent Sanchez, Ioan. Sancius, Salas, Diana, *el qual dize: que ſiempre ſe entiende pedirlo aſſi el conſultante.*] Hæc Machado.

3. Et quot Doctores militent pro ſententia Tamburini, cuius vnius authoritas ſufficeret ad efficiendam probabilem, iuxta doctrinam doctiſſimi M. Serra 1.2 *quæſt.19. articul.6. fol. mihi* 375. Vbi ait. [Quamvis vnus ſolus ſit talis opinionis Author, ſi tamen ſapiens maximè cognitus & probatus ſit, ſufficit ad illam probabilem efficiendam; niſi aliàs conſtet ab omnibus improbari,] & cum Vvilhielmo idem tradit, ex eodem illuſtriſſimo Prædicatorum Ordine, M. Ioannes Nider *in conſolatorio timoratæ conſcientiæ edito Romæ anno* 1604 *part.3. cap.11. §. tertio patet in fine.* vbi ſic. [Item dicit idem, quod frater ſimplex, vel quilibet homo cum ſalute poteſt ſequi in conſiliis, quamcumque opinionem voluerit, dummodo alicuius magni Doctoris opinionem ſequatur.] Sic ille & merito. Nam vnicum grauem Doctorem conſtituere opinionem extrinſecè probabilem, docent quatuor ſuper viginti Doctores, quos citatos ſequitur Verricelli *ſup. tract.2 ſing. quæſt.5.* Et tradit nouiſſimè M. Acacius de Velaſco cum aliis *tomo 2. reſ. mor. verbo opinio reſ* 316. *numero tertio,* dicens: [*Muchos Doctores abſolutamente, y ſin excepcion ninguna defienden, que ſolo vn Dotor que aya impreſſo es baſtante para hazer opinion probable, con tal que la tal opinion no eſtè abrogada pro alguna ley, ò canon, ni tenga algun error, ni notada por los ſuperiores, a cuyo cargo eſtà, ni el Dotor padezca alguna nota en el buen nombre. Y yo ſiento lo miſmo con Sylueſtro, y otros*] Quibus addo Ioſephum Rocafull *in praxi tomo 1. parte 3. capite 2. numero 20.* vbi ait. Si liber ſit alicuius Doctoris iunioris, & moderni, debet opinio cenſeri probabilis, dum non conſtet reiectam eſſe à Sede Apoſtolica tanquam improbabilem.]

4. Sed quid ſi de mandato Sacræ Inquiſitionis expuncta ſit? Reſpondet Caramuel *in Theol. fundam part.1, fol.17. in Epiſtola dedicatoria ad Innocentium X.* [Scio communi Theologorum iudicio has inhibitiones habere tantum vim opinionis probabilis, aut probabilioris, vt plurimum & *2.p. Theol. fund. fol.5. n.12.* [Quando liber, inquit, vel ſententia interdicitur, non aſſeritur eſſe improbabilis, ſed iuſſa manere in gradu probabilitatis, in qua antea erat ob bonum publicum, vel priuatum, nec dictari, nec defendi præcipitur.] & Audacius 1. *part. Theol. fundam. numero* 181. *&* 259. *&* 285. totis viribus ſuadere contendit. [Quod non datur in mundo viſibili authoritas condemnandi opiniones probabiles.] Verum eiuſmodi poſitiones non bene audiunt apud Theologos. Et contra vltimam acriter inſurgit ex doctiſſima Dominicanorum Familia M. Ioannes Martinez de Prado in Academia Complutenſi Veſpertinæ D. Thomæ Cathedræ digniſſimus

digniſſimus

gniſſimus Moderator *tom. 2. Theolog. moral. cap. 33. in apendice contra Caramuelem quæſt. 2. §. 3. num.* 22. vbi diſtinguens probabilitatem intrinſecam ab extrinſeca, quæ ex authoritate docentis deſumitur; Caramuelis poſitionem de prima probabilitate veriſſimam putat, de ſecunda verò falſiſſimam eſſe demonſtrat. Verba eius ſunt: [Si ergo opinio ſit intrinſecè probabilis, ſicut nulla humana authoritate fieri poteſt, quòd bonum ſit malum, & quòd lux ſint tenebræ: ita nec fieri poteſt, quòd probabile ſit improbabile. Quando autem probabilitas eſt extrinſeca, & apparens, quamvis per accidēs deſeruire poſſit, vt operantes, & errantes inuincibiliter excuſentur à peccato; tamen per ſe loquendo, ad Papam primario, & authoritatiuè, & dominos Cardinales, & ſupremos fidei iudices pertinet declarare, quid tenēdum ad fidei, & morum integritatem, & quid operandū. Et hac via videmus innumeras propoſitiones antiquitus exiſtimatas probabiles, hodie declaratas improbabiles.] Hactenus M. Prado.

5. Ex quibus fit non eſſe audiendum Caietanum *tom. 2. Opuſcul. tra. 6. cap. 2.* vbi ſententiæ Caramuelis fundamenta iecit, ſic enim inquit. [Summi Pōtificis iudicio promiſſa eſt omnis veritas de neceſſariis ad ſalutem fidelium, & nō omnis veritas naturaliter ſcibilis, aut moralis (*& infra.*) Et propter hæc ſicut in his, quæ ſunt fidei, Sūmi Pontificis authoritas omnibus præeſt rationibus, ita in his ſcibilibus ſupra tam ipſum, quàm quemcumque alium iudicē, ratio naturali lumine roborata locum obtinet; contra quā ſola Authoris naturæ authoritas ſtatuere, aut decidere aliquid poteſt.] Hæc Caietanus. Quem omnes reprehendunt, videatur M. Ambroſius Catherinus *in Annotationibus lib. 6. fol.* 362. vbi adductis Caietani verbis, illum carpit, dicens: Quo in loco pernicioſè errat.]

6. Cæterum circa electionem opinionis, vide Angelicum præceptorem *quodl. 8 art* 13. Vbi hanc ſtrictiſſimam reperies. [Illud, inquit, quòd agitur contra legem ſemper eſt malum, nec excuſatur per hoc quòd eſt ſecūdum conſcientiam, &c. Dicendū ergo eſt, quod quādo ſunt duæ opiniones contrariæ de eodē, oportet eſſe alterā veram, & alterā falſā. Aut ergo ille qui facit contra opinionē Magiſtrorū, vt potè habendo plures præbendas, facit contra veram opinionem, & ſic cum facit contra legē Dei, non excuſatur à peccato, quamvis non faciat contra conſcientiam.] Hæc D. Thom. Quæ ſi vera, vt ſonant: væ operantibus ex opinione, etiam probabiliori, imò & moraliter certa, ni ſecuriorem ſemper eligant, in qua ne materiale quidem peccatū eſſe poſſit. Exponendus ergo eſt. Et ſane quòd ad peccandū formaliter non ſufficiat, agere contra legem Dei, quia non agitur contra conſcientiā, non ſolū eſt omnium Theologorum ſententia, ſed expreſſa ipſius D. Thom. *in eadem quodl. 8. art.* 5. vbi ſic ait. [Error autem conſcientiæ quandoque habet vim abſoluendi, ſeu excuſandi, quando ſcilicet procedit ex ignorantia eius, quod quis ſcire non poteſt, vel ſcire non tenetur. Et in tali caſu quamvis factum de ſe ſit mortale, tamen intendens peccare venialiter, peccaret venialiter.] & *infra.* [Quando verò error conſcientiæ non habet vim abſoluendi, vel excuſandi eſt, quando ſcilicet ipſe error

peccatum eſt, vt cum procedit ex ignorantia eius quod quis ſcire tenetur & poteſt.] Hæc ibi,& *in 2 ſentent. diſt.22.quæſt.2.art.2.in corp §. His ergo viſis, & de veritate quæſtion.17 artic.3. & 4.*

Quapropter M. Bartholomæus de Ledeſma *in ſummario edito Salmantica anno* 1585. *tractatu de pœnitent. vbi de confeſſ. diff.*14. *§.tertia concl.* [Aliquando, inquit, propter ignorantiam inuincibilem, quam quis habet, ſequi poteſt opinionem, quæ tamen reuera eſt contra ius naturale, & diuinum, nam quandocumque ſunt duæ opiniones contradictoriæ de eodem, alteram veram, alteram autem falſam eſſe oportet, quia tunc non liquido conſtat, qui eiuſmodi opinionem ſequitur, excuſatur propter ignorantiam illam,] & M. Ioannes Martinez de Prado *vbi ſup.* (Quando autem probabilitas eſt extrinſeca, & apparens, quamvis per accidens deſeruire poſſet, vt operantes, & errantes inuincibiliter excuſentur à peccato, &c.] & *tom..cap.1.q* 4.§.1.*num.*12 [Inter duas opiniones, quæ ſunt probabiles, licet eligere minus tutam; nam in practica habet certitudinem moralem quòd rectè operetur, quia quæſita veritate quantum potuit, ſi in re erret, inuincibiliter ignorat, & actus eſt formaliter bonus.] Quibus conſonat M. Martinus de Ledeſma *in* 2 4. *edita Conimbricæ anno* 1560. *q.*8.*art.*4 *fol.* 8. [Ideò dico priùs, quòd probabile eſt, ſed parum, quod ſolum circumſtantiæ mutantes ſpeciem ſunt confitendæ, quia hoc communiter dicunt Theologi, vt Sanctus Thom. Bonau. & alij. Et ideò, vel hoc eſt verum, vel qui hanc ſequuntur opinionem excuſantur ignorantiâ inuincibili.) Hæc ille. Sed miror dixiſſe parum probabilem opinionem D.Thom.& D.Bonau.

8. Denique M. Ioannes Nider *vbi ſupra citatus in conſolatorio timoratæ conſcientiæ part.*3. *cap.* 1. adductis verbis D.Thom. *ex quol.*8.*art.*13. [quando ſunt duæ opiniones contrariæ de eodem, &c.] ſic ait. Hæc verba Sancti Thomæ non poſſunt intelligi, niſi de illis vbi manifeſtè patet ex ſcriptura, vel Eccleſiæ determinatione, quòd ſit contra legem Dei, & non de illis intelligit, vbi illud non apparet, ſicut ſe ipſum declarare videtur *quodlib.*3. *art.*10. aliàs enim ſibi contradiceret in eodem libro, quod non eſt credendum. Ex quibus ſequi videtur quod non oportet ſemper tutiorem opinionem eligere, de neceſſitate ſalutis, ſed ſufficit tutam eligere,] *& infra §. tertio, patet in fine.* [Idem item Vvilhel. *in materia de decimis* recitans duas opiniones dicit, quòd illa prima opinio, ſcilicet quòd antiquas decimas ſine peccato in feudis retinere poſſunt laici, & quòd ad hæredes tranſeant, benignior eſt, & ideò magis amplectenda: Item reperi in libris veteribus Ordinis noſtri Prædicatorum reſponſa plura, quæ data eſſe videntur à Dominio Alberto, quæ idem ſonant, &c. *(& cap.* 13. §.4. patet.) Concludendum eſt ex prædictis omnibus, quod probabilis certitudo ſufficit in moralibus, vt non exponat ſe quis periculo.] Hactenus M. Ioannes Nider. Quibus & mentem D.Th. exponit, & ab obligatione eligendi tutiorem opinionem excuſat; Quæ eſt communis Theolog. ſententia, quando opinio minus tuta eſt probabilior, vt benedocet M. Ioannes Martinez de Prado *ſup. tom.*1.*cap.*1.*quæ.*4. §.1 *num.*6. Ibi; [Dico ſecundò quando

do opinio minus tuta eſt probabilior hic, & nunc omnibus attentis, licitè eam ſequimur; & non tenemur ſequi tutiorem. Ita Syluester, Corduba, & iam communiter Authores, Docuit eam S. Antonin. 1. *p. titul.* 3. *capit.* 10. §.10. *Reg.* 6.) ſic Prado. Qui multis probat D. Thomam, pluribus in locis amplexatum fuiſſe opiniones quæ ſecuriores non ſunt.

9. Sed reſtat grauior difficultas. An liceat eligere in operando opinionem probabilem minus tutam relictâ probabiliori, & magis tutâ? Audiamus diſcipulos D. Thomæ, M. Thomas Vilar Ordinis Prædicatorum. *in ſum. controuerſiarum in* 1. 2. *D. Thom. tract. poſteriori de conſcientia* 4. *part.* §.6. inquirit. [Vtrum ex duabus opinionibus quis probabilem, probabiliori relictâ, ſequi poſſit?) Reſpondet (Partem affirmatiuam teneo cum Medina, Lorca, Martinez, Cornejo, Monteſino, & pluribus alijs.) & infra: (Dices ille quidem rectæ rationi conforme, tamen quia opinio probabilior eſt conformior, & ſecurior, eam ſequi obligamur. Contra, inquit, Medina, quia nemo ad id, quod melius, & perfectius eſt obligatur.) M. Bartholomæus de Ledeſma, *vbi ſupra de pœnit. Sacram. diff.* 14. *concl.* 5. (Hæc concluſio eſt contra Adrianum, *quæſt.* 5. *de confeſſ. dub.* 7. vbi dicit, quod quis tenetur ſequi tutiorem opinionem, & contrariam, etiam probabilem, omittere; Sed nihilominus noſtra concluſio eſt veriſſima, & probatur tum ex vſu vniuerſali omnium, qui ſic habent in practica; tum quia ſi eſt probabilis, habet pro ſe graues Authores, vrgentéſque rationes.)

10. M. Acatius de Velaſco Epiſcopus Orioleſis. *tom.* 1. *verbo Opinion. probable. reſol.* 316. *num.* 7. [*Digo lo primero la mas comun, y recibida opinion de los Dotores es, ſer licito, y ſeguro en conciencia ſeguir la opinion probable, aunque ſea dexando la mas probable. La primera parte ſe prueua porque en ſiendo opinion probable es conforme a razon*, &c. *La ſegunda parte prueua, porque no ay obligacion de hazer ſiempre lo mejor*, &c. *Ademas que ſino fuera coſa licita, y ſegura, el ſeguir la opinion probable, dexando la mas probable, y mas ſegura; ſin duda que pecarian los Dotores, y Maeſtros que enſeñan opiniones probables por la parte menos ſegura, porque dauan occaſion para pecar a los que vſan dellas, y es muy ageno de equidad, y razon condenar en eſta parte a tantos varones doctos, y pios, que enſeñaron opiniones probables, dexando la mas probables, y ſeguras. Prueuaſe tambien, porque vemos que los Sumos Pontifices en las coſas de la Igleſia, que no eſtan determinadas, y definidas, ſino debaxo de opinion de Dotores, ſiguen ſus opiniones probables, y no ſiempre las mas probables, y mas ſeguras*, &c. *Y aunque parece que Cayetano niega eſta opinion, quando dize in ſum. verb. opinio.* [In operandis niſi tutiorem partem eligendo, non licet opinionem cuiuſque ſumere.] *Pero en realidad de verdad no habla Caietano en eſte lugar de opinion probable, ſino de qualquiera opinion aunque no ſea probable: lo qual es manifieſto*, &c. *De Syluestro dizen tambien algunos Dotores, que tubo la opinion contraria, pero ſe engañaron.*] & *numero* 10. *in fine.* [*La ſobre dicha opinion la tienen muchos, y graues Dotores.*] & in margine citat M. Bannez.

2.2.

Digitized by Google

lectationem copulæ, aut aliarum ſpecierum luxuriæ fiunt: ergo ſic tantum, & non aliter ſunt peccata mortalia.

5. Nouas reſumet vires præfatus diſcurſus, ſi ad trutinam vocentur D. Thomæ verba immediatè præcedentia. Vbi poſtquam dixit oſcula, & amplexus, ſecundum ſuam ſpeciem, & rationem, non eſſe peccatum mortale: ſubnectit. (Alio modo dicitur aliquid eſſe peccatum mortale ex ſua cauſa. ſicut ille qui dat eleemoſynam, vt aliquem inducat in hæreſim, mortaliter peccat propter intentionem corruptam,) & hoc modo putat inueniri peccatũ mortale in oſculis, & amplexibus recurrens ad intentionem corruptam, ex qua habeantur ob delectationem fornicationis, vel aliarum ſpecierũ luxuriæ. [Dictum eſt (inquit) quòd conſenſus in delectationem peccati mortalis eſt peccatũ mortale; & ideò cum fornicatio ſit peccatum mortale, & multò magis aliæ luxuriæ ſpecies, conſequens eſt quòd conſenſus in delectationem talis peccati ſit peccatũ mortale, & non ſolum conſenſus in actum; & ideò cum oſcula, & amplexus huiuſmodi, propter delectationẽ huiuſmodi fiant, conſequẽs eſt, vt ſint peccata mortalia, & ſic ſolum dicuntur libidinoſa, vnde ſecundum quod libidinoſa, ſunt peccata mortalia.) Ergo ſi non fiant ob delectationem prædictam, mortalia non erunt.

6. Et ita videtur tradere Angelicus Doctor *in ſecundo ſcripto ſuper libros ſententiarum libro 4. diſt. 11. art. 4.* Vbi ait. [*Ad* 1. dicendum quòd conſenſus in delectationem eſt mortale peccatum, non in quancumque, ſed in illam quæ conſequitur actum peccati mortalis] oſcula autem, & amplexus non ſunt actus peccati mortalis, vt ipſemet tradit *vbi ſupra*, & cum eo omnes Theologi. Ergo, iuxta doctrinam D. Thomæ, non erunt lethalia, niſi extrinſecè ex praua intentione ordinentur ad delectationẽ fornicationis, vel alterius luxuriæ ſpeciei, quæ ſunt actus peccati mortalis. Idque ſupponere videtur *in Epiſtola Pauli ad Epheſios cap. 5. lect. 2. in fine*, vbi ait. (Tria ergo vitia excludit, ſcilicet *turpitudinem*, quæ eſt in tactibus turpibus, & amplexibus, & oſculis libidinoſis &c. Item *ſtultiloquium*, id eſt verba prouocantia ad malum, & *ſcurrilitatem*, &c. Et hęc omnia ſunt mortalia in quantũ ad peccata mortalia ordinantur, quia aliquid, etiamſi bonum ſit ex genere, in quantum ad mortale ordinatur, eſt mortale.) Quapropter huius ſententiæ videri poſſe D. Thom. ait Petrus de Nauarra 2 *de reſt. cap. 4. nu. 321.* Verum, D. Tho. his non obſtantibus, pro contraria ſententia ſtare, multis oſtendere conatur Caietanus 2. 2. *q. 154. citata, art. 4.*

7. Expreſſius eam tenet M. Chryſoſtomus Labellus *libr. de Philoſophia Chriſtiana 1 p. tit. 7. vbi de pudicitia numer.* 10. ibi. [Aliqui tenent eſſe mortalia; alij autem quòd licet ſint mala, non tamen mortalia, ſed venialia: nam nec exercitium talium, nec delectatio conſequens inuenitur a cui prohibita ſub grauitate peccati mortalis, niſi ordinetur ad concubitũ illicitum. Talia videntur oſcula, & amplexus, & tactus partium honeſtarũ. quæ ſiſtunt in huiuſmodi delectatione. Hos autẽ dãmnare de peccato mortali durũ eſt. Declino igitur ad hanc viã: & ratio opinionis oppoſitę non cõcludit: cõceſſo enim quod operans hæc, cõſentiat in delectationem tactus; nego, quòd regulariter ſit conſenſus in delectationẽ forni-

fornicationis.] Hæc ille cui partim conſentire videtur M. Zanardus *ſupr.* dum ait. [Quilibet ſenſus delectando ſe in ſuo obiecto phyſicè, id eſt, vt res eſt, non cauſat peccatum, niſi ſecum capiat voluntatem, illi laqueum ſic paret, vel delectationem illam quæ comitatur copulam.]

8. Citatos ſequitur M. Petrus de Ledeſma *in ſumm. tomo ſecundo, tractatu vigeſimoſeptimo, capite decimonono, concluſ. 4.* cuius hæc ſunt verba. [*Los oſculos entre los ſolteros de ſuyo ſon pecado mortal, ordenados al acto carnal libidinoſo. Dixe ordenados al acto carnal, porque ſi no ſon ordenados a eſte acto, no ſon de ſuyo pecado mortal. La razon es, porque los oſculos, como ya queda dicho, tienen la malicia de la fornicacion, luego ſi ſe ordenan a ella ſon pecado mortal, y ſi no ſe ordenan a la fornicacion, no tienen razon de pecado; porque les viene el ſer pecado deſte fin.*]

9. Eiuſdem ſententiæ (inquit Thomas Sanchez *de matrimon. lib. 9. diſp. 46. num. 6.*) [Videntur D. Antoninus *3. part. tit. 16. cap. 1. §. 10. notab. 1.* dicens, tactus cum fuerint ex libidine, & amore carnalis luxuriæ eſſe mortales, & M. Ioannes Nider *in ſua ſum. precep. 6. cap. 2. ad finem verſ. 2.* principaliter, dicens eſſe læthales cum ſint libidinoſi, & ea intentione vt in ſe, vel in muliere excitetur concupiſcentia. Et Margarita Confeſſorum, *ſexto precepto, folio 90.* dicens oſcula, & amplexus habita ex laſciuia eſſe mortalia, & tūc id contingere, quando habentur, vt ſequatur pollutio, vel cum periculo. M. Ioannes Viguerius *lib. inſtit. cap. 7. §. 5. verſ. 7. ad finem,* dicens eſſe mortalia ob intentionem corruptam, ſicut & aſpectus iuxta illud Matth. 5. *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam &c.* & Manuel *tom. 1. ſum 2. editione cap. 203. num. 2.* dicens oſcula tunc eſſe mortalia quando diriguntur ad actum carnalem, & libidinoſum.] Sic ibi.

10. Hanc ſententiam probabilem putat M. Sotus *in 4. diſtinct. 34. quæſt. 1. art. 2. ad finem verſic. ex quo fit.* Vbi inquit. [Non poſſunt laſciuè amplexari, vt impudicè tangere, aut carnaliter oſculari, quia iſti tactus, & oſcula per ſe, vt verior habet opinio, ſunt mortalia, niſi inter veros coniuges.] Quibus verbis, ait Sanchez *ſupra* (clare cenſet eſſe probabilem,) & huic opinioni ait M. Ioannes de la Cruz *in directorio 6. precep. dub. 2. concluſ.* [Victoria, & Corduba videntur aſſentire, & ſi inſinuent non eſſe dogmatizandum.] Nec diſſentiret M. Tabiena *verbo cogitatio moroſa num. 2.* vbi iudicat probabile delectationem moroſam non eſſe peccatum mortale, quia de contraria, & communi, & veriſſima ſententia, ſolum ait quod (eſt ſecurior) en omiſſis aliis, quot quantique Magiſtri ex D. Thomæ diſcipulis excuſant à læthali oſcula, & amplexus ob præciſam illam delectationem veneream, quæ ex ipſis conſurgit. Secluſo periculo pollutionis, aut vlterioris conſenſus.

11. Quorum doctrinæ fundamentum hoc Thomiſtico ſyllogiſmo magis innoteſcit. Delectatio non eſt mala niſi mala ſit operatio, vnde captatur, ſed oſcula & amplexus, ſecundum ſe, non ſunt operatio mala: ergo non eſt mala delectatio, quę ex ipſis captatur. Conſequentia eſt legitima. Minor expreſſa D. Thomæ, & diſcipulorum eius *vbi ſup.* Maiorem tradit ipſemet Angelicus Doctor *in 2. ſentent. diſt. 24. quæſt. 3. artic. 4. in corp.* dicens. (Vnde

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

operatio eſt per ſe bona, & delecta-
o eſt per ſe bona, & econtrario.] *&* 4. *diſt.*31. *quæſt.*2.*art* 3. (Secundum
hiloſophum *in* 10. *Ethicorum*, idem
idicium eſt de delectatione, & ope-
atione, quia operationis bonæ eſt
lectatio bona, & malæ mala, vnde
um actus matrimonialis non ſit de
malus, nec quærere delectationem
cit peccatum mortale ſemper] Cu-
s veſtigia premunt diſcipuli. Sotus
4.*diſt.*31. *quæſt. vnica. art.*3. *concluſ.*1.
Delectatio, inquit, de ſe neque bona,
el mala eſt, niſi ratione operationis
nde captatur, cõcubitus autem con-
galis de ſe non eſt operatio mala,
rgo nec delectatio illi adiuncta; qua-
electio eiuſmodi delectationis non
ſt ex genere ſuo mortalis.] Conſo-
at Caietanus 2. 2. *quæſt.*154. *articul.*2.
Quoad ſecundum multi, vbi inqui-
s: ſicut in mulieribus ſeminatio vo
ataria extra concubitum naturalem
peccatum mortale? Sic ait. (Dele-
atio in bonitate, & malitia morali
quitur operationem, & ideo opor-
t ſi delectatio ſit mala moraliter,
uòd ſeminatio illa ſit mala: ridicu-
um enim eſt dicere quòd delectatio
ſecundum ſe eſt mala] ſic Thomiſta-
rum Princeps, & plures alij. Expende
præmiſſas; & vim illationis pro de-
lectatione ex oſculis, & amplexibus
capta, vel ſi mauis, recole tantum
verba Soti, in quibus, (mutatis mu-
tandis) integer diſcurſus contine-
tur.

12. Quapropter Iacobus Marchan-
tius *in quæſtionibus Paſtoral. ad Deca-
logum in corollariis ad capit.* 6. inquit.
Quoſdam aſſerere oſcula libidinoſa,
quæ à Summiſtis condemnantur pec-
cati mortalis, ita ſolum eſſe, quæ fiunt
ex delectatione concubitus, ſiue pol-
lutionis, aut ſimilis actus luxurioſi.]
Quod ipſe probabile putat *c.*6. *reſp.*13.
*quæſt.*2. Vbi ait oſcula habita ob dele-
ctationem carnalem, & ſenſibilem,
quæ ex oſculo oritur, ſecluſo etiam
periculo conſenſus vlterioris, & pol-
lutionis, eſſe culpam lethalem, iuxta
communiorem, & tutiorem ſenten-
tiam. [Altera verò, inquit, quæ dicit
eſſe tantum veniale non videtur im-
probabilis. Hanc tenet Martinus de
Magiſtris, in eámque inclinat Nauar-
rus *de Pœnit. diſp.*1. *cap. Si cui, in fine.*]
Hucúſque Marchantius.

13. Verum hæc ſententia ſuſtineri
non poteſt, & omnes Ieſuitæ, & ſum-
mi etiam Pontifices reprobant. Ideó-
que iure optimo Caietanus ab illa
vindicat D. Thomam. Vide doctiſſi-
mum P. Sanchez *lib.*5. *ſum.c.*6. *num.*11.
vbi ſic. (Vnum aduertere volo, ſen-
tentiam quam *lib.*9. *de Matrim. diſp.*
46. *num.*7. dixi eſſe veriſſimam, nem-
pè amplexus, & oſcula libidinoſa,
quamvis ſola venerea delectatio, quæ
ex ipſis ſentitur, placeat, excluſo alio
ordine ad copulam, eſſe mortalia, &
contrariam ab aliquibus appellari te-
merariam, & erroneam; hodie appro-
batam eſſe à Summis Pontificibus
Clemente VIII. & Paulo V. Qui in-
quiſitionibus fidei denuntiari iuſſe-
runt aſſerentem in illis non committi
crimen læthale.) Hæc Sanchez.

PROPOSITIO XI.

In rebus venereis datur paruitas materiæ. Sanchez *de Matrim.lib.9. diſput.46. num.9.& 27.& 40.in 1.editione.Vnde iuxta hanc doctrinam,oſcula, & amplexus ratione paruitatis materiæ non erunt læthalia.*

1. ℟. PErlege Propoſitionem præcedentem, & pro hac ſententia reperies Martinum de Magiſtris,Gabrielē,Sebaſtianum de Medicis, Carthuſianum, Rodriguez, & Cordubam & ex D.Thomæ diſcipulis M. Vmbertum, Iabellum, Petrum de Ledeſma,D.Antoninum,Ioannem Nider. Margaritam Confeſſorum, Ioannem Viguerium Dominicum de Soto, Tabienam, Victoriam,& alios qui delectationem veneream ex oſculis, & amplexibus conſurgentem,etſi procuratam,inſufficientem putant ad culpam grauem conſtituendam.Et in terminis quod ratione paruitatis materiæ excuſari poſſint à læthali tuentur ex eadem florentiſſima ſchola M. Soto *de doctrina Chriſtiana fol.26.* & M.Samuël Lublinus *in ſum.caſu.verbo oſculum num.3.* vbi ſic ait, [Inter ſolutos quamuis eiuſdem ſint ſexus, mortale crimen eſt. Oſculari, & tangere ob ſolam veneream delectationem ex huiuſmodi tactibus conſurgentem, niſi paruitas materiæ excuſet] idem ſentit M.Fumus *in Armilla verbo impudicitia, numero 1. in fine.* ibi : [[Nec credo, inquit, quamlibet delectationem modicam eſſe mortalem, propter imperfectionem actus, ſicut in aliis peccatis eſt.] & M. Zanardus *in direct.1. part. de ſacr.matrim.cap.41. §.28.* vbi ait. (Oſcula,tactus, & verba obſcœna non erunt mortalia inter ſolutos ex paruitate materiæ vel conſenſus, quia leuis eſt tactus, vel parua diſtillatio.) *& 12. direct. in explicat.6. & 9. præcepti cap. 14.* (Legere libros de amore tractantes, vel ſcribere litteras amatorias, ob aliquam delectationem carnalem, ex actus imperfectione non erit niſi veniale.]

2. Idem tenet Marchantius *in Horto Paſt. capitulo 6. reſp.13.* dicens. (Non eſſe mortale ſe exponere periculo diſtillationis, neque oſculum leuiter datum,) *& cap.8.* (Si fiant, inquit,cum ardore, & mora, puta replicatis d û in ore oſculis, ob periculum mortale, mortalem ordinariè culpam afferre, ſecus ſi in tranſitu,licet voluptas aliqua capietur, &c. poſſe ſecundum opinionem multorum veniale id iudicari, ob paruitatem materiæ.)

3. Eamdem ſententiam de paruitate materiæ in re venerea amplectuntur Nauarrus *capit. ſi quis de Pœnit.diſt.1.num. ultimo.* Villalobo, & Molderus: & faciunt Freitas, Ioann. Sancius, Miranda, & alii, quibus citatis ſubſcribit Caramuël *in Regul. S. Benedict. diſp.69. à numero* 1502. & tenet Baſſæus *in floribus. verb. luxuria numero* 19.apud Caramuelem *in Theolog. fundamentali fol. mihi 595. numero* 1213. vbi ſic. [Vbi leuis quædam diſtillatio,& ſpirituum commotio

tio procuraretur, excuſaretur à mortali id procurans ratione paruitatis materiæ, ceſſante pollutionis periculo.] Et citat Bonacinam *de matrim. quæſt.4.punct.10. numero 13.* & nouiſſimè hanc ſententiam putat probabilem Thomas Hurtado *tom.1. variarum tract. 1. cap.8. reſ.65. §.2. num.922. & §.3. num.932. & 934. & 935.* vbi ſic. (Vt autem id, quòd ſentio dicam, ſuppoſitâ ſententiâ probabili, quod detur paruitas materiæ, tum in materia luxuriæ, tum in materia ſollicitationis &c.) Quibus adde Portellium *in Additionibus ad dubia Regular. verbo ſollicitare fœminas, num.4.* Vbi ait. [Habebit hic locum ad excuſandum paruitas materiæ, ſicut & in omni alia materia; vnde ſi confeſſor dicat fœminæ verba leuia, vel aliud ſignum, vel opus leue faciat indicatiuum amoris laſciui, quæ verba ad indicium prudentis viri, nec ſint peccatum mortale, nec ſufficientira ad perſuadendum. Credo, quòd talis Confeſſor non ſit accuſandus.] Vide etiam Dianam *p.7 titul.11. reſ.28.* vbi alios citat dicens. (Hanc etiam ſententiam, quòd videlicet in rebus venereis detur paruitas materiæ, præter Authores à me alibi citatos, tenet nouiſſimè contra me nominatim inſurgens ſapientiſſimus M. Franciſcus Arauxo Dominicanus S. Theologiæ Profeſſor in Academia Salmaticenſi, *in ſuis Eruditis Commentariis in 1.2. D.Th.* & Laurentius Landmeter *in Reg.S. Benedict.*) Hæc ille.

4. Dedi Doctores, qui paruitatem materię in re venerea concedunt, quorum opinio aliquando arriſit Patri Sanchez, eam verò poſtea retractauit *in ſum.tom.1.lib.5.cap.6.num.12.* & ſimiliter doctrinam omnes Ieſuitæ, execrantur: extatque in Societate præceptum à Reuerendiſſimo Præpoſito Generali Claudio Aquauiua. Ne vllus è Societate publicè, vel priuatim, non modo vt veram vel probabilem, ſed nec vt tolerabilem quidem doctrinam vlla ratione doceat, aut ſibi placere ſignificet, aut ſecundum illam conſilium cuidam det; ſcilicet in re venerea exiguam aliquam delectationem (attende) deliberatè quæſitam, propter leuitatem materiæ, excuſari à peccato mortali.) idque prohibet ſub pœna excommunicationis, & priuationis lectiuæ, vocis actiuæ, & paſſiuæ, & inhabilitatis ad quælibet officia.

5. Addunt nonnulli (licèt alij doctiſſimi contrarium ſentiant) opinionem aſtruentem paruitatem materiæ in delectatione venerea eſſe damnatam in Officio ſanctę Inquiſitionis ex motu Clementis VIII. ita referunt Baldellus, M.Texeda, & Diana apud Vericelli *in qq. moral. tom.1. tract.4. quæſt.16.nu.4.* & P.Antonius de Eſcobar *in 2. editione Lugdunenſi ſua Theol. moral.tract.1.exam.8.cap.3.n.75.* ait (eſſe falſam, improbabilem, & temerariam,) & M.Lopez de Texeda *in controuerſ. Theol.moral.tom.1.lib.1.tract.3. controu.15.n.66 fol.163.* dicit. [Eſſe omnino relegandam à ſana doctrina.) & Verticelli *vbi ſup.* inquit. (Eſſe omnino improbabilem, tam per principia intrinſeca, quã extrinſeca & eſſe falſam, temerariam, & ſcãdaloſam, & forte grauiore cenſura dignam.)

PROPO-

Digitized by Google

PROPOSITIO XII.

Furtum triginta regalium V. G. *maius peccatum eſt , quàm ſodomia.* Vaſquez Ieſuita 1.2. *quæſt.* 71. *art. in comment. vltimo.*

1. ℞: HAnc propoſitionem tuetur P. Vaſquez , vt concluſionem per legitimam conſequentiam deductam ex doctrina Angelici Præceptoris 1. 2. tradita. Vbi hæc duo fundamenta iecit (Iuſtitia maior virtus, quàm caſtitas.) (Peccatum eò eſt grauius ; quò maiori virtuti opponitur.) Primum tradit *quæſt.* 66. *art.* 4. *in corp.* dicens: (Secundum hoc (nempe ſecundum ſuam ſpeciem, & ſimpliciter) iuſtitia inter omnes virtutes morales præcellit , & *infra.* [Poſt Fortitudinem autem ordinatur Temperantia &c. ſcilicet, in cibis, & venereis,) Secundum poſuit *qu.* 73. *art.* 4. vbi inquirens (Vtrum grauitas peccatorum differat ſecundum dignitatem virtutum quibus opponuntur:) Reſpondet. (Dicendum quòd virtuti opponitur aliquod peccatum , vno quidem modo principaliter, & directe , & hoc modo oportet , quòd maiori virtuti opponatur grauius peccatum.) ex quibus P. Salas 1. 2. *tom.* 1. *q.* 73. *tract* 13. *diſp.* 5 *ſect.* 3 *nu.* 25. (Quod peccatum, inquit, nobiliori virtuti oppoſitum grauius ſit, præter D. Thom. Caietanum, Conradum, Medinam, Zumelium, & alios Thomiſtas, docet Scotus,) & hanc regulam [eſſe in vniuerſum veram non pauci Expoſitores S. Thomæ affirmant (ait Lorca 1. 2. *diſp.* 19. *de peccatis* ,) & omne peccatum quòd digniori virtuti opponitur eſſe grauius in genere moris , & ſecundum malitiam formalem] hic doctiſſimus vir. Ex his igitur præmiſſis : Sic diſcurrit P. Vazq. Grauius peccatum eſt, quòd maiori virtuti opponitur : ſed furtum opponitur iuſtitiæ , quæ eſt maior virtus, ſodomia verò caſtitati, quæ eſt minor : ergo, iuxta principia D. Thomæ, grauius peccatum eſt furtum quam ſodomia. Verba eius ſunt. (Eadem ratione dicendum eſt peccata luxuriæ contra naturam, etiamſi magis turpia apparcant , & maiori nota infamiæ digna ſint , ex genere tamen ſuo minora eſſe quam peccatum furti , quia furtum iuſtitiæ , illa autem peccata caſtitati opponuntur. [Hæc ille , quem ſequitur celebris Doctor Montesinos Primarius Complutenſis 1. 2. *tom.* 2. *quæſt.* 73. *art.* 4. *diſp.* 5. vt bene obſeruat Thom. Hurtado *tom.* 1. *tract.* 1. *cap.* 8. *reſol.* 30.

2. Hoc verò non tollit, furtum leue , quod grauitatem moralem non attingit , leuius eſſe peccatum ſodomiâ. Nam vt ait M. Sotus in 4. *diſt.* 12. *quæſt.* 1. *art.* 3. §. [Reſpondetur autem] [Cum dicimus *genere ſuo* inſinuamus quod peccatum minus ex obiecto, poteſt fieri maius ex circunſtantiis, grauius enim eſt peccatum iniuſtitiæ, quam intemperantiæ, quia iuſtitia eſt præſtantior virtus , & tamen peccatū fornicationis grauius eſt quam furari vnum argentum.) Hæc ille : cuius diſcurſus æque probat furtum ex ſuo genere grauius eſſe peccatis ſodomię, vt patet ex terminis E faucent Zumel, Herrera, & alij apud Salas ſup. num 38.

Digitized by Google

& 39. qui ſentiunt neceſſarium eſſe aſſerere ſodomiam cōtinere malitiam iniuſtitiæ, vt defendi poſſit, eſſe grauius peccatum furto; quod ſimiliter de fornicatione tuentur. Sed difficile probari poterit iniuſtitia facta proli, quæ neque eſt, nec fuit, nec eſſet futura, licet peccatum contra naturam omitteretur. Præterquam quod argumētum Patris Vaſquez procedit ſupponendo cum Theologis communiter in ſodomia ſolum dari malitiam contra temperantiam. Quo poſito.

7. Efficax aliud argumentum ſumitur ex D. Thoma 1.2. *q.73. citata art.5.* Vbi cum ſtatuiſſet, peccata ſpiritualia eſſe grauiora, quam carnalia, ſic ſibi obiicit. (Adulterium grauius peccatum eſt quàm furtum, ſed furtum pertinet ad auaritiam, quæ eſt peccatum ſpirituale; adulterium verò ad luxuriam, quæ eſt peccatum carnale; ergo peccata carnalia ſunt maioris culpæ.) Reſpondet. (Ad primum dicendum, quod adulterium non ſolum pertinet ad peccatum luxuriæ; ſed etiam ad peccatum iniuſtitiæ, & quantum ad hoc poteſt ad auaritiam reduci.) Atqui ſodomia ſolum pertinet ad peccatum luxuriæ; ergo cum tantum ſit carnale peccatum, minoris erit culpæ, quàm furtum. Ecce in via D. Thomæ non leuia ſunt fundamenta pro opinione Patris Vaſquez.

8. Non inficior contrariam tenere alibi expreſsè D. Thomam. Nam 2.2. *queſt.*154. *art* 12. dicit peccatum contra naturam eſſe maius adulterio, & 3. *contra Gentes cap* 122. ait. (Poſt peccatum homicidij, quo natura humana iam in actu exiſtens deſtruitur, huiuſmodi peccatum videtur ſecundum locum tenere, quo impeditur generatio humanæ naturæ.) Imò 2.2. *q.*154. *art.*3. apertè dicit fornicationem ſecundum ſuam ſpeciem, ſeu ex genere ſuo eſſe grauius peccatum, furto. Quia (eſt, inquit, contra bonum hominis naſcituri, & ideò eſt grauius peccatum, ſecundùm ſuam ſpeciem, peccatis, quæ ſunt contra bona exteriora, ſicut eſt furtum, & alia huiuſmodi.) Quæ doctrina non paucis difficilis viſa eſt, nec ab omnibus recepta, vt dicit Lorca 1. 2. *diſput.*19. *de peccatis memb. primo*, & contrariam ſupponit M. Sotus *vbi ſupra*. recole eius verba *numero* 2. adducta. Iam quo modo cohæreat cum principiis iactis 1.2. Vbi iuſtitiam conſtituit præſtantiorem virtutem temperantiâ in venereis (quòd verum non eſſet, ſi temperantia includeret iuſtitiam.) Et quomodo *quæſt.*73. *art.*3 ad iniuſtitiam propriam adulterij recurrat, vt inde probet illud eſſe maius peccatum furto? (Quod fruſtra fieret, ſi fornicatio ſimplex grauius furto peccatum eſſet.) Doctores conſule. Vnum ego. Non eſſe audiendum Thomam Hurtado (Iuratum alias Thomiſtam) dum contra D. Thomam *vbi ſupra* 3. *contra Gentes*, auſus eſt dicere, ſodomiam grauius eſſe peccatum quàm homicidium. Sic loquitur *tom.*1. *tract.*1. *cap.*8. *reſolut.*30. *num.*325.

EX

Digitized by Google

EX TRACTATV DE OPINIONE PROBABILI.

PROPOSITIO I.

Quamvis opinio ſit falſa, poteſt quilibet tuta conſcientia illam practicè ſequi, propter authoritatem docentis. Tannerus Ieſuita 2.2.*diſp.*5. *quæſt.*8. *dub.*4. *num.*99. *verſ.* (ex quibus.)

2. R. LOco citato, nec verbum de hac opinione. Verùm quæſtionem exagitat 1. 2. *diſput.* 2. *quæſt.* 4. *dub.* 3. *num.*33. vbi cum pluribus aliis exiſtimat, eum, qui iudicat aliorum opinionem improbabilem à principiis intrinſecis, poſſe nihilominus ab extrinſecis, propter authoritatem docentis, iudicare probabilem, & iuxta illam operari. Quæ doctrina ferè communis eſt inter Doctores, quos citatos ſequuntur Angelus Baſſæus *tomo* 1. *de conſcient. part* 1. §.2. *num.*2 7. & §.19. *num.*160. Paſqualigus *in deciſion. moral. deciſion.*22. & Verricelli *in qq. moral tom.* 1. *tractat.* 1. *ſing. quæſt.*5. dicens: [Ex authoritate vnius tantum poſſe quem illam in praxi amplecti, licet à principiis intrinſecis falſam, & improbabilem exiſtimet.]

2. Pro hac opinione militant, quot, quot aſſerunt, Confeſſarium teneri abſoluere pœnitentem, quotieſcumque pro abſolutione fuerit aliorum probatæ authoritatis opinio, etiamſi Confeſſarius à principiis intrinſecis falſam iudicauerit. Ita Sotus *in* 4. *diſt.* 18. *q.*2. *art.*5. *art.*5. *ad* 5. §. *Vnde ad argumentum.* Vbi ſic ait. [Quamvis Sacerdos exiſtimet opinionem eſſe falſam, non tamen inde exiſtimare debet, ſibi non licere ipſum abſoluere, ſiquidem propter probabilitatem excuſatur ille à culpa.] Hæc ibi, quem ex eodem ordine ſequuntur M. Mercatus, *de contractibus cap.*15. & M. Candidus apud Machadum *infra citandum.* Item Diana 2.*p. tract.*13. *reſ.*11. & 3. *par. tra.*3. *reſ.*9. Verricelli *in qq. mor tom* 1. *tract.*6. *ſect.*14. *numero* 53. & Machad. *tomo* 1. *in diſcurſu practico de probabil. opinion. articul.* 6. & *n.*6.1. vbi addit. [*La perſona docta que fuere conſultada en algun caſo dudoſo; puede reſponder; (y muchas vezes conuiene, y*

Digitized by Google

aun es neceſſario aſſi) ſiguiendo opinion agena, aunque el la juzge por improbable, aſſi lo enſeñan expreſſamente Vaſquez, Leſio, Salas, Egidio, Sayro, Nauarro, Medina, Lopez, Suarez, Azor, Gutierres, Henriquez, Layman, Villalobos, Ioannes Sancius, Becano, Reginaldo, Sanchez, Candido. Imò que ſi el conſultante pide que le aconſeje conforme a la opinion mas fauorable, peca en no hazerlo aſſi. Docent Sanchez, Ioan. Sancius, Salas, Diana, *el qual dize: que ſiempre ſe entiende pedirlo aſſi el conſultante.*] Hæc Machado.

3. Et quot Doctores militent pro ſententia Tamburini, cuius vnius authoritas ſufficeret ad efficiendam probabilem, iuxta doctrinam doctiſſimi M. Serra 1.2 *quæſt. 19. articul. 6. fol. mihi* 375. Vbi ait. [Quamvis vnus ſolus ſit talis opinionis Author, ſi tamen ſapiens maximè cognitus & probatus ſit, ſufficit ad illam probabilem efficiendam; niſi alias conſtet ab omnibus improbari,] & cum Vvilhielmo idem tradit, ex eodem illuſtriſſimo Prædicatorum Ordine, M. Ioannes Nider. *in conſolatorio timoratæ conſcientiæ edito Romæ anno* 1604. *part. 3. cap. 11. §. tertio patet in fine.* vbi ſic. [Item dicit idem, quod frater ſimplex, vel quilibet homo cum ſalute poteſt ſequi in conſiliis, quamcumque opinionem voluerit, dummodo alicuius magni Doctoris opinionem ſequatur.] Sic ille & merito. Nam vnicum grauem Doctorem conſtituere opinionem extrinſecè probabilem, docent quatuor ſuper viginti Doctores, quos citatos ſequitur Verricelli *ſup. tract. 2 ſing. queſt. 5.* Et tradit nouiſſimè M. Acacius de Velaſco cum aliis *tomo 2. reſ. mor. verbo opinio reſ 316. numero tertio,* dicens: [*Muchos Doctores abſolutamente, y ſin excepcion ninguna deſienden, que ſolo vn Dotor que aya impreſſo es baſtante para hazer opinion probable, con tal que la tal opinion no eſtè abrogada pro alguna ley, ò canon, ni tenga algun error, ni notada por los ſuperiores, a cuyo cargo eſtà, ni el Dotor padezca alguna nota en el buen nombre. Y yo ſiento lo miſmo con Sylueſtro, y otros*] Quibus adde Ioſephum Rocafful *in praxi tomo 1. parte 3. capite 2. numero 20.* vbi ait. Si ſit aliculus Doctoris iunioris, & moderni, debet opinio cenſeri probabilis, dum non conſtet reiectam eſſe à Sede Apoſtolica tanquam improbabilem.]

4. Sed quid ſi de mandato Sanctæ Inquiſitionis expuncta ſit? Reſpondet Caramuel *in Theol. fundam part. 1. fol. 17. in Epiſtola dedicatoria ad Innocentium X.* [Scio communi Theologorum iudicio has inhibitiones habere tantum vim opinionis probabilis, aut probabilioris, vt plurimum & *2. p. Theol. fund. fol. 5. n. 12.* [Quando liber, inquit, vel ſententia interdicitur, non aſſeritur eſſe improbabilis, ſed iuſſa manere in gradu probabilitatis, in qua antea erat ob bonum publicum, vel priuatum, nec dictari, nec defendi præcipitur.] & Audacius 1. *part. Theol. fundam. numero* 181. & 259. & 285. totis viribus ſuadere contendit. [Quod non datur in mundo viſibili authoritas condemnandi opiniones probabiles.] Verum eiuſmodi poſitiones non bene audiunt apud Theologos. Et contra vltimam acutè inſurgit ex doctiſſima Dominicanorum Familia M. Ioannes Martinez de Prado in Academia Complutenſi Veſpertinæ D. Thomæ Cathedræ digniſſimus

gniſſimus Moderator *tom. 2. Theolog. moral. cap. 33. in apendice contra Caramuelem quæſt. 2. §. 3. num. 12.* vbi diſtinguens probabilitatem intrinſecam ab extrinſeca, quæ ex authoritate docentis deſumitur; Caramuelis poſitionem de prima probabilitate veriſſimam putat, de ſecunda verò falſiſſimam eſſe demonſtrat. Verba eius ſunt: [Si ergo opinio ſit intrinſecè probabilis, ſicut nulla humana authoritate fieri poteſt, quòd bonum ſit malum, & quòd lux ſint tenebræ: ita nec fieri poteſt, quòd probabile ſit improbabile. Quando autem probabilitas eſt extrinſeca, & apparens, quamvis per accidẽs deſeruire poſſit, vt operantes, & errantes inuincibiliter excuſentur à peccato; tamen per ſe loquendo, ad Papam primario, & authoritatiuè, & dominos Cardinales, & ſupremos fidei iudices pertinet declarare, quid tenẽdum ad fidei, & morum integritatem, & quid operandũ. Et hac via videmus innumeras propoſitiões antiquitus éxiſtimatas probabiles, hodie declaratas improbabiles.] Hactenus M. Prado.

5. Ex quibus fit non eſſe audiendum Caietanum *tom. 2. Opuſcul. tra. 6. cap. 2.* vbi ſententiæ Caramuelis fundamenta iecit, ſic enim inquit. [Summi Põtificis iudicio promiſſa eſt omnis veritas de neceſſariis ad ſalutem fidelium. & nõ omnis veritas naturaliter ſcibilis, aut moralis *(& infra)* Et propter hæc ſicut in his, quæ ſunt fidei, Sũmi Pontificis authoritas omnibus præeſt rationibus, ita in his ſcibilibus ſupra tam ipſum, quàm quemcumque alium iudicẽ, ratio naturali lumine roborata locum obtinet; contra quã ſola Authoris naturæ authoritas ſtatuere, aut decidere aliquid poteſt.] Hæc Caietanus. Quem omnes reprehendunt, videatur M. Ambroſius Catherinus *in Annotationibus lib. 6. fol. 562.* vbi adductis Caietani verbis, illum carpit, dicens: Quo in loco pernicioſè errat.]

6. Cæterum circa electionem opinionis, vide Angelicum præceptorem in *quodl. 8 art* 13. Vbi hanc ſtrictiſſimam reperies. [Illud, inquit, quòd agitur contra legem ſemper eſt malum, nec excuſatur per hoc quòd eſt ſecũdum conſcientiam, &c. Dicendũ ergo eſt, quod quãdo ſunt duæ opiniones contrariæ de eodẽ, oportet eſſe alterã veram & alterã falsã. Aut ergo ille qui facit contra opinionẽ Magiſtrorũ, vtpotè habendo plures præbendas, facit contra veram opinionem, & ſic cum facit contra legẽ Dei, non excuſatur à peccato, quamvis non faciat contra conſcientiam.] Hæc D. Thom. Quæ ſi vera, vt ſonant: væ operantibus ex opinione, etiam probabiliori, imò & moraliter certa, ni ſecuriorem ſemper eligant, in qua ne materiale quidem peccatũ eſſe poſſit. Exponendus ergo eſt. Et ſane quòd ad peccandũ formaliter non ſufficiat, agere contra legem Dei, quia non agitur contra conſcientiã, non ſolũ eſt omnium Theologorum ſententia, ſed expreſſa ipſius D. Tho. *in eodem quodl. 8. art.* 5. vbi ſic ait. [Error autem conſcientiæ quandoque habet vim abſoluendi, ſeu excuſandi, quando ſcilicet procedit ex ignorantia eius, quod quis ſcire non poteſt, vel ſcire non tenetur. Et in tali caſu quamvis factum de ſe ſit mortale, tamen intendens peccare venialiter, peccaret venialiter.] & *infra.* [Quando verò error conſcientiæ non habet vim abſoluendi, vel excuſandi eſt, quando ſcilicet ipſe error

peccatum eſt, vt cum procedit ex ignorantia eius quod quis ſcire tenetur & poteſt.] Hæc ibi,& *in 2 ſentent. diſt.22.quæſt.2.art.2.in corp* §. *His ergo viſis, & de veritate quæſtion.*17 *artic.*3. & 4.

Quapropter M. Bartholomæus de Ledeſma *in ſummario edito Salmanticæ anno* 1585. *tractatu de pœnitent. vbi de confeſſ. diff.*14. §.*tertia concl.* [Aliquando, inquit, propter ignorantiam inuincibilem, quam quis habet, ſequi poteſt opinionem, quæ tamen re vera eſt contra ius naturale, & diuinum, nam quandocumque ſunt duæ opiniones contradictoriæ de eodem, alteram veram, alteram autem falſam eſſe oportet, quia tunc non liquido conſtat, qui eiuſmodi opinionem ſequitur, excuſatur propter ignorantiam illam,] & M. Ioannes Martinez de Prado *vbi ſup.* (Quando autem probabilitas eſt extrinſeca, & apparens, quamvis per accidens deſeruire poſſet, vt operantes, & errantes inuincibiliter excuſentur à peccato, &c.] & *tom.*.*cap.*1.*q* 4.§.1.*num.*12 [Inter duas opiniones, quæ ſunt probabiles, licet eligere minus tutam; nam in practica habet certitudinem moralem quòd rectè operetur, quia quæſita veritate quantum potuit, ſi in re erret, inuincibiliter ignorat, & actus eſt formaliter bonus.] Quibus conſonat M. Martinus de Ledeſma *in* 2 4. *edita Conimbricæ anno* 1560. *q.*8.*art.*4 *fol.* 8. [Ideò dico prius, quòd probabile eſt, ſed parum, quod ſolum circumſtantiæ mutantes ſpeciem ſunt confitendæ, quia hoc communiter dicunt Theologi, vt Sanctus Thom. Bonau. & alij. Et ideò, vel hoc eſt verum, vel qui hanc ſequuntur opinionem excuſantur ignorantiâ inuincibili.) Hæc ille. Sed miror dixiſſe parum probabilem opinionem D.Thom.& D.Bonau.

8. Denique M. Ioannes Nider *vbi ſupra citatus in conſolatorio timoratæ conſcientiæ part.*3. *cap.* 1. adductis verbis D.Thom. *ex quol.*8.*art.*13. [quando ſunt duæ opiniones contrariæ de eodem, &c.] ſic ait. Hæc verba Sancti Thomæ non poſſunt intelligi, niſi de illis vbi manifeſtè patet ex ſcriptura, vel Eccleſiæ determinatione, quòd ſit contra legem Dei, & non de illis intelligit, vbi illud non apparet, ſicut ſe ipſum declarare videtur *quodlib.*3. *art.*10. aliàs enim ſibi contradiceret in eodem libro, quod non eſt credendum. Ex quibus ſequi videtur quod non oportet ſemper tutiorē opinionem eligere, de neceſſitate ſalutis, ſed ſufficit tutam eligere.] & *infra* §. *tertio, patet in fine.* [Idem item Vvilhel. *in materia de decimis* recitans duas opiniones dicit, quòd illa prima opinio, ſcilicet quòd antiquas decimas ſine peccato in feudis retinere poſſunt laici, & quòd ad hæredes tranſeant, benignior eſt, & ideò magis amplectenda: Item reperi in libris veteribus Ordinis noſtri Prædicatorum reſponſa plura, quæ data eſſe videntur à Dominio Alberto, quæ idem ſonant, &c. (& *cap.* 13. §.4. patet.) Concludendum eſt ex prædictis omnibus, quod probabilis certitudo ſufficit in moralibus, vt non exponat ſe quis periculo.] Hactenus M. Ioannes Nider. Quibus, & mentem D.Th. exponit, & ab obligatione eligendi tutiorem opinionem excuſat; Quæ eſt communis Theolog. ſententia, quando opinio minus tuta eſt probabilior, vt bene docet M. Ioannes Martinez de Pradō *ſup. tom.*1.*cap.*1.*quæ.*4. §.2 *num.*6. Ibi; [Dico ſecundò quando

do opinio minus tuta eſt probabilior hic, & nunc omnibus attentis, licitè eam ſequimur; & non tenemur ſequi tutiorem. Ita Syluester, Corduba, & iam communiter Authores, Docuit eam S. Antonin. 1. *p. titul.* 3. *capit.* 10. §. 10. *Reg.* 6.) ſic Prado. Qui multis probat D. Thomam, pluribus in locis amplexatum fuiſſe opiniones quæ ſecuriores non ſunt.

9. Sed reſtat grauior difficultas. An liceat eligere in operando opinionem probabilem minus tutam relictâ probabiliori, & magis tutâ? Audiamus diſcipulos D. Thomæ, M. Thomas Vilar Ordinis Prædicatorum. *in ſum. controuerſiarum in* 1. 2. *D. Thom. tract. poſteriori de conſcientia* 4. *part.* §. 6. inquirit. [Vtrum ex duabus opinionibus quis probabilem, probabiliori relictâ, ſequi poſſit?) Reſpondet (Partem affirmatiuam teneo cum Medina, Lorca, Martinez, Cornejo, Monteſino, & pluribus alijs.) & infra: (Dices eſſe quidem rectæ rationi conforme, tamen quia opinio probabilior eſt conformior, & ſecurior, eam ſequi obligamur. Contra, inquit, Medina, quia nemo ad id, quod melius, & perfectius eſt obligatur.) M. Bartholomæus de Ledeſma, *vbi ſupra de pœnit. Sacram. diff.* 14. *concl.* 5. (Hæc concluſio eſt contra Adrianum, *quæſt.* 5. *de confeſſ. dub.* 7. vbi dicit, quod quis tenetur ſequi tutiorem opinionem, & contrariam, etiam probabilem, omittere. Sed nihilominus noſtra concluſio eſt veriſſima, & probatur tum ex vſu vniuerſali omnium, qui ſic habent in practica; tum quia ſi eſt probabilis, habet pro ſe graues Authores, vrgenteſque rationes.)

10. M. Acatius de Velaſco Epiſcopus Oriolenſis. *tom* 2. *verbo Opinion. probable. reſol.* 316. *num.* 7. [*Digo lo primero la mas comun, y recibida opinion de los Dotores es, ſer licito, y ſeguro en conciencia ſeguir la opinion probable, aunque ſea dexando la mas probable. La primera parte ſe prueua porque en ſiendo opinion probable es conforme a razon,* &c. *La ſegunda parte prueua, porque no ay obligacion de hazer ſiempre lo mejor,* &c. *Ademas que ſino fuera coſa licita, y ſegura, el ſeguir la opinion probable, dexando la mas probable, y mas ſegura; ſin duda que pecarian los Dotores, y Maeſtros que enſeñan opiniones probables por la parte menos ſegura, porque dauan occaſion para pecar a los que vſan dellas, y es muy ageno de equidad, y razon condenar en eſta parte a tantos varones doctos, y pios, que enſennaron opiniones probables, dexando la mas probables, y ſeguras. Prueuaſe tambien, porque vemos que los Sumos Pontifices en las coſas de la Igleſia, que no eſtan determinadas, y definidas, ſino debaxo de opinion de Dotores, ſiguen ſus opiniones probables, y no ſiempre las mas probables, y mas ſeguras,* &c. *Y aunque parece que Caietano niega eſta opinion, quando dize in ſum. verb. opinio.* [In operandis niſi tutiorem partem eligendo, non licet opinionem cuiuſque ſumere.] *Pero en realidad de verdad no habla Caietano en eſte lugar de opinion probable, ſino de qualquiera opinion aunque no ſea probable: loqua les manifeſto,* &c. *De Sylueſtro dizen tambien algunos Dotores, que tubo la opinion contraria, pero ſe engannaron.*] & *numero* 10. *in fine.* [*La ſobre dicha opinion la tienen muchos, y graues Dotores.*] & in margine citat M. Bannez.

2.2.

Digitized by Google

lectationem copulæ, aut aliarum ſpecierum luxuriæ fiunt: ergo ſic tantum, & non aliter ſunt peccata mortalia.

5. Nouas reſumet vires præfatus diſcurſus, ſi ad trutinam vocentur D. Thomæ verba immediatè præcedentia. Vbi poſtquam dixit oſcula, & amplexus, ſecundum ſuam ſpeciem, & rationem, non eſſe peccatum mortale: ſubnectit. (Alio modo dicitur aliquid eſſe peccatum mortale ex ſua cauſa. ſicut ille qui dat eleemoſynam, vt aliquem inducat in hæreſim, mortaliter peccat propter intentionem corruptam,) & hoc modo putat inueniri peccatũ mortale in oſculis, & amplexibus recurrens ad intentionem corruptam, ex qua habeantur ob delectationem fornicationis, vel aliarum ſpecierũ luxuriæ. [Dictum eſt (inquit) quòd conſenſus in delectationem peccati mortalis eſt peccatũ mortale; & ideò cum fornicatio ſit peccatum mortale, & multò magis aliæ luxuriæ ſpecies, conſequens eſt quòd conſenſus in delectationem talis peccati ſit peccatũ mortale, & non ſolum conſenſus in actum; & ideò cum oſcula, & amplexus huiuſmodi, propter delectationẽ huiuſmodi fiant, conſequẽs eſt, vt ſint peccata mortalia, & ſic ſolum dicuntur libidinoſa, vnde ſecundum quod libidinoſa, ſunt peccata mortalia.) Ergo ſi non fiant ob delectationem prædictam, mortalia non erunt.

6. Et ita videtur tradere Angelicus Doctor *in ſecundo ſcripto ſuper libros ſententiarum libro 4. diſt. 11. art. 4.* Vbi ait. [*Ad* 1. dicendum quòd conſenſus in delectationem eſt mortale peccatum, non in quancumque, ſed in illam quæ conſequitur actum peccati mortalis] oſcula autem, & amplexus non ſunt actus peccati mortalis, vt ipſemet tradit *vbi ſupra*, & cum eo omnes Theologi. Ergo, iuxta doctrinam D. Thomæ, non erunt lethalia, niſi extrinſecè ex praua intentione ordinentur ad delectationẽ fornicationis, vel alterius luxuriæ ſpeciei, quæ ſunt actus peccati mortalis. Idque ſupponere videtur *in Epiſtola Pauli ad Epheſios cap. 5. lect. 2. in fine*, vbi ait. (Tria ergo vitia excludit, ſcilicet *turpitudinem*, quæ eſt in tactibus turpibus, & amplexibus, & oſculis libidinoſis &c. Item *ſtultiloquium*, id eſt verba prouocantia ad malum, & *ſcurrilitatem*, &c. Et hęc omnia ſunt mortalia in quantũ ad peccata mortalia ordinantur, quia aliquid, etiamſi bonum ſit ex genere, in quantum ad mortale ordinatur, eſt mortale.) Quapropter huius ſententiæ videri poſſe D. Thom. ait Petrus de Nauarra 2 *de reſt. cap. 4. nu.* 321. Verum, D. Tho. his non obſtantibus, pro contraria ſententia ſtare, multis oſtendere conatur Caietanus 2. 2. *q.* 154. *citata, art.* 4.

7. Expreſſius eam tenet M. Chryſoſtomus Labellus *libr. de Philoſophia Christiana* 1 *p. tit.* 7. *vbi de pudicitia numer.* 10. ibi. [Aliqui tenent eſſe mortalia; alij autem quòd licet ſint mala, non tamen mortalia, ſed venialia: nam nec exercitium talium, nec delectatio conſequens inuenitur ad cui prohibita ſub grauitate peccati mortalis, niſi ordinetur ad concubitũ illicitum. Talia videntur oſcula, & amplexus, & tactus partium honeſtarũ quæ ſiſtunt in huiuſmodi delectatione. Hos autẽ damnare de peccato mortali durũ eſt. Declino igitur ad hanc viã: & ratio opinionis oppoſitę non cõcludit: cõceſſo enim quod operans hæc, cõſentiat in delectationem tactus; nego, quòd regulariter ſit conſenſus in delectationẽ forni-

Digitized by Google

fornicationis.] Hæc ille cui partim conſentire videtur M. Zanardus *ſupr.* dum ait. [Quilibet ſenſus delectando ſe in ſuo obiecto phyſicè, id eſt, vt res eſt, non cauſat peccatum, niſi ſecum rapiat voluntatem, illi laqueum ſic paret, vel delectationem illam quæ comitatur copulam.]

8. Citatos ſequitur M. Petrus de Ledeſma *in ſumm. tomo ſecundo, tractatu vigeſimoſeptimo, capite decimonono, concluſ. 4.* cuius hæc ſunt verba. [*Los oſculos entre los ſolteros de ſuyo ſon pecado mortal, ordenados al acto carnal libidinoſo. Dixe ordenados al acto carnal, porque ſi no ſon ordenados a eſte acto, no ſon de ſuyo pecado mortal. La razon es, porque los oſculos, como ya queda dicho, tienen la malicia de la fornicacion, luego ſi ſe ordenan a ella ſon pecado mortal, y ſi no ſe ordenan a la fornicacion, no tienen razon de pecado; porque les viene el ſer pecado deſte fin.*]

9. Eiuſdem ſententiæ (inquit Thomas Sanchez *de matrimon. lib. 9. diſp. 46. num. 6.*) [Videntur D. Antoninus *3. part. tit. 16. cap. 1. §. 10. notab. 1.* dicens, tactus cum fuerint ex libidine, & amore carnalis luxuriæ eſſe mortales, & M. Ioannes Nider *in ſua ſum. precep. 6. cap. 2. ad finem verſ. 2.* principaliter, dicens eſſe læthales cum ſint libidinoſi, & ea intentione vt in ſe, vel in muliere excitetur concupiſcentia. Et Margarita Confeſſorum, *ſexto precepto, folio* 90. dicens oſcula, & amplexus habita ex laſciuia eſſe mortalia, & tūc id contingere, quando habentur, vt ſequatur pollutio, vel cum periculo. M. Ioannes Viguerius *lib. inſtit. cap. 7. §. 5. verſ. 7. ad finem*, dicens eſſe mortalia ob intentionem corruptam, ſicut & aſpectus iuxta illud Matth. 5. *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam &c.* & Manuel *tom. 1. ſum. 2. editione cap. 203. num. 2.* dicens oſcula tunc eſſe mortalia quando diriguntur ad actum carnalem, & libidinoſum.] Sic ibi.

10. Hanc ſententiam probabilem putat M. Sotus *in 4. diſtinct. 34. quæſt. 1. art. 2. ad finem verſic. ex quo fit.* Vbi inquit. [Non poſſunt laſciuè amplexari, vt impudicè tangere, aut carnaliter oſculari, quia iſti tactus, & oſcula per ſe, vt verior habet opinio, ſunt mortalia, niſi inter veros coniuges.] Quibus verbis, ait Sanchez *ſupra* (clare cenſet eſſe probabilem,) & huic opinioni ait M. Ioannes de la Cruz *in directorio 6. precep. dub. 2. concluſ.* [Victoria, & Corduba videntur aſſentire, & ſi inſinuent non eſſe dogmatizandum.] Nec diſſentiret M. Tabiena *verbo cogitatio moroſa num. 2.* vbi iudicat probabile delectationem moroſam non eſſe peccatum mortale, quia de contraria, & communi, & veriſſima ſententia, ſolum ait quod (eſt ſecurior) en omiſſis aliis, quot quantique Magiſtri ex D. Thomæ diſcipulis excuſant à læthali oſcula, & amplexus ob præciſam illam delectationem veneream, quæ ex ipſis conſurgit. Secluſo periculo pollutionis, aut vlterioris conſenſus.

11. Quorum doctrinæ fundamentum hoc Thomiſtico ſyllogiſmo magis innoteſcit. Delectatio non eſt mala niſi mala ſit operatio, vnde captatur, ſed oſcula & amplexus, ſecundum ſe, non ſunt operatio mala: ergo non eſt mala delectatio, quę ex ipſis captatur. Conſequentia eſt legitima. Minor expreſſa D. Thomæ, & diſcipulorum eius *vbi ſup.* Maiorem tradit ipſemet Angelicus Doctor *in 2. ſentent. diſt. 24. quæſt. 3. artic. 4. in corp.* dicens. (Vnde

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PROPOSITIO XI.

In rebus venereis datur paruitas materiæ. Sanchez *de Matrim.lib.9. diſput.46. num.9.& 17.& 40.in 1.editione.Vnde iuxta hanc doctrinam,oſcula, & amplexus ratione paruitatis materiæ non erunt læthalia.*

1. ℞. PErlege Propoſitionem præcedentem, & pro hac ſententia reperies Martinum de Magiſtris,Gabrielē,Sebaſtianum de Medicis, Carthuſianum, Rodriguez, & Cordubam & ex D.Thomæ diſcipulis M. Vmbertum, Iabellum, Petrum de Ledeſma,D.Antoninum,Ioannem Nider. Margaritam Confeſſorum, Ioannem Viguerium Dominicum de Soto, Tabienam, Victoriam, & alios qui delectationem veneream ex oſculis, & amplexibus conſurgentem,etſi procuratam,inſufficientem putant ad culpam grauem conſtituendam.Et in terminis quod ratione paruitatis materiæ excuſari poſſint à læthali tuentur ex eadem florentiſſima ſchola M. Soto *de doctrina Christiana fol.26.* & M.Samuël Lublinus *in ſum, caſu.verbo oſculum num.3.* vbi ſic ait, [Inter ſolutos quamuis eiuſdem ſint ſexus, mortale crimen eſt. Oſculari, & tangere ob ſolam veneream delectationem ex huiuſmodi tactibus conſurgentem, niſi paruitas materiæ excuſet] idem ſentit M.Fumus *in Armilla verbo impudicitia, numero 1. in fine.* ibi: [[Nec credo, inquit, quamlibet delectationem modicam eſſe mortalem, propter imperfectionem actus, ſicut in aliis peccatis eſt.] & M. Zanardus *in direct.1. part. de ſacr.matrim.cap.41. §.28.* vbi ait, (Oſcula,tactus, & verba obſcœna non erunt mortalia inter ſolutos ex paruitate materiæ vel conſenſus, quia leuis eſt tactus, vel parua diſtillatio.) *& 12. direct. in explicat.6. & 9. precepti cap.* 14. (Legere libros de amore tractantes, vel ſcribere litteras amatorias, ob aliquam delectationem carnalem, ex actus imperfectione non erit niſi veniale.]

2. Idem tenet Marchantius *in Horto Paſt. capitulo 6. reſp.13.* dicens. (Non eſſe mortale ſe exponere periculo diſtillationis, neque oſculum leuiter datum,) *& cap.8.* (Si fiant, inquit,cum ardore, & mora, puta replicatis d û in ore oſculis, ob periculum mortale, mortalem ordinariè culpam afferre, ſecus ſi in tranſitu,licet voluptas aliqua capiatur, &c. poſſe ſecundum opinionem multorum veniale id iudicari, ob paruitatem materiæ.)

3. Eamdem ſententiam de paruitate materiæ in re venerea amplectuntur Nauarrus *capit. ſi quis de Pœnit.diſt.1. num. ultimo.* Villalobo, & Malderus: & faciunt Freitas, Ioann. Sancius, Miranda, & alii, quibus citatis ſubſcribit Caramoël *in Regul. S. Benedict. diſp.69. à numero* 1502. & tenet Baſſæus *in floribus. verb. luxuria numero* 19.apud Caramuelem *in Theolog. fundamentali fol. mihi* 595. *numero* 1213. vbi ſic. [Vbi leuis quædam diſtillatio,& ſpirituum commo-

tio

tio procuraretur, excuſaretur à mortali id procurans ratione paruitatis materiæ, ceſſante pollutionis periculo.] Et citat Bonacinam *de matrim. quæſt.4. punct.10. numero 13.* & nouiſſimè hanc ſententiam putat probabilem Thomas Hurtado *tom.1. variar. tract.4. cap.8. reſ.65. §.2. num.922. & §.3. num.932. & 934. & 935.* vbi ſic. (Vt autem id, quòd ſentio dicam, ſuppoſitâ ſententiâ probabili, quod detur paruitas materiæ, tum in materia luxuriæ, tum in materia ſollicitationis &c.) Quibus adde Portellium *in Additionibus ad dubia Regular. verbo ſollicitare fœminas, num.4.* Vbi ait. [Habebit hîc locum ad excuſandum paruitas materiæ, ſicut & in omni alia materia, vnde ſi confeſſor dicat fœminæ verba leuia, vel aliud ſignum, vel opus leue faciat indicatiuum amoris laſciui, quæ verba ad iudicium prudentis viri, nec ſint peccatum mortale, nec ſufficientia ad perſuadendum. Credo, quòd talis Confeſſor non ſit accuſandus.] Vide etiam Dianam *p.7. tit.11. reſ.28.* vbi alios citat dicens. (Hanc etiam ſententiam, quòd videlicet in rebus venereis detur paruitas materiæ, præter Authores à me alibi citatos, tenet nouiſſimè contra me nominatim inſurgens ſapientiſſimus M. Franciſcus Arauxo Dominicanus S. Theologiæ Profeſſor in Academia Salmaticenſi, *in ſuis Eruditis Commentariis in 1.2. D.Th.* & Laurentius Laudmeter *in Reg. S. Benedict.*) Hæc ille.

4. Dedi Doctores, qui paruitatem materiæ in re venerea concedunt, quorum opinio aliquando arriſit Patri Sanchez, eam verò poſtea retractauit *in ſum. tom.2. lib.5. cap.6. num.12.* & ſimilem doctrinam omnes Ieſuitæ, exectantur: extatque in Societate præceptum à Reuerendiſſimo Præpoſito Generali Claudio Aquauiua. (Ne vllus è Societate publicè, vel priuatim, non modo vt veram vel probabilem, ſed nec vt tolerabilem quidem doctrinam vlla ratione doceat, aut ſibi placere ſignificet, aut ſecundum illam conſilium cuidam det; ſcilicet in re venerea exiguam aliquam delectationem (attende) deliberatè quæſitam, propter leuitatem materiæ, excuſari à peccato mortali.) idque prohibet ſub pœna excommunicationis, & priuationis lecturæ, vocis actiuæ, & paſſiuæ, & inhabilitatis ad quælibet officia.

5. Addunt nonnulli (licèt alij doctiſſimi contrarium ſentiant) opinionem aſtruentem paruitatem materiæ in delectatione venerea eſſe damnatam in Officio ſanctæ Inquiſitionis ex motu Clementis VIII. ita referunt Baldellus, M. Texeda, & Diana apud Verricelli *in qq. moral. tom.1. tract.4. quæſt.16. nu.4.* & P. Antonius de Eſcobar *in 2. editione Lugdunenſi ſua Theol. moral. tract.1. exam.8. cap.3. n.75.* ait (eſſe falſam, improbabilem, & temerariam,) & M. Lopez de Texeda *in controuerſ. Theol. moral. tom.1. lib.2. tract.5. controu.15. n.66. fol.163.* dicit. [Eſſe omnino relegandam à ſana doctrina.] & Verricelli *vbi ſup.* inquit. (Eſſe omnino improbabilem, tam per principia intrinſeca, quã extrinſeca & eſſe falſam, temerariam, & ſcãdaloſam, & fortè grauiore cenſura dignam.)

PROPO-

PROPOSITIO XII.

Furtum triginta regalium V. G. *maius peccatum eſt, quàm ſodomia.* Vaſquez Ieſuita 1.2.*quæſt.*71.*art.in comment.vltimo.*

1. ℟. HAnc propoſitionem tuetur P. Vaſquez, vt concluſionem per legitimam conſequentiam deductam ex doctrina Angelici Præceptoris 1.2. tradita. Vbi hæc duo fundamenta iecit (Iuſtitia maior virtus, quàm caſtitas.) (Peccatum eò eſt grauius; quò maiori virtuti opponitur.) Primum tradit *quæſt.*66.*art.*4.*in corp.*dicens: (Secundum hoc (nempe ſecundum ſuam ſpeciem, & ſimpliciter) iuſtitia inter omnes virtutes morales præcellit; & *infra.* [Poſt Fortitudinem autem ordinatur Temperantia &c. ſcilicet, in cibis, & venereis.) Secundum poſuit *qu.*73.*art.*4. vbi inquirens (Vtrum grauitas peccatorum differat ſecundum dignitatem virtutum quibus opponuntur:) Reſpondet. (Dicendum quòd virtuti opponitur aliquod peccatum, vno quidem modo principaliter, & directè, & hoc modo oportet, quòd maiori virtuti opponatur grauius peccatum.) ex quibus P. Salas 1.2. *tom.*1. *q.*73.*tract.*13. *diſp.*5 *ſect.*3 *num.*25. (Quod peccatum, inquit, nobiliori virtuti oppoſitum grauius ſit, præter D. Thom. Caietanum, Conradum, Medinam, Zumelium, & alios Thomiſtas, docet Scotus,) & hanc regulam [eſſe in vniuerſum veram non ſpernunt Expoſitores S. Thomæ affirmant (ait Lorca 1.2. *diſp.*19. *de peccatis*,) & omne peccatum quod digniori virtuti opponitur eſſe grauius in genere moris, & ſecundum malitiam formalem] hic doctiſſimus vir. Ex his igitur præmiſſis: Sic diſcurrit P. Vaz. q. Grauius peccatum eſt, quod maiori virtuti opponitur: ſed furtum opponitur iuſtitiæ, quæ eſt maior virtus, ſodomia verò caſtitati, quæ eſt minor: ergo, iuxta principia D. Thomæ, grauius peccatum eſt furtum quam ſodomia. Verba eius ſunt. (Eadem ratione dicendum eſt peccata luxuriæ contra naturam, etiamſi magis turpia appareant, & maiori nota infamiæ digna ſint, ex genere tamen ſuo minora eſſe quam peccatum furti, quia furtum iuſtitiæ, illa autem peccata caſtitati opponuntur. [Hæc ille, quem ſequitur celebris Doctor Mōtēſinos Primarius Complutenſis 1.2. *tom.*2.*quæſt.*73.*art.*4.*diſp.*5. vt bene obſeruat Thom. Hurtado *tom.*1.*tract.*1.*cap.*8.*reſol.*30.

2. Hoc verò non tollit, furtum leue, quod grauitatem moralem non attingit, leuius eſſe peccatum ſodomia. Nam vt ait M. Sotus *in* 4.*diſt.*12. *quæſt.*1.*art.*3. §. [Reſpondetur autem] [Cum dicimus *genere ſuo* inſinuamus quod peccatum minus ex obiecto, poteſt fieri maius ex circunſtantiis, grauius enim eſt peccatum iniuſtitiæ, quam intemperantiæ, quia iuſtitia eſt præſtantior virtus, & tamen peccatū fornicationis grauius eſt quam furari vnum argentum.) Hæc ille: cuius diſcurſus æque probat furtum ex ſuo genere grauius eſſe peccatis ſodomiæ, vt patet ex terminis Et fauent Zumel, Herrera, & alij apud Salas *ſup. num* 38.

& 39. qui ſentiunt neceſſarium eſſe aſſerere ſodomiam cōtinere malitiam iniuſtitiæ, vt defendi poſſit, eſſe grauius peccatum furto; quod ſimiliter de fornicatione tuentur. Sed difficile probari poterit iniuſtitia facta proli, quæ neque eſt, nec fuit, nec eſſet futura, licet peccatum contra naturam omitteretur. Præterquam quod argumētum Patris Vaſquez procedit ſupponendo cum Theologis communiter in ſodomia ſolum dari malitiam contra temperantiam. Quo poſito.

3. Efficax aliud argumentum ſumitur ex D. Thoma 1.2. *q.*37. *citata art.*5. Vbi cum ſtatuiſſet, peccata ſpiritualia eſſe grauiora, quam carnalia, ſic ſibi obiicit. (Adulterium grauius peccatum eſt quàm furtum, ſed furtum pertinet ad auaritiam, quæ eſt peccatum ſpirituale; adulterium verò ad luxuriam, quæ eſt peccatum carnale; ergo peccata carnalia ſunt maioris culpæ.) Reſpondet. (Ad primum dicendum, quod adulterium non ſolum pertinet ad peccatum luxuriæ, ſed etiam ad peccatum iniuſtitiæ, & quantum ad hoc poteſt ad auaritiam reduci.) Atqui ſodomia ſolum pertinet ad peccatum luxuriæ; ergo cum tantum ſit carnale peccatum, minoris erit culpæ, quàm furtum. Ecce in via D.Thomæ non leuia ſunt fundamenta pro opinione Patris Vaſquez.

8. Non inficior contrariam tenere alibi expreſsè D.Thomam. Nam 2.2. *quæſt.*154. *art* 12. dicit peccatum contra naturam eſſe maius adulterio, & 3.*contra Gentes cap* 122. ait. (Poſt peccatum homicidij, quo natura humana iam in actu exiſtens deſtruitur, huiuſmodi peccatum videtur ſecundum locum tenere, quo impeditur generatio humanæ naturæ.) Imò 2.2.*q.*154. *art.*3. apertè dicit fornicationem ſecundum ſuam ſpeciem, ſeu ex genere ſuo eſſe grauius peccatum, furto. Quia (eſt, inquit, contra bonum hominis naſcituri, & ideò eſt grauius peccatum, ſecundùm ſuam ſpeciem, peccatis, quæ ſunt contra bona exteriora, ſicut eſt furtum, & alia huiuſmodi.) Quæ doctrina non paucis difficilis viſa eſt, nec ab omnibus recepta, vt dicit Lorca 1. 2. *diſput.*19. *de peccatis memb. primo*, & contrariam ſupponit M.Sotus *vbi ſupra*. recole eius verba *numero* 2. adducta. Item quo modo cohæreat cum principiis iactis 1.2. Vbi iuſtitiam conſtituit præſtantiorem virtutem temperantiâ in venereis (quòd verum non eſſet, ſi temperantia includeret iuſtitiam.) Et quomodo *quæſt.*73.*art.*3 ad iniuſtitiam propriam adulterij recurrat, vt inde probet illud eſſe maius peccatum furto? (Quod fruſtra fieret, ſi fornicatio ſimplex grauius furto peccatum eſſet.) Doctores conſule. Vnum ego. Non eſſe audiendum Thomam Hurtado (Iuratum alias Thomiſtam) dum contra D. Thomam *vbi ſupra* 3. *contra Gentes*, auſus eſt dicere, ſodomiam grauius eſſe peccatum quàm homicidium. Sic loquitur *tom.*1.*tract.*1.*cap.*8. *reſolut.*30. *num.*325.

Digitized by Google

EX TRACTATV DE OPINIONE PROBABILI.

PROPOSITIO I.

Quamvis opinio ſit falſa, poteſt quilibet tuta conſcientia illam practicè ſequi, propter authoritatem docentis. Tannerus Ieſuita 2.2.*diſp.*5. *quæſt.*8. *dub.*4. *num.*99. *verſ.* (ex quibus.)

1. R. LOco citato, nec verbum de hac opinione. Verùm quæſtionem exagitat 1. 2. *diſput.* 2. *quæſt.* 4. *dub.* 3. *num.*33. vbi cum pluribus aliis exiſtimat, eum, qui iudicat aliorum opinionem improbabilem à principiis intrinſecis, poſſe nihilominus ab extrinſecis, propter authoritatem docentis, iudicare probabilem, & iuxta illam operari. Quæ doctrina ferè communis eſt inter Doctores, quos citatos ſequuntur Angelus Baſſæus *tomo* 1. *de conſcient. part* 1. *§.*21. *num.*27.*&* *§.*19 *num.*160. Paſqualigus *in deciſion. moral. deciſion.*22. & Vericelli *in qq. moral. tom.* 1. *tract.* 1. *ſing. quæſt.*5. dicens: [Ex authoritate vnius tantum poſſe quem illam in praxi amplecti, licet à principiis intrinſecis falſam, & improbabilem exiſtimet.]

2. Pro hac opinione militant, quot quot aſſerunt, Confeſſarium teneri abſoluere pœnitentem, quotieſcumque pro abſolutione fuerit aliorum probatæ authoritatis opinio, etiamſi Confeſſarius à principiis intrinſecis falſam iudicauerit. Ita Sotus *in* 4. *diſt.* 18. *q.*2. *art.*5. *art.*5. *ad* 5. *§. Vnde ad argumentum.* Vbi ſic ait. [Quamvis Sacerdos exiſtimet opinionem eſſe falſam, non tamen inde exiſtimare debet, ſibi non licere ipſum abſoluere, ſiquidem propter probabilitatem excuſatur ille à culpa.] Hæc ibi, quem ex eodem ordine ſequuntur M. Mercatus, *de contractibus cap.*15. & M. Candidus apud Machado *infra citandum.* Item Diana 2.*p. tract.*13. *reſ.*11 *&* 3. *par. tra.*3. *reſ.*9. Vericelli *in qq. mor. tom.* 1. *tract.*6. *ſect.*14. *numero* 53. & Machado. *tomo* 1. *in diſcurſu practico de probabil. opinion. articul.* 6. *&* n.6.1. vbi addit. [*La perſona docta que fuere conſultada en algun caſo dudoſo, puede reſponder; (y muchas vezes conuiene, y*

 aun

aun es neceſſario aſſi) ſiguiendo opinion agena , aunque el la iuzge por improbable , aſſi lo enſeñan expreſſamente Vaſquez , Ieſio, Salas, Egidio, Sayro , Nauarro, Medina, Lopez, Suarez , Azor . Gutierres , Henriquez, Laymán , Villalobos , Ioannes Sancius , Becano , Reginaldo , Sanchez, Candido. Imò que ſi el conſultante pide que le aconſeje conforme a la opinion mas fauorable , peca en no hazerlo aſſi. Docent Sanchez, Ioan.Sancius, Salas, Diana , *el qual dize : que ſiempre ſe entiende pedirlo aſſi el conſultante.*] Hæc Machado.

3. Et quot Doctores militent pro ſententia Tamberi , cuius vnius authoritas ſufficeret ad efficiendam probabilem , iuxta doctrinam doctiſſimi M.Serra 1.2 *quæſt.19. articul.6.fol.mihi* 375. Vbi ait. [Quamvis vnus ſolus ſit talis opinionis Author , ſi tamen ſapiens maximè cognitus & probatus ſit , ſufficit ad illam probabilem efficiendam , niſi aliàs conſtet ab omnibus improbari,] & cum Vuilhielmo idem tradit , ex eodem illuſtriſſimo Prædicatorum Ordine , M. Ioannes Nider *in conſolatorio timoratæ conſcientiæ edito Romæ anno* 1604 *part.3.cap.*11. *§.tertio patet in fine.* vbi ſic. [Item dicit idem , quod frater ſimplex , vel quilibet homo cum ſalute poteſt ſequi in conſiliis, quamcumque opinionem voluerit , dummodo alicuius magni Doctoris opinionem ſequatur.] Sic ille & merito. Nam vnicum grauem Doctorem conſtituere opinionem extrinſecè probabilem , docent quatuor ſuper viginti Doctores, quos citatos ſequitur Verricelli *ſup. tract.2 ſing.quæſt.5.* Et tradit nouiſſimè M. Acacius de Velaſco cum aliis *tomo 2. reſ. mor. verbo opinio reſ.* 316. *numero tertio,* dicens : [*Muchos Doctores abſolutamente, y ſin excepcion ninguna deſiendẽ , que ſolo vn Dotor que aya impreſſo es baſtante para hazer opinion probable , con tal que la tal opinion no eſte abrogada pro alguna ley , ò canon , ni tenga algun error , ni notada por los ſuperiores , a cuyo cargo eſtà, ni el Dotor padezca alguna nota en el buen nombre. Y yo ſiento lo miſmo con Sylueſtro, y otros*] Quibus adde Ioſephum Rocafful *in praxi tomo* 1. *parte 3.capite 2.numero* 20. vbi ait. Si liber ſit alicuius Doctoris iunioris, & moderni, debet opinio cenſeri probabilis , dum non conſtet reiectam eſſe à Sede Apoſtolica tanquam improbabilem.]

4. Sed quid ſi de mandato Sanctæ Inquiſitionis expuncta ſit ? Reſpondet Caramuel *in Theol.fundam part.*1. *fol.*17 . *in Epiſtola dedicatoria ad Innocentium X.* [Scio communi Theologorum iudicio has inhibitiones habere tantum vim opinionis probabilis , aut probabilioris , vt plurimum & 2.*p.Theol.fund.fol.5.n.*12. [Quando liber, inquit, vel ſententia interdicitur , non aſſeritur eſſe improbabilis, ſed iuſſa manere in gradu probabilitatis, in qua antea erat ob bonum publicum, vel priuatum, nec dictari, nec defendi præcipitur.] & Audacius 1. *part.Theol.fundam.numero* 181. & 259. & 285. totis viribus ſuadere contendit. [Quod non datur in mundo viſibili authoritas condemnandi opiniones probabiles.] Verum eiuſmodi poſitiones non bene audiunt apud Theologos. Et contra vltimam acriter inſurgit ex doctiſſima Dominicanorum Familia M. Ioannes Martinez de Prado in Academia Complutenſi Veſpertinæ D. Thomæ Cathedræ digniſſimus

gniſſimus Moderator *tom. 2. Theolog. moral. cap. 33. in apendice contra Caramuelem quæſt. 2. §. 3. num. 22.* vbi diſtinguens probabilitatem intrinſecam ab extrinſeca, quæ ex authoritate docentis deſumitur; Caramuelis poſitionem de prima probabilitate veriſſimam putat, de ſecunda verò falſiſſimam eſſe demonſtrat. Verba eius ſunt: [Si ergo opinio ſit intrinſecè probabilis, ſicut nulla humana authoritate fieri poteſt, quòd bonum ſit malum, & quòd lux ſint tenebræ: ita nec fieri poteſt, quòd probabile ſit improbabile. Quando autem probabilitas eſt extrinſeca, & apparens, quamvis per accidés deſeruire poſſit, vt operantes, & errantes inuincibiliter excuſentur à peccato; tamen per ſe loquendo, ad Papam primariò & authoritatiuè, & dominos Cardinales, & ſupremos fidei iudices pertinet declarare, quid tenēdum ad fidei, & morum integritatem, & quid operandū. Et hac via videmus innumeras propoſitiones antiquitus exiſtimatas probabiles, hodie declaratas improbabiles.] Hactenus M. Prado.

5. Ex quibus fit non eſſe audiendum Caietanum *tom. 2. Opuſcul. tra. 6. cap. 2.* vbi ſententiæ Caramuelis fundamenta iecit, ſic enim inquit. [Summi Pōtificis iudicio promiſſa eſt omnis veritas de neceſſariis ad ſalutem fidelium, & nō omnis veritas naturaliter ſcibilis, aut moralis *(& infra)* Et propter hæc ſicut in his, quæ ſunt fidei, Sūmi Pontificis authoritas omnibus præeſt rationibus, ita in his ſcibilibus ſupra tam ipſum; quàm quemcumque alium iudicē, ratio naturali lumine roborata locum obtinet; contra quā ſola Authoris naturæ authoritas ſtatuere, aut decidere aliquid poteſt.] Hæc Caietanus. Quem omnes reprehendunt, videatur M. Ambroſius Catherinus *in Annotationibus lib. 6. fol. 162.* vbi adductis Caietani verbis, illum carpit, dicens: Quo in loco perniciosè errat.]

6. Cæterum circa electionem opinionis, vide Angelicum præceptorem *quodl. 8 art. 13.* Vbi hanc ſtrictiſſimam reperies. [Illud, inquit, quòd agitur contra legem ſemper eſt malum, nec excuſatur per hoc quòd eſt ſecūdum conſcientiam, &c Dicendū ergo eſt, quod quādo ſunt duæ opiniones contrariæ de eodē, oportet eſſe alterā veram & alterā falſā. Aut ergo ille qui facit contra opinionē Magiſtrorū, vtpotè habendo plures præbendas, facit contra veram opinionem, & ſic cum facit contra legē Dei, non excuſatur à peccato, quamvis non faciat contra conſcientiam.] Hæc D. Thom. Quæ ſi vera, vt ſonant: væ operantibus ex opinione, etiam probabiliori, imò & moraliter certa, ni ſecuriorem ſemper eligant, in qua ne materiale quidem peccatū eſſe poſſit. Exponendus ergo eſt. Et ſane quòd ad peccandū formaliter non ſufficiat, agere contra legem Dei, quia non agitur contra conſcientiā, non ſolū eſt omnium Theologorum ſententia, ſed expreſſa ipſius D. Tho. *in eodem quodl. 8. art. 5.* vbi ſic ait. [Error autem conſcientiæ quandoque habet vim abſoluendi, ſeu excuſandi, quando ſcilicet procedit ex ignorantia eius, quod quis ſcire non poteſt, vel ſcire non tenetur. Et in tali caſu quamvis factum de ſe ſit mortale, tamen intendens peccare venialiter, peccaret venialiter.] & *infra.* [Quando verò error conſcientiæ non habet vim abſoluendi, vel excuſandi eſt, quando ſcilicet ipſe error

Digitized by Google

do opinio minus tuta eſt probabilior hic, & nunc omnibus attentis, licitè eam ſequimur; & non tenemur ſequi tutiorem. Ita Syluester, Corduba, & iam communiter Authores, Docuit eam S. Antonin. 1. *p. titul.* 3. *capit.* 10. §. 10. *Reg.* 6.) ſic Prado. Qui multis probat D. Thomam, pluribus in locis amplexatum fuiſſe opiniones quæ ſecuriores non ſunt.

9. Sed reſtat grauior difficultas. An liceat eligere in operando opinionem probabilem minus tutam relictâ probabiliori, & magis tutâ? Audiamus diſcipulos D. Thomæ, M. Thomas Vilar Ordinis Prædicatorum. *in ſum. controuerſiarum in* 1. 2. *D. Thom. tract. poſteriori de conſcientia* 4. *part.* §. 6. inquirit. [Vtrum ex duabus opinionibus quis probabilem, probabiliori relictâ, ſequi poſſit?) Reſpondet (Partem affirmatiuam teneo cum Medina, Lorca, Martinez, Cornejo, Monteſino, & pluribus aliis.) & infra: (Dices eſſe quidem rectæ rationi conforme, tamen quia opinio probabilior eſt conformior, & ſecurior, eam ſequi obligamur. Contra, inquit, Medina, quia nemo ad id, quod melius, & perfectius eſt obligatur.) M. Bartholomæus de Ledeſma, *vbi ſupra de pœnit. Sacram. diff.* 14. *concl.* 5. (Hæc concluſio eſt contra Adrianum, *quæſt.* 5. *de confeſſ. dub.* 7. vbi dicit, quod quis tenetur ſequi tutiorem opinionem, & contrariam, etiam probabilem, omittere. Sed nihilominus noſtra concluſio eſt veriſſima, & probatur tum ex vſu vniuerſali omnium, qui ſic habent in practica; tum quia ſi eſt probabilis, habet pro ſe graues Authores, vrgenteſque rationes.)

10. M. Acatius de Velaſco Epiſcopus Oriolenſis. *tom* 1. *verbo Opinion. probable. reſol.* 316. *num.* 7. [*Digo lo primero la mas comun, y recibida opinion de los Dotores es, ſer licito, y ſeguro en conciencia ſeguir la opinion probable, aunque ſea dexando la mas probable. La primera parte ſe prueua porque en ſiendo opinion probable es conforme a razon,* &c. *La ſegunda parte prueua, porque no ay obligacion de hazer ſiempre lo mejor,* &c. *Ademas que ſi no fuera coſa licita, y ſegura, el ſeguir la opinion probable, dexando la mas probable, y mas ſegura; ſin duda que pecarian los Dotores, y Maeſtros que enſennan opiniones probables por la parte menos ſegura, porque dauan occaſion para pecar a los que vſan dellas, y es muy ageno de equidad, y razon condenar en eſta parte a tantos varones doctos, y pios, que enſennaron opiniones probables, dexando la mas probables, y ſeguras. Prueuaſe tambien, porque vemos que los Sumos Pontifices en las coſas de la Igleſia, que no eſtan determinadas, y definidas, ſino debaxo de opinion de Dotores, ſiguen ſus opiniones probables, y no ſiempre las mas probables, y mas ſeguras,* &c. *Y aunque parece que Caietano niega eſta opinion, quando dize in ſum. verb. opinio.* [In operandis niſi tutiorem partem eligendo, non licet opinionem cuiuſque ſumere.] *Pero en realidad de verdad no habla Caietano en eſte lugar de opinion probable, ſino de qualquiera opinion aunque no ſea probable: loqua les manifieſto,* &c. *De Syluestro dizen tambien algunos Dotores, que tubo la opinion contraria, pero ſe engannaron.*] & *numero* 10. *in fine.* [*La ſobre dicha opinion la tienen muchos, y graues Dotores.*] & in margine citat M. Bannez.

2.2.

2.2.qu.10. art.1. M.Candidum *diſq.3. art.20. dub.1.* M. Medinam 1.2. *quæſt.* 19. *art.6.* M.Ledeſmam *in ſum. tom.2. tract.8. cap.22.*& alios,citat etiam M. Ioannem Martinez de Prado, *tom.1. cap.1.de conſcientia,quæſt.3. §.3.num.17.* Vbi ait.(Dico ergo 1.ſæpe in praxi licitum eſt ſequi opinionem minus probabilem relictâ probabiliori.Hanc concluſionem non ſolum tenent Authores primæ, & ſecundæ ſententiæ, ſed etiam ex Doctoribus noſtrę Caietanus, Soto, & Nauarrus, nec reperio, qui eam neget expreſsè, & ideò meritò dici poteſt omnium communis.] Verum hunc Authorem ego non referam quia *num.18 ſequenti,*inquit, [per ſe loquendo non licere ſequi opinionem minus probabilem & minus tutam.] Quare potius ſtat pro contra ia: militat verò pro noſtra M. Ioannes Nider *vbi ſup.part.3.cap.11. §. 3.* Vbi inquit patere [ex antiquis ſanctis, tam Theologis, quam Iuriſperitis, & authoritatibus modernorum Theologorum famoſorum.]

11. Idem tenet M. Barnabas Gallego ex eadem Prædicatorum Familia *in tractatu de conſcientia Edito Matriti anno 1648. vbi de conſcientia probabili dub.1.* ſic ait. [Inquirimus in præſenti vtrum ſit licitum, relictâ opinione probabiliori, & magis tutâ, ſequi opinionem probabilem, minus tutam? In hac igitur re eſt prima ſententia, quæ dicit non eſſe licitum, &c. Secunda ſententia, quæ vt longè probabilior mihi magis placet, (& pro noſtra zelo ratione habenda eſt.) dicit licitum eſſe ſequi in praxi opinionem minus probabilem & minus tutam, dummodo ſit radicè probabilis, relictâ probabiliori, tutiori, &c. Hæc igitur ſecunda ſententia communior eſt inter Thomiſtas.Eam docent Bartholomæus de Medina 1.2. *quæſt.19 art.9. dub. antepenultimo.* Dominicus Bañez 2.2.*quæſt.10. art.1.corollario penultimo.* Petrus de Ledeſma *in ſum. tom.2.tr.8.c.22. diff.2.circa vndecimam concluſionem.*Gregorius Martinez *in* 1.2. *quæſt.19. art.6. dub.6.* Didacus Aluarez 1.2. *quæſt.* 19. *diſp.* 80. Ludouicus Lopez.1.*part.inſtruct cap.* 120.& 287.Vincentius Candidus *tom.* 1. *diſquiſ.3. art.20.* Petrus de Lorca 1.2.*tract.1.diſp.39.membro* 2. Ludouicus Monteſinos 1.2.*diſp.29.quæſt.5.* ſ.3. Petrus Corneio *tom.1.tract.8.diſp.1.dub.* 6.Petrus de Aragon.2.2.*quæſt.63.art.*4. *dubio penultimo.*, & *ibi* Michael Salon *controu.2.concl.*4. Ioannes Malderus Epiſcopus 1.2 *quæſt.*19.*art.5. diſp.* 68. Marcus Serra 1.2. *quæſt.*19. *art.6. dub.*4. Qui etiam conatur explicare Caietanum, & Sylueſtrum primam ſententiam non docuiſſe. Hanc ſententiam communiorem inter Thomiſtas ſequuntur alij plures Authores. Hi ſunt Suarez, Valentia, Vazquez, Azor,Thomas Sanchez,Ioannes Sanchez, Bonacina, Salas,Nicolaus Baldellus, Petrus de Nauarra, Layman, Sayro, Granado, Fillincius, Biſſius, Nauarrus, Becanus, Leſſius, Enriquez, Reginaldus, Ludouicus de la Cruz,Baſilius Ponze,Villalobos, Ludouicus de Torres Ioannes de Lugo, Santarelius, Diana,Nicolaus Garcia, Barboſa, Portel, Machado, Tannerus, Caſtro Palao,Franciſcus de Lugo, & alij.] Hactenus M. Barnabas Gallego, addacens loca,vbi prædicti Authores hanc opinionem tuentur, quæ breuitatis cauſa lubens omitto.

12. Non inficior difficilem eſſe mentem D.Thomę in hac quæſtione, nam *in quodlib* 8. *citato art.13.* aſſerit; qui

Digitized by Google

qui habet certitudinem; V. G. quòd verè liceat habere plures præbendas. (Sed tamen in quandam dubitationem inducitur ex contrarietate opinionum, ſi manente tali dubio, plures pæbendas habet, periculo ſe committit, & ſic proculdubio peccat, vtpotè magis amans beneficium temporale quàm propriam ſalutem.) Hæc ſane difficillima ſunt; nam ſi cum certitudine de honeſtate componitur dubitatio ſufficiens ad peccatum læthale, quomodo excludetur ab opinione, etiam probabiliori, ſi minus tuta? Quando inquam opinioni minus tutæ, licèt probabiliori, formido defecit? Æque ergo arietant electionem probabilioris, ac minus probabilis. Exponendus ergo eſt D. Thomas de dubitatione practica. Nam vt ait M. Bartholomæus de Ledeſma. *tract. de Pœnit. vbi de confeſſ. diffic.* 142 (Stante dubio ſpeculatiuo de alicuius ſententiæ veritate, poterit nihilominus ſic dubitans, in practica non tantum illa vti, verum etiam certus eſſe quòd illam ſequendo benefaciat.) Et M. Pi:do *vbi ſup. cap.*1. *quaſt.*4. §.3. *num.*12. (Inter duas opiniones æque probabiles licet eligere tutam, nam qui vnam eligit habet certitudinem moralem quòd rectè operetur.) Et Illuſtriſſimus ac Reuerendiſſimus M. Didacus Aluarez Archiepiſcopus Tracenſis *in* 1.2. *q* 19. *art.*6. *diſp.* 80. *num.*13. *ad* 4. (Reſpondetur ſufficere quod homo ſe applicet ad operandum per cognitionem certam practicè qualis eſt illa, quę habetur per opinionem practicè probabilem; nec eſt neceſſarium ſequi regulam certiſſimam.) Vt omittam. M. Ioannem Nider *vbi ſup. cap.*23. §. *Quarto patet.* plane aſſerere. (Quòd probabilis, certitudo ſufficit in moralibus, vt non exponat ſe quis periculo.) [Quòd tradit etiam Antonius Perez. *cert.* 10. *Scol.cap.*2. dicens: ſufficere iudicium opinatiuum cum formidine ſine vllo iudicio certo, vt homo rectè operetur. (Aliàs, inquit, nullus eſſet ſcrupulorum finis, nec terminus.) Itaquè D.Thom. *vbi ſupra* ſolum intendit, peccare illum, qui peccatis dubius, ſeu cum dubia conſcientia operatur. Hæc autem non reperitur ſaltem in eo, qui certo iudicat opinionem eſſe probabilem, & tutam; ac proinde nullum eſſe peccatum: nam ſi certum iudicium eſt, reuera dubium non eſt, vt ex terminis patet, & ideò veriſſimè concludit D. Thom. *vbi ſup. Quodlib.*8. *art.*13. (Aut ex contrariis opinionibus in nullam dubitationem adducitur, & ſic non committit ſe diſcrimini; nec peccat.) Omitto, quòd, vt exponit M.Medina 1.2 *quaſt.*19. *art.*6. *concl.*1. D. Thom. ſolum contendit, eum qui propter varietatem opinionum dubitat de probabilitate ſuæ opinionis, non poſſe ſuam opinionem ſequi; ſecus verò qui iudicat eſſe probabilem. Videatur Vazq. 1.2. *diſp.* 62. *cap.*5. & 9. & Salas 1.2. *tom.*1. *tract.* 8. *diſp. vnica ſect.*4. & *ſect.*16. *numero* 144. vbi cum pluribus tradit ſufficere quòd probabiliter iudicet eſſe probabilem, & quòd liceat ſequi opinionem probabilem.

E PROPO-

PROPOSITIO II.

Regis Conſiliarij in imponendis tributis non tenentur eligere probabiliorem opinionem, ſufficit probabilem eligant. Sanchez Ieſuita *tom 1. ſum. lib. 1. cap. 9. num. 27. & ſubditi poſſunt iuſta tributa non ſoluere. Idem* Sanchez *lib. 6. cap. 3. num. 7. Expende quot lites hæc ſecunda ſententia pariat.*

1. ℞. PRo ſententia prima de electione opinionis probabilis, relictâ probabiliori, plures militant, & quidem doctiſſimi. Ex Ordine Prędicatorum. M. Petrus de Ledeſma *tom. 2. ſum. tract. 8. cap. 21. diſp. 2. num.* 746. M. Medina 1. 2. *queſt. 19. art. 6.* M. Serra 2. 2. *queſt. 67. art. 3. fol. mihi* 507. M. Ioannes de la Cruz *in direct. de conſcientia probabili dub.* 19. & M. Aluarez 1. 2. *diſp.* 80. *numero.* 9. *&* 12. Sotus, Gallo, & Mantius apud Salas 1. 2. *tract. 8. diſp. vnica ſect. 12. num.* 18. Quibus adde M. Acattum de Velaſco *tom. 2. reſol. moral. verb. opinio reſ.* 316. *&* 220. *num.* 2. vbi ait. [*En todas las materias, y en qualquiera negocio, aunque ſea de granda importancia ſiguiendo opinion probable, aunque ſea menos ſegura, ſe obra con toda ſeguridad de conſciencia.*] Et in terminis tuentur plures apud Dianam. 1. *part. tractat 3. de Parlamento reſol.* 10. vbi ſic. [Vtrum miniſtri Regij quoad iuſtitiam tributorum teneantur ſequi opinionem probabiliorē probabili relictâ?] Et poſtquam pro parte affirmatiua adduxerat P. Tannerum, P. Vaſquez, P. Filliucium, P. Reginaldum, P. Valentiam & Beccanum. (Præter illos inquit quos citant, & ſequuntur Thomas Sanchez, & Bonacina, *vbi infra*) ſubnecti. [Sed opinio contraria videtur etiam mihi probabilis, ſicut viſa eſt Sanchez, & Bonacinę, & pręter ſex Claſſicos Doctores, quos ipſi citant, tenent etiam hanc ſententiam Doctus Iuriſconſulta Morla, & ex Theologis Lorca, Martinez, Aluarez, Hieronymus de Rua, &c. & in terminis Petrus de Nauarra.] Hucuſque Diana. Idem tenet M. Barnabas Gallego *tract. de conſcientia probabili, circa Regem dub.* 19. vbi ait. [Si inquiras vtrum Rex in imponendis tributis ſequi poſſet opinionem probabilem? Reſpondeo affirmatiuè, quia non debet eſſe peioris conditionis, quam reliqui, qui poſſunt iuxta probabilem opinionem operari,] & pro hac opinione ſtare debent omnes qui aſſerunt iudicem in iudicando ſequi poſſe opinionem probabilem, quæ verſatur circa ius, relicta probabiliori; quod tenent apud Dianam *p. 11. tract. 2. reſolut* 6. quinque ſuper viginti Doctores inter quos M. Texeda, M. Samuelius, Caſpenſis, Petrus à Sancto Ioſepho, Poſſentius, Ioannes de Soria, Martinus de S. Ioſeph. Cutellius, Cornejo, Machado, Guatizinus, Latrea, Paſqualigus, Medina, & Salas dicentes eſſe communem Theologorum. Deniquè ſententiam iſtam, quæ attribuitur ab Anonymo Patri Sanchez tenet

tenet apud illum Sayrus, Salon, Aragon, & alij, & ipſe dicit eſſe probabilem, licet contrariam ſequatur.

2. Secunda verò propoſitio falſiſſimè ei affigitur: ipſe enim non docet ſubditos poſſe iuſta tributa non ſoluere, nec de hoc diſputat *loco citato*, ſed doctrinam generalem, circa obedientiam Superioribus debitam: tradit, his verbis. [Dicendum eſt (inquit *numero 6.*) quamvis ſubditus iudicet probabiliter, eſſe malum, quod Superior præcipit, teneri ipſum obedire, &c.] Hanc verò concluſionem ſic limitat *num. 7. citato*: [Secus tamen eſſet ſi daretur opinio probabilis dicens in aliquo caſu non teneri ſubditum obedire Superiori, tunc enim credens eam opinionem eſſe probabilem, non tenetur obedire, licet poſſet; quia poteſt alterutram opinionem tutò ſequi.] Hæc Sanchez, & alij communiter. *Vide illum lib. 6. citato cap. 4. numero 62. & in conſilio lib. 2. cap. 4. dub. 1. num. 8.* & 9. vbi defraudare, & non ſoluere iuſta tributa, prorſus illicitum putat.

3. Pro hac tamen opinione ei falſo imputata grauiſſimi Doctores ſunt Angelus, Nauarrus, Beja, Duardus, & alij, quibus citatis, dicit cum Bonacina eſſe probabilem Diana 1. *part. tit.* 10. *reſ.* 19. Item Sayrus, Faraonius, Ioannes Sancius, & alij, apud Boſſiũ *p.* 1. §. 24. *numero* 290. & 296. cui tanquam probabili ipſe ſubſcribit. Et quando tributa ſunt probabiliter tantum iuſta; eam defendit ex Dominicana Familia. M. Barnabas Gallego cum aliis quos citat *de conſcientia probabili circa Regem dub.* 19. vbi ait, [Pro hac opinione ſtare. S. Antoninum, & Ludouicum Lopez, & ei fauere Caietanum, Syluestrum, & Armillam.] Verum P. Thomas Sanchez tam longe ab illa eſt, vt vltra morem, cenſuræ nota afficere videatur, vide illum *in conſiliis num. 8. citato*, vbi ſic ait. (Tributa iuſta tenetur quiſque in conſcientia ſoluere, ante omnem Iudicis ſententiam, patet ex illo ad Rom. 13. *Cui tributum, tributum*: Hæc ſententia eſt adeo certa, vt oppoſitum appellet errorem Caſtrus *vbi infra.*) Hæc Sanchez. Vbinam lites ex eius doctrina? Cecidiſti cauſa.

4. Sed ne omittas videre Summam auream Eruditiſſimi P. Sa. *verbo. Gabella num.* 6. Vbi ſic ſcribit. (Gabellam defraudare, & non reſtituere, non eſſe mortale docti viri aſſerunt Tabien. *verb. Pedagium* 6. Nauarr. *capite* 23. *num.* 60. videtur Caietan. *verb. vectigal. cap.* 2. Aragon 2. 2. *quæſt.* 62. *art* 3. Henriq. *quodlib.* 3. *quæſt.* 22. Beja *caſu* 120. Ego id in totum non auſim affirmare. Sed neque eos tamen, qui fraudarunt, ad reſtitutionem obligarem. In tanto enim dubio, ob grauium Doctorum opinionem, melior eſt conditio poſſidentis. Dicunt enim quidam vix vllam gabellam eſſe iuſtam Caietanus. *v. vectigal. cap.* 3. Alij omnes fere dubias eſſe. Fumus *verb. Gabella num.* 16.) Sic ille ex præcitatis, quæ ſunt valde notanda.

EX TRACTATV DE FIDE.

PROPOSITIO I.

FIDES explicita de Myſterijs Incarnationis, & Trinitatis non eſt medium neceſſarium ad ſalutem. Layman Ieſuita *in Theol. morali tom. 2. tract. 1. cap. 8. n. 5.*

1. R. DVo notabilia præmittit Layman. Primum: Duobus modis dici aliquid neceſſarium ad ſalutem; & neceſſitate medij & neceſſitate præcepti. Secundum: ab eo, quod neceſſitate medij eſt neceſſarium, nullam excuſare ignorantiam, nullam impotentiam: ſecus ab eo, quod neceſſitate tantum præcepti. Quibus ſuppoſitis, ſtatuit vt omnino certum, fidem explicitam de prædictis myſterijs neceſſariam eſſe ad ſalutem neceſſitate præcepti; putat verò probabile; non eſſe neceſſariam neceſſitate medij. Verba eius ſunt. [Contraria tamen ſententia, quòd explicita fides de Sanctiſſima Trinitate, & Incarnatione Chriſti, neque poſt factam Euangelij promulgationem neceſſaria ſit neceſſitate medij, ſeu ad veram iuſtificationem, ſeu ad gloriam æternam conſequendam, non minus probabiliter, & facile defendi poſſe videtur.] Hæc ille plures citans.

2. Hanc opinionem tenet M. Sotus *in 4. diſt. 5. quæſt. vnica. artic. 2. dub. vltimo. poſt 3. concluſ. & Ad hæc*, vbi ſic ait. [Fides explicita, quam prima concluſio, (nimirum de myſteriis Incarnationis, & Trinitatis) aſſerit eſſe neceſſariam, certè non aliter eſt neceſſaria, quàm ſicut Baptiſmus, neceſſitate præcepti, & finis ad obtinēdam indulgentiæ gratiam: quare qui per ignorantiam ab illo præcepto excuſantur, nullam habent eiuſdem fidei neceſſitatem.] & infra [Concludimus ſaluâ cenſurâ doctius iudicantium, quod qui ignorantia inuincibili Euangelij laborant, ſine fide explicita, per ſolam implicitam, quemadmodum gratiam, ita & gloriam obtinere poſſunt.] Hactenus Sotus, quem ſequitur M. Serra 2. 2. *q. 2. art. 7.* vbi ſic. (Secunda ſententia eſt negans, fidem explicitam Chriſti ita eſſe de neceſſitate ſalutis, vt ſine illa nullus poſſit ſalutem primam, aut ſecundam, nempe gratiam, & gloriam conſequi. Hanc tenet M. Soto *diſt. 5. quæſt. vnica art. 2. dub. vltimo.*) & *infra.*

ſra. [Dicendum eſt ſecundo ; etiam nunc poſt Chriſti aduentum, & publicationem Euangelij, poſſe aliquos ſaluari, & tam primam,quàm ſecundam ſalutem conſequi, abſque fide Chriſti explicita.] & in fine articuli. (Circa articulum octauum, id ſolum aduertendum ; idem eſſe de fide explicita Incarnationis Chriſti.) Hæc ibi.

3. Et quod hæc ſententia ſit Mag. Soti,& quod valde probabilis ſit, tradit doctiſſimus D. Dominicus Bannez 2.2.*quæſt.*2.*artic.*8.§. *Quæritur denique concluſ.*4. (Non eſt, inquit, hæreſis, nec temerarium, aut ſcandaloſum aſſerere, quod poſſit aliquis modo aſſequi vitam æternam, ſine fide explicita Chriſti,&c. Hanc ponimus contra Canum *vbi ſupra:* quia oppoſitam ſententiam tenet Sotus *in* 4. *diſtinctione* 5.*quæſtione vnica articul.*2. *dubit.vltimo*, vbi conſtituit ſex argumenta ſatis probabilia, & certè hoc videtur valde probabile, & abſolutè amplectitur M. Bartholomæus de Medina *in inſtructione confeſſ. libro* 1. *capite* 14. §.2. ibi. [*Algunos dizen,que para que vno ſe iuſtifique, y ſe ſalue, es neceſſaria fé explicita de los myſterios de nueſtra redencion, y que ſino la tiene ; no ne ſaluara. Mas eſte es vn rigor muy grande, porque el que ha eſtado en parte, donde no ha podido tenerla, no ſe podrà ſaluar. La verdadera opinion es, que ſea de precepto Diuino, &c. Mas en algunos caſos ſe podra el hombre ſaluar con la fé implicita ſola: como ſi vna eſtuuieſſe allà en das montannas, donde no ay predicadores, que enſennen la fé de Chriſto, eſte ſe poldra ſaluar, ſi ſimplicitamente cree aquello que tienne la ſanta Madre Igleſia.)* Eandem ſententiam ex eodem inclyto Prædicatorum Sodalitio tuetur M. Ioannes de la Cruz *in direct.*1.*parte,precepto* 1. *artic.* 1. *num.*4. vbi ait. [Quartò ſequitur, quod licet detur ignorantia inuincibilis articulorum fidei in his; qui nec docentur in Eccleſia à Parochis, nec domi à parentibus.Et ſi iſti morerentur tunc, ſaluarentur cum fide myſteriorum primæ concluſionis.] Quæ autem ſint myſteria primæ concluſionis? Accipe ex ipſo. [Prima concluſio;quæ ſint in adultis in omni ſtatu credenda explicitè, & diſtinctè. Declaratur ſtatim: dum ſubditur : accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt,& quod inquirentibus ſe remunerator ſit.] Hæc ille. Ex quibus patet cum ſodalibus ſentire, fidem explicitam myſteriorum Trinitatis, & incarnationis non eſſe neceſſariam ad ſalutem, neceſſitate medij.

4. Hanc opinionem amplectentur Richardus, Michaël de Medina, Villalobos & alij. Item Scotus, Gabriel Corduba, & Vega quos citat Suarez *de Fide diſp.*12.*ſect.* 4. *num.*10. dicens? [Videri conſentaneam antiquis Theologis Hugoni, Victorino, Alenſi, & Alberto,] & ſequitur R.P. Delgadillo *tom. de pœniten.cap.*8.*dub.* 7. *num.*23. & dicunt eſſe probabilem Diana 3.*par. tract.*5. *reſol.*46. & Layman *vbi ſupra*, apud quem plures ex citatis, tenéntque alij ſapientiſſimi Magiſtri. Et quidem merito, nam alias ; vt bene cum Layman ponderat M. Serra ſurdis à Natiuitate, ſi læthali ſemel inficerentur, foret impoſſibilis ſalus, vtpotè quibus prædicta Trinitatis, & Incarnationis myſteria proponi explicitè nequirent.

5. Non me latet M. Sotum, Setram, Medinam, & ſequaces contra ſuum,& omnium Magiſtrum D.Thomam hanc tenuiſſe ſententiam, quia oppoſitam apertè tradit *de veritate quæſt.14. de fide art.11.* vbi ſic. [Tempore gratiæ omnes maiores, & minores de Trinitate, & redemptione tenetur explicatam fidem habere.]Et vt non maneret ratio vlla dubitandi loquutum de neceſſitate medij, & non ſolius præcepti, ſibi objecit; ex prædicta concluſione videri ſequi magnum inconueniens.[Poſſibile enim eſt aliquem nutriri in ſyluis, & talis non poteſt explicitè aliquid de fide cognoſcere, (attende) & ſic erit aliquis homo, qui de neceſſitate damnabitur.]Reſpondit.[Ad primum dicendum quòd non ſequitur inconueniens, poſito quod quilibet teneatur aliquid explicitè credere, ſi in ſyluis, vel inter bruta animalia nutriatur. Hoc enim ad Diuinam Prouidentiam, vt cuilibet prouideat de neceſſariis ad ſalutem, dummodo ex parte eius non impediatur. Si enim ductum rationis naturalis ſequeretur, certiſſimè eſt tenendum, quòd ei Deus, vel per internam inſpirationem reuelaret ea, quæ ſunt ad credendum neceſſaria, vel aliquem fidei prædicatorem ad eum dirigeret, ſicut miſit Petrũ ad Cornelium.] Hæc D.Thomas *ibi, & in 3.ſentent.diſt.25.q.2.art.1. quæſt.1. ad 1.& art.2.ad 2.qu.3.* Quod iterum affirmat *2.2.qu.2. art.7. & 8.* dicens. [Fidem explicitam de his myſteriis eſſe de neceſſitate ſalutis.]

6. Opinionem mediam ſequuti ſunt alij aſſerentes explicitam horum myſteriorum fidem non eſſe medium neceſſarium ad obtinendam gratiam, ſecus ad gloriam. Ita ex Prædicatorum Ordine M.Canum *relect. de Sacramentis in genere parte 2.q.2.*M Bannez *2.2.quæſt.1.artic.8.q.vltima.*& M. Martinus de Ledeſma *in 4. parte 1. quæſt.9. art. 2.* Verum hæc ſententia eſt etiam expreſſa contra D. Thom. *in 4.diſt.9.artic.5.* Vbi ait. [Ad ſecundam quæſtionem dicendum, quòd gratia eſt ſufficiens cauſa gloriæ, vnde omne illud, ſine quo obtineri poteſt gratia, non eſt de neceſſitate ſalutis.] Et eam reiicit Sotus *vbi ſupra* his verbis. [Arbitror, & abſque vllo fundamento,& contra quam rei veritas habet, inuentam.] Et in quarto argumento non dubitauit dicere temerariam, cogit enim abſque neceſſitate fateri; ſic iuſtificatum, aut non poſſe in ſtatu gratiæ decedere, quouſque fidem explicitam Trinitatis, & Incarnationis elicuerit; aut ſic decedentem, nec poſſe ſalutem conſequi, vtpotè carentẽ fide explicita, nec poſſe damnari, vtpote gratia præditum.

7. Hoc diſcurſu vtitur etiam M. Bartholomæus de Ledeſma *in ſummario de Sacramento Pœnitentiæ difficultat.2. de confeſſione*, ad probandum cum Soto, contra Canum, votum explicitum confeſſionis non eſſe medium neceſſarium ad ſalutem. Verba eius ſunt. [Cum ad primam iuſtificationem fides explicita Chriſti non requiratur, vt ſupponimus, tanquam magis probabile, & commune in ſcholis, conſequitur, vt nec votum explicitum confeſſionis requiratur.] Sic ibi cum M.Cano, ex quo principio contra illũ deducit, nec ad vitam æternam conſequendã requiri. [Quia cum ſine voto, inquit explicito confeſſionis poſſit homo iuſtificari in inſtanti,& tunc eũ poſſe mori, certũ ſit. Et, vt ſine voto explicito cõfeſſionis ſaluari

ſaluari queat. Nam dicere illum tunc, donec habeat votum confeſſionis explicitum, mori non poſſe, eſt diuinare.] Hæc ille, quæ vel nihil probant, vel de explicita Chriſti fide idē euincunt, vt ex terminis notiſſimum eſt.

PROPOSITIO II.

Prælati Regulares validè, & licitè poſſunt ſibi ſubditos abſoluere à peccato hæreſis, & ab excommunicatione propter illud incurſa, Suarez Ieſuita *tom.4. de Religione tract.9. lib.9. c.2. n.11.*

1. R. HAnc ſententiam tuentur M. Bannez, Nauarrus, & Viualdus; vt eos citans refert Candidus. M. Sacri Palatij *tom.1. diſquiſ.3. art.35. num.1.* & conſentire videtur M. Ioannes de la Cruz *in Epitome de ſtatu Relig. lib.1. cap.6. dubit.14. concl.* 2. Vbi ait. [Probabile videtur poſſe prædictos Prælatos, (nempe Priores conuentuales ſui Ordinis Prædicatorum) à caſibus Bullæ Cœnæ abſoluere ſibi ſubditos.] Dixi quod videatur conſentire: quia, vt docet M. Serra 2. 2. *quæſt.*11. *art.*4. *fol. mihi* 293. (quem ſequuntur plures apud Dianam 1. *p. tract.*5. *reſ.*1. & apud Leandrum à SS. Sacramento, *tom.*4. *diſp.*17. *quæſt.*39.) [Quando conceditur facultas abſoluendi à caſibus Bullæ Cœnæ, & non expreſsè excipitur hæreſis probabiliſſimum eſt hæreticum occultū abſolui poſſe à Cōfeſſario ab illo electo.] Imò, & publicum hæreticum poſſe in foro conſcientiæ, in prædicto caſu abſolui, putat Sotus *in* 4. *diſtin.*22. *quæſt.*1. *art.*3. *poſt.*3. *concl. in fine primi caſus:* Vbi ſic ait. [Quapropter, ſi modo in diplomate Cruciatæ dicat Papa, quod poſſit quicumque abſolui ab omnibus caſibus reſeruatis in Bullæ Cœnæ Domini, illi etiam tres gradus Sixti comprehenduntur, licèt non exprimantur] nimirum, vt paulò antea prædixerat. [Poſtquam fuerint ſententialiter condemnati, ſeu delati ſeu publicè diffamati.] Hæc Sotus.

2. Et quidem, quando Suarez ſua opera in lucem dedit nō dubiū, quòd poterant Prælati Regulares ab hæreſi occulta, (de qua tātum ipſe loquitur) ſuos ſubditos abſoluere, vt conſtat ex Priuilegio Pij V. conceſſo Dominicanis, quod extat in Bullario Rodriguez folio 590. Et ex Priuilegio Gregorij XIII. Ieſuitis conceſſo, vt habetur in eorum compendio, Priuileg. §.7. Quapropter huic etiam ſententię adhæſerunt Ortiz, Peyrinus, Peregrinus, & alij apud Dianam 1. *p. tr.*5. *reſ.*6. Modo verò abſoluere non poſſunt ex declaratione Sacræ Congregationis die 17. Nouemb. anno 1628.

3. Adde ſententiam, quæ olim placuit Suario, nō videri diſplicere modo Sapientiſſimo, & Reuerendiſſimo Candido M. Sacri Palatij, *vbi ſup. n.3.* Nam poſtquam eamcum fundamētis propoſuit, nulla facta mentione prædictę declarationis Sacræ Congregationis, ſic ait, At tenenda mihi videtur poſterior ſententia (nempe negans) ſaluo ſemper meliori iudicio.) Ita vbi *ſup. tr.1. in lucē dato Venetiis ann.*1639. Et *infra diſquiſ.*22. *art.*49. *dub.*1. multum fauet contrariæ ſententię dicens. [Superiores etiam locales Ordinis Prædi-

Prædicatorum, & fruentium eorum Priuilegiis, gaudent prorſus eadem facultate erga ſibi ſubditos regulares, quam habent Epiſcopi vigore Tridentini erga ſuos ſubditos] dico multum fauere. Nam Epiſcopos modo vigore Tridentini poſſe abſoluere hæreticos occultos; & hanc facultatem non fuiſſe illis per ſubſequentes Bullas Cœnæ ſublatam, tradunt grauiſſimi Dominicani. *Bannes* 2.2.*quæſt.* 11.*art.*4. §. *Et ſi quis*. Souſa, Nugnus, Ledeſma, & alij quos refert Diana 1. *p.tract.*5.*reſol.*1. & defendunt quatuor ſuper viginti Doctores apud Thomam Hurtado *tom.* 2. *vari. tract.*5.*cap.* 4. *reſ.*17. §.2. & ipſe dicit valde probabile. Et tenet M. Serra 2. 2. *quæſt.* 11.*art.*4. ibi. [Dicendum eſt primò non ſolum Papam, ſed etiam Epiſcopos poſſe à crimine hæreſis occulto abſoluere in foro conſcientiæ, etiamſi hæreſis ſit nota quinque aut ſex.] Et paulò *infrà*, tradit vt probabile poſſe hanc poteſtatem alteri delegare, quia contrarium, quod ſequitur, vocat.] titulus, & ſecurius. [Si ergo, vt concedit. M. Candidus, Prælati Regulares modo poſſunt erga ſibi ſubditos, quod Epiſcopi vigore Trident. erga ſuos, cum Epiſcopi, iuxta citatos DD. modo poſſint ab hæreſi occulta ſibi ſubiectos abſoluere; id poterunt etiam Prælati Regul...

4. Et ita in terminis tradit nouiſſimè M. Acatius de Velaſco Epiſcopus Oriolenſis ex Ordine Prædicatorum *tom.*1. *reſol. moral.* *verbo. Abſolucion. reſ.*10. *ibi.* [*Digo lo primero conmuchos, y muy graues Authores, que pueden los Prelados de los Regulares abſoluer à ſus ſubditos de la heregia oculta per accidens, y publica per ſe. Aſſi lo dizen Suarez, y otros muchos Doctores, en particular los que dizen que pueden los Obiſpos abſoluer della.*] Et (quod eſt mirabilius;) addit, poſſe id Regulares Prælatos, etiamſi Epiſcopi non poſſint. *Y dado caſo*, inquit, *que eſtuuiſſe reuocada* (*lo que no creo*) *dicha facultad de los Obiſpos de poder abſoluer à ſus ſubditos de la heregia oculta, podrian los Prelados Regulares valer ſe del Priuilegio de Pio V. y abſoluer a ſus ſubditos de la hereſia occulta. Aſſi lo dixen Megala, y Portel.*] Hæc ille *num.*5.

5. Cum Illuſtriſſimo Acatio partim ſentit Reuerendiſ. P. Delgadillo ex Ordine Minorum *tom. de pœnit cap.*21. *dub.*19.20. *&* 21. Vbi multis pro Regularibus militat, & *n.*46. concludit. [Ex dictis conſtat apertè poſſe Generales, necnon, & Prouinciales Regularium, vi Concilii Tridentini relati abſoluere ſuos ſubditos à caſibus Bullæ Cœnæ, quando ſunt occulti. (Putat enim eiuſmodi Prælatos venire nomine Epiſcoporum in Trid. quod tenent etiam Rodriguez, Bejas Fauſtus, Portel, & alij apud Dianam *p.* 7. *tract.*2. *reſol.*5. Et Prælatos conuentuum id poſſe virtute cuiuſdam priuilegij Pij V.] Idque, quoad abſolutionem hæreſis, ſatis expreſſerat *n.*44. dicens. [Petis vtrum prædictum Tridentini decretum ſit derogatum quoad hæreſim? Reſpondeo negatiuè. Ita Nauarrus, Bannez, Henriquez, Aragon, Angles, Corduba, Manuel Rodriguez, Petrus de Ledeſma, quos citat, & ſequitur Villalobos 1.*p.tract.*9.*diff.*61.*n.*1. [Hæc ille. Sed quid ad Eminentiſſimorum Cardinalium declarationes? [Reſpondeo (inquit Delgadillo) eſſe magnæ authoritatis, non tamen ſufficere ad

tollendam

tollendam probabilitatem ſententiæ, quam tot authores grauiſſimi docent, & Eccleſia non prohibet.] Sic ibi, *dub.21.* M verò Acatius conſulto reſpondere omiſit. Scripſit enim cum plena notitia declarationis Cardinalium in contrarium, quam ad verbum adducit Diana (ab eo in margine citatus) *p.8.tract.*. *reſ.*50. (Quam Sacræ Congregationis ſententiam Sanctitas ſua ad ſe relatam approbauit, mandauitque, ab omnibus, ad quos pertinet, inuiolabiliter obſeruari. Romæ 17. Nouembris anno 1628.) Quapropter contrariam ſententiam prorſus refellendam eſſe, nec in praxi admittendam; ait Diana *loco ſupra citato.*

6. Nihilominus, poſt prædictam Cardinalium declarationem, illam tenent Doctores *ſupra* citati. Quibus adde M. Antonium de Inojoſa ex doctiſſimo Prædicatorum Ordine *in directorio diſquiſ. Regular. verb. Abſolutio* 1. Vbi ſic ait. (Abſolutio, à quibuſcumque caſibus occultis etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, quæ in foro conſcientiæ licet Epiſcopis per Concilium Trid. *ſeſſ.24.cap.6.* licet etiam Prælatis Ordinariis, Prouincialibus, Prioribus, &c. ex declaratione ipſius Iuris Concilij,) & quod ſaltem Generales, & Prouinciales id poſſint virtute Trid. ſi aliunde non obſtet, tradit cum pluribus, quos citat R.P. Leander à Sſacram. *tom.7.tract.1. diſp.17.quæſt.72.* Vide plura *Propoſitione ſequenti.*

PROPOSITIO III.

Prælati Regulares poſſunt in foro conſcientiæ abſoluere quoſcumque Sæculares ab hæreſi occulta, & ab excommunicatione propter eam incurſa. Bauni Ieſuita *in Theol. moral. tract.4.q.4.*

1. EST aperta impoſtura. Tùm quia loco citato non agit de abſolutione ab hæreſi, nec in tractatu 4. inuenitur quæſtio 4. tribus enim tantum clauditur: tum quia in tractatu de Bulla Cœnæ, vbi hanc exagitat quæſtionem. [Qui poſſint abſoluere ab hæreſi occulta?] Reſpondet tribus concluſionibus. [Prima. Poſſunt Epiſcopi, &c. Secunda. Inquiſitoribus quoque permiſſum eſt, &c. Tertia Quod poſſunt Epiſcopi in ſuorum ſubditorum cauſa facere, idem quoque Prælatis Regularibus licet in ſuorum commodum.] Hæc ille, quod tenet etiam M. Candidus, & plures alij *Prop. præcedenti* citati.

2. Verum opinio, quæ falſo affigitur Ieſuitæ non eſt authoritate deſtituta. Quia non ſolum Prælatos, ſed quoſuis confeſſarios Regulares poſſe ab hæreſi occulta Sæculares abſoluere, docet Crouſers *in Regula Sancti Franciſci cap.7. lect.28. fol. mihi* 771. Vbi ſic inquit. [Dico ſecundò eoſdem confeſſarios poſſe etiam abſoluere Sæculares à caſibus Bullæ Cœnæ, & etiam ab hæreſi. Probatur 1. ex conceſſione Vrbani IV. &c. Probatur ſecundo ex conceſſione Sixti IV. Idem tenet Brunus Caſſaing. ex ordine Minorum *de Priuilegiis Regul. p.1.tr.5.*

Digitized by Google

*cap.*1.*Prop.*3. ibi. [Sacerdos Regularis poteſt abſoluere in foro conſcientiæ à cenſuris, & caſibus, à quibus iure communi, & ex conceſſione Tridentini abſoluere poſſunt Ordinarij, ac etiam probabiliter in foro externo. Imò vbi non eſt recepta Bulla Cœnę ab omnibus cenſuris, etiam hæreſis, in eodem contentis, in vtroque foro abſoluere poteſt; & denique ab illis, in foro interiori, vbi recepta eſt bulla, dummodò ſint occulti.] Hæc Brunus.

3. Eiuſdem opinionis ſunt alij Doctores quoad abſolutionem ab hęreſi occulta, hoc ducti argumento. Hæreſis occulta eſt caſus Epiſcopalis; (vt tradunt quotquot tuentur non eſſe reuocatam facultatem conceſſam Epiſcopis in Conc. Trid. ad abſoluendum, quos ad vigintiquinque adducit Thomas Hurtado *Prop. præcedenti* citatus, & duodecim refert Diana 1.*p. tract.*5. *reſ.*2. & plures *part.*8. *tract.*7. *reſ.*67.) Sed à caſibus Epiſcopalibus iure ordinario Epiſcopis reſeruatis poſſunt omnes confeſſarij Regulares, virtute ſuorum Priuilegiorum, Sæculares abſoluere, (vt docent cum Aueſa, & aliis Diana *p.*8.*tract.*7.*reſ.*71. Thomas Hurtado *tom.*1. *reſol. moral. tract* 5. *cap.*4. *reſ.*16. *numer.*117. Marcus Vidal *in Arca Vitali de caſibus reſeruatis inquiſ. à num.*121. & plures; quos citatos ſequitur Leander à SS. Sacramen. *tom.*4. *de cenſuris tract.* 2.*diſp.*17. *quæſt.*79.) ergo & ab hæreſi occulta. Sic diſcurrit Baſſæus ex Capuccinorum Ordine *in Floribus Theolog. moral. verbo* [*Hæreſis*] *n.* 8. [Poſito, inquit, probabile eſſe Priuilegiis mendicantium non derogari per annuam Bullæ Cœnæ publicationem, vt docent Rodriguez, Suarez, & Diana 1 *p. tract.*5. *reſ.*6. (quibus adde Bannez, Souſam, Inojoſum, & Candidum apud Leandrum *ſup. qu.*76. & Acatium de Velaſco *verb. Abſolutio reſ.*7.) poſſunt Religioſi mendicantes approbati ſecundum formam iuris abſoluere ſæculares à caſibus Bullæ Cœnæ, & etiam ab hæreſi, modo ſint occulti. Probatur ex conceſſione Vrbani IV. &c. Probatur 2. ex conceſſione Sixti IV. & confirmatur, & quia quando hi caſus ſunt occulti iam iam non ſunt Summo Pontifici reſeruati, ſed iure ordinario, & non ſpeciali competunt Epiſcopis, vt patet ex Trid. *ſeſ.*24.*c.*6. Vndę dicendum eſt, per Conc. Tridentini decretum, caſus hos occultos iam non eſſe Papales, ſed Epiſcopales, &c. Vnde Diana *p.*4.*tra.*4.*reſ.*239. Volens conciliare facultatem Epiſcopis conceſſam, cum Bulla Cœnæ poſtea promulgata ſic docet. [Rectè dici poteſt Bullam Cœnæ ſolum prohibere abſolutionem hęreſis, & aliorum criminum, quando publica ſunt, & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus ſermo eſt.] Vnde prædicta ſententia anno 1629 die 18. Iulij in conſiſtorio ſacræ Congregationis Eminentiſſ. Cardinalium viſa, tolerata eſt, & tanquam probabilis à multis Regalis Academiæ Duacenſis ſacrę Theologiæ Profeſſoribus admiſſa.] Hucuſque Baſſæus, quę ſunt valdè notanda, maximè illud de tolerantia ſacræ Congregationis anno 1619. poſt declarationem eiuſdem anno 1628. quam in contrarium adduximus *Prop. præcedenti.*

4. Quapropter ſententiam Baſſæi, multis illuſtratam, tuetur nouiſſimè R. P. Leander à SS. Sacramento *tom.*4. *de cenſ. tractat.*2. *diſputatio.*17. *quæſtio.*77. Vbi adductis verbis declarationis Eminent. Cardinalium, & decreti

decreti Vrbani VIII. die 17. Nouemb. anno 1628. aſſerit per tale decretum. (Non fuiſſe reuocata priuilegia ſeu facultatem, quam Regulares, vi illorum, habebant ad abſoluendum ab omnibus caſibus Papæ reſeruatis, etiam Bullæ Cœnæ: ac proinde, ſi aliud non obſtet, poſſe adhuc ab illis, dummodò occulti ſint, licitè, & liberè abſoluere) & *in fine*. (Tenet etiam totam noſtram reſolutionem Vincentius Candidus Magiſter nunc ſacri Palatij, qui ſua opera decem poſt annos, poſtquam decretum Vrbani prodiit, in lucem edidit. *tom.1. diſquiſ.21. art. 47. in fine, & art. 49. & 50.*) Hæc Leander, & idem tenent Thomas Hurtado *tom.2. tractatu 12 capite 1. numero* 1036. Vbicumque, & quotieſcumque hæreſis occulta ſit caſus Epiſcopalis. De quo *infra*. Cui aſſentitur M. Acatius de Velaſco *tom. 1. reſol. moral. verbo Abſolutio. reſ. 5. numero* 11. Vbi ait [*La miſma facultad tienen los Regulares en virtud de ſus priuilegios, ſin orden à la Bulla, por derecho comun, y aſſi podràn abſoluer de los caſos reſeruados al Papa occultos, porque ſon Epiſcopales como eſtà dicho,*] & *reſ. 7.* latè contendit regularium priuilegia reuocata non eſſe, & virtute illorum poſſe abſoluere ab omnibus caſibus, & cenſuris Papæ reſeruatis. [*Todas las vezes que ſe ofreciere, en el fuero de la conciencia, aunque dichas cenſuras, y caſos pertenezcan al foro contencioſo, como eſtà dicho con Bonacina n.3.*] nimirum. (Etiam ſi cenſuræ ad forum contentioſum deductæ ſint.) Hæc apud Velaſco *ſup. nu. 31. & 8. in fine.*

5. Omnino verò reprobandi Doctores alij, qui auſi ſunt dicere, quemlibet Confeſſarium approbatum ab Ordinario poſſe virtute Bullæ Cruciatæ ab hæreſi occultâ abſoluere; fūdati in eo quòd cum in Bulla concedatur facultas abſoluēdi, ſemel in vitâ, & ſemel in morte, à caſibus Papalibus, etiam in Bulla Cœnæ contentis; exceptâ hæreſi; ſolum excipitur illa, quæ eſt caſus Papalis, qualis eſt tantum hæreſis publica, nam occulta, vtpotè caſus Epiſcopalis, inquiunt non excipitur in Cruciata, ſed ab illa toties quoties, ſicut & à reliquis caſibus Papalibus occultis, poteſt quilibet Confeſſor approbatus abſoluere. Sic diſcurrit (licèt contrarium conſulendum dicat) Mazuchelus, *tr. de caſibus reſeruatis diſp.1. quæſt.4. diff.6. num.13.* tenet Corduba apud Ludouicum de la Cruz *in expoſitione Bullæ diſp.1. ca.3. dub.* 7. & licèt ipſe concluſioni diſſentiat, putat tamen conſequentiam legitimam, ſi hæreſis occulta ſit caſus Epiſcopalis. Et ni aliunde prohibeatur, dicit eſſe probabilem Leander à SS. Sacramento *tom.4. de cenſuris tractat. de excomm. diſp.17. quæſt.15.* Vbi ſic. [Probabile eſt ſatis, quod abſolutè, & ſimpliciter loquendo, poſſit Confeſſarius ex vi Bullæ Cruciatæ abſoluere hæreticum occultum, & emendatum.

6. Præfatum diſcurſum euidentem iudicat ex Clericorum Minorum familia Thomas Hurtado *tom.2. variar. reſol. tract. 12. c.1 n.10, 18.* Si Epiſcopis non eſt derogata facultas Conc. Tridentin. abſoluendi ab hæreſi occulta. Verba eius ſūt. (Si hæreſis occulta eſt caſus Epiſcopalis, dubio procul quilibet approbatus poterit ab illa virtute Bullæ abſoluere. Quare, vel ex hoc ſolo argumento motus exiſtimo, practicè in conſulendo, & iudicādo non eſſe probabile aſſerere, quāvis ſpecu-

latiuè ſit probabiliſſimum, quòd non ſit Epiſcopis ablata poteſtas abſoluendi ab hæreſi occulta.] Verum cum probabilitatem practicam prædictæ opinionis ſupra triginta Doctores Claſſici, & melioris notæ propugnẽt, tum apud ipſummet Hurtado *ſup. & tom. 1. tract. 5. cap. 4. reſol. 17.* §. 2. tum apud Dianam 1. *p. tract. 11. 5. reſol. 2.* & apud Sanchez *in ſum. lib. 2. cap. 11. numer.* 17. & apud Leandrum *ſup. q. 45. & 46.* futilis omnino videtur euaſio, eóque tendens, vt relinquat probabile, quemlibet Confeſſarium approbatum ab Ordinario poſſe virtute Cruciatæ abſoluere ab hæreſi occulta. Quod prorſus improbabile eſt, etiam ſi caſus Epiſcopalis ſit, vt conſtabit ex dicendis. Adde quòd ipſemet Thomas Hurtado *nu.* 1. 2. loquens de ſententia aſſerente eſſe caſum Epiſcopalem ait. [Abſque dubio eſt valde probabilis, quare illa quis poterit vti in caſu aliquo] nimirum; ait *infra numer.* 157. & 158. (Quando non eſt probabilis per teſtes.) Ergo ſaltem in hoc caſu, poterit quilibet Confeſſarius approbatus abſoluere virtute Cruciatæ ab hæreſi occulta Quod dicere nefas eſt. Vide Dianam *p. 8. tractat. 7. reſol. 67.*

7. Concludendum igitur eſt (quidquid de aliis Regnis ſit) in quibuſcunque rectiſſimo Tribunali Sanctæ Inquiſitionis Hiſpaniæ ſubiectis, nullum Confeſſarium, etiam Prælatum Regularem; nec virtute Conc. Trid. nec Priuilegiorum Religionis; nec virtute Cruciatæ poſſe, ne ſubditos quidem, ab hæreſi occulta abſoluere. Ratio eſt quia ſupremum hoc Tribunal ſpeciale ad hoc habet Priuilegiũ à Sede Apoſtolica obtentum, quod Turrianus *lib. 2. diſp. 25. dub. 1. in fine:* teſtatur ſe audiuiſſe ab aliquibus Inquiſitoribus doctis, & piis. Quod tanquam certum credendum eſſe, ait Leander *ſup. quæſt. 78. fine.* Et quamuis virtute Cruciatæ abſoluere poſſent, eo quod hæreſis occulta iuxta communiorem opinionem caſus Epiſcopalis ſit; hæc tamen facultas reuocata fuit ab Vrbano IV. Paulo IV. Pio V. & Gregorio XIII. vt refert Leander; [Et credendum, inquit, omnino eſt, quòd appoſitæ ſint à Pontificibus clauſulæ ſpecialiſſimæ derogantes omnibus clauſulis Bullæ Cruciatæ ſubſequentis, adhuc declarando ſuam intentionem eſſe, quòd in clauſulis Bullarum ſuccedentium non comprehendatur caſus hæreſis occultæ.] Hæc Leander *ſup quæ.* 86. & quòd ita declarauerit Gregor. XIII. tradit P. Petrus Hurtado de Mendoza 2. 2. *tom. 1. diſp. 84 ſect. 6.*

8. Exiſtimauit Crouſers *in regul. S. Franciſci cap. 7. lectione* 4. non omnem hæreticum externum incurrere excommunicationem, dicens. [Probabile cenſerem hæreticum extornum, qui ſaltem denuntiari non poteſt, non eſſe excommunicatum.] Sed apertè fallitur; alias eiuſmodi hæreſis non eſſet caſus reſeruatus, ſed à quolibet Cõfeſſario abſolui poſſet, quòd prorſus improbabile eſt, & contra omnium Theologorum ſententiam.

PROPO-

PROPOSITIO IV.

Quamvis euidenter tibi conſtet Petrum eſſe hæreticum, non teneris denuntiare, neque accuſare, ſi probare non poſſis, Fagundez Ieſuita *de præcept. Eccleſiæ tract.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 31. Stephanus Bauni Ieſuita *in Theolog. moral. p.* 2. *diſp.* 4. *tract.* 3. *quæſt.* 18. (Vnde infertur fœminam ſollicitatam in confeſſione, vt in plurimum non teneri denuntiare Confeſſarium, quia non poterit probare delictum in ſecretiſſimo foro patratum.)

1. Rf. P. Fagundez pro hac ſententia falsò refertur, quia expreſsè pro contraria militat *vbi ſupra.* Verba eius ſunt, [Quando præcipitur ſub excommunicatione, vt denũtientur crimina non tenetur quis regulariter patere, ſi crimen occultum eſt, & probari non poteſt, ita Cenedus, Henricus, D. Thomas, & Sotus, &c. Fallit tamen hoc in crimine hæreſis, quia tunc non iubetur quis denuntiare, vt accuſator, ſed vt teſtis, & vt quilibet Chriſtianus de populo, vt dicemus *lib.* 5. *de ſigillo cap.* 3. *num.* 3. [Hæc Fagundez *loco* ab aduerſario *ſupra citato.* Quod iterum tradit *lib.* 6. *cap.* 4. *n.* 13. Vbi rationem doctrinæ reddens; inquit. (Quia ad eum priuatim non pertinet, proinde eſſe hæreticum,) & *tom.* 1. *in prim. præcep. decalogi cap.* 26. *numer.* 7. ait. (Hanc opinionem eſſe omnino certam, & indubitatam.) En quàm certum, & indubitatum ſit P. Fagundez pro contraria ſententia ſtare.

2. Cæterùm hæc, quæ falsò ei tribuitur, plures habet patronos: Eam namque tuetur doctiſſimus M. Serra ex perilluſtri Prædicatorum Ordine 2. 2. *quæſt.* 67. *art.* 3. *in fine*, vbi, nullâ adhibitâ exceptione, inquit. (Quod diximus de accuſatione, dicendum eſt de denuntiatione, &c. nam denuntiatio debet eſſe iuſta, talis autem non eſt, ſi crimina falſa imponat, aut occulta propalet, quæ nullo modo probari poſſunt.) Et *q.* 68. *art.* 1. *dub.* 2. *fol. mihi* 525. ait. (Neceſſarium eſſe, vt crimen probari poſſit, ſi enim crimen omnino eſſet improbabile, non ſolùm contra charitatem, ſed contra iuſtitiam peccaret, &c. Nam hoc ad nihil aliud deſeruiret, quàm ad infamandum læſorem.) Et *quæſt.* 68. *citata art.* 1. *fol.* 514. hanc ſententiam multis ſuadere conatur dicens. [Dianam ex doctrina Fagundez, & aliorum reſpondere praxim ſanctæ Inquiſitionis fundari in probabilitate contraria ſententiæ, non tamen tollere probabilitatem huius.] Verum tãdem concludit, (neſcio quo percuſſus timore.) [Mihi tamen prima (id eſt contraria. ſententia) ſecurior videtur.] Sed quomodo ſecurior, ſi iuſta non eſt? Si non ſolùm contra charitatem, ſed contra iuſtitiam peccaret? Sed quidquid ſit de conſequentia doctrinæ; ſaltem concedit aliam ſententiam ſecuram eſſe; quam ante illum amplexati ſunt Ioannes Andreas Gundiſal. Repertor Inquiſit.

Decianus, Palacios, Angelus, Nauarrus, Felinus, Megala, & alij apud Bauni *ſupra* apud eruditiſſimum Dianam 1. *parte tract.* 1. *reſolut.* 1. & eſſe probabilem, reſtatur M. Acacius de Velaſco *tom.* 1. *reſ. moral. verbo Accuſator. reſ.* 16. *numero* 10. Vbi poſtquam vtramque opinionem cum fundamentis propoſuit concludit. [*La praxi de la ſanta Inquiſicion ſe funda en la probabilidad de la contraria opinion, pero no quita la probabilidad de la ſegunda, y entrambas me lo parecen a mi, pero mas ſegura la primera.*]. Hæc quoad delationem criminis hæreſis.

3. Quoad alia vero crimina, M. Serra, & Doctores citati ſentiunt, non teneri denuntiare, qui non poteſt probare: quod putant probabile Diana *ſuprà* & Leander à SS. Sacrament. *tom.* 1. *tractat.* 5. *diſput.* 13. *quæſt.* 5. vide Dianam 1. *p. tractat.* 5. *reſol.* 100. Vbi inquirit. [An teſtis teneatur denuntiare, quando ſcit nullum alium ſcire illud delictum?] Cui ſic reſpondet. [Negatiuam ſententiam ex ſchola D. Thomæ docet Ioannes de la Cruz *in direct. part.* 1. *pracep.* 8. *art.* 4. *dub.* 13. *in principio.* [vbi ſic aſſerit. [Si accuſator habet ſolum vnum teſtem, iſte, dum ſibi non conſtat de alio conteſte, tenetur ſub peccato mortali, dicere ſe nihil ſcire.] Ita ille, qui citat Ledeſmam, Bannez, & Orellanam, &c. Ego puto probabilem eſſe opinionem Ioannis de la Cruz, & aliorum (licet affirmatiua ſit probabilior) nam eius teſtificatio nihil proficiet niſi ad vexandum reum, &c. Igitur abſque cauſa infamat tunc teſtis delinquentem, cum ſciat ipſe, probandum non eſſe delictum. Et ideò Octauianus Spatarius *in praxi de modo corrig. Regul. tractat.* 7. *cap.* 8 *numero* 7. ſic aſſerit; [Ex quo patet quod non tenetur quis teſtificari, ſi ſciat nullum alium eſſe teſtem, conteſtem, vel aliud æquiualens indicium. Et ego aliquando interrogatus ſub præcepto, & iuramento ſuper delicto, quod ſciebam nullum alium noſſe niſi denunciantem, nunquam teſtificari volui, etſi de viſu, & certâ ſcientiâ potuiſſem, quod tutâ conſcientiâ feciſſe reputaui, & reputo, ita Spatarius.] Hactenus Diana.

4. Legas vtinam M. Ioannem Martinez de Prado *tom.* 2. *Theolog. Moral. capite* 24. *quæſtione* 2. §. 2. vbi inquirit. (Vtrum crimina, quæ nequeunt in iudicio probari, teneatur quis ex vi edicti denuntiare?) Cui reſpondet affirmatiuè quoad crimen hæreſis. Quoad alia vero crimina, ſubnectit *numer.* 13. (De aliis criminibus, vel quæ nulli nocent, vel ſunt tantum in præiudicium tertij priuati hominis, Syluester docet, quòd ſi edictum præcipiat, vt iuridicè denuntiet, quod probari non poteſt, non tenetur iuridicè denuntiare: idem tenent Sotus, Tabiena, Armilla, Ludouicus Lopez, Serra, Nauarrus, Corduba, Rodriguez, & alij 16. Doctores, quos refert, & ſequitur Bonacina, & alij communiter. Crimen enim, quod iudicio humano probari non poteſt, eſt occultum, & ſoli iudicio Diuino reſeruatum, &c. & ita tenendum in praxi.) Hæc ille.

5. Sed mirâ claritate rem attigit Reuerendiſſimus Candidus M. ſacri Palatij *tom.* 1. *diſquiſ.* 5. *art.* 4. *dub.* 8. vbi ſic ait. (Dico 14. quando præcipitur, vt reuelemus, quod ſcimus, vt denuntiatores; non poſſumus, nec debemus reuelare, niſi quod poſſumus probare

ait

ita Sayrus, & Nauarrus. Si tamen nobis præcipiatur, vt reuelemus tanquam teſtes, tenemur deponere, vt tales, quod ſcimus, etiamſi id probare nequeamus, (attende) dummodò nobis conſtet delictum apud iudicem eſſe ſemiplenè probatum: ſecus aliàs. Ita colligitur ex D. Thoma 2. 2. *quæſt.* 70. *art.* 1.] Hæc ibi. Et *eadem diſquiſ.* 5. *art.* 1. *dub.* 4. ait (Dico 6. nemo tenetur accuſare, nec denuntiare denuntiatione iuridicâ crimen occultum, quod probare non poteſt, etiamſi vergeret in damnum publicum, aut tertiæ perſonæ imminens in futurum.) Hæc doctiſſimus vir, cuius verba ſemel, & iterum expendas, quæſo.

6. Verum quia præcipua difficultas eſt, quando præcipitur quod reuelemus, teſtes: audiamus omnium Magiſtrum D. Thomam 2. 2. *quæſt.* 70. *art.* 1. vt inde conſtet ſoliditas ſententiæ M. Candidi. (Si requiratur, inquit, teſtimonium alicuius ſubditi authoritate Superioris, non eſt dubium, quod teneatur teſtimonium ferre, in his, in quibus ſecundum ordinem iuris, teſtimonium ab eo exigitur: putà in manifeſtis, & in his de quibus infamia præceſſit: ſi autem exigatur ab eo teſtimonium in aliis, putà in occultis, de quibus infamia non præceſſit, non tenetur ad teſtificandum.) Quem ſequitur Lorca 2. 2. *diſp.* 17. *de Chari. ſect.* 3. *nu.* 16. (Quoniam nemo, inquit, tenetur teſtificari, niſi crimen probabile, quia adeſt aliquis teſtis, vel ſaltem infamia,) cui conſonat M. Sotus *de ſecreto quæſt.* 7. *memb.* 2. *concl.* 3. (Nec teſtis aduerſus alium in re graui tenetur reſpondere, antequam illi iuridicè conſtiterit, iudicem, iurè præcipere.)

7. Sed in hac quæſtione omnino videndus, M. Acatius de Velaſco *tomo* 2. *reſol. moral. verbo. Reo. reſol.* 381. *num.* 7. vbi paucis rem totam comprehendit. [*Nadie, inquit, deue, ni puede denunciar, ni acuſar iudicialmente el pecado de otro, que el ſolo lo ſabe. Aſſi lo dizen Pedro de Ledeſma, Clauis Regia, y otros. Y aduierto, que eſto procede, aunque el Prelado ponga precepto, y que no podria teſtificar en iuizio del tal pecado; aſſi lo dizen Nauarro, Leſio, Lorca, y otros, porque no pudiendo prouarſe el delito &c. no ſe puede ſeguir ſino la infamia del denunciado, y por conſiguiente el Prelado no puede obligar a que ſe le denuncie, ò teſtifique.*] Hæc ille, pro cuius ſententia militant Syluester, Zanardus, & ex diſcipulis D. Thom. *infra* citandi *Prop.* 10.

8. Sed quid dicendum ad praxim contrariam ſanctæ Inquiſitionis? Reſpondet M. Prado, (quod ex M. Serra, & illuſtriſſimo Acatio de Velaſco retulimus *ſupra*) nimirum alios Doctores oppoſitam ſententiam tueri. [Et in hac doctrina, inquit, fundatur praxis ſanctæ Inquiſitionis in cuius cauſis manifeſtatio delicti facienda eſt, etiamſi delator delictum probare non poſſit.] Ita ille *tom.* 1. *Theolog. moral, cap.* 24. *quæſt.* 2. §. 2. *numer.* 21. & prius tradiderat Fagundez *lib.* 6. *in decalogum cap.* 12. *num.* 28. dicens in hac materia ſtandum eſſe praxi S. Inquiſitionis. Hanc vero concluſionem ſic limitat Thomas Hurtado *tom.* 1. *reſolut. moral. cap.* 8. *reſol.* 64. *nu.* 895. [Dico ſecundò: excepto delicto hæreſis formalis, & blaſphemiæ hæreticalis, quia continet hæreſim. In omnibus aliis delictis, quæ continentur in edi-

ctis

ctis dominorum Inquiſitorum, audiens illa ex relatione, etiam à perſona fide digna, non tenetur denuntiare, niſi illud poſſit probare.] Hæc ille citans pro ſua opinione quatuor decim Doctores.

PROPOSITIO V.

Nemo tenetur hæreticum denunciare ſi ob denunciationem prudenter timet graue ſibi damnum euenturum. Fagundez Ieſuita *libro* 4. *in* 5. *Præcepta Eccleſiæ c.*3. *nu.*31. [Vnde infertur in nullo euentu eſſe obligationem denuntiandi perſonas valde coniunctas, vt parentes, filios, vxorem, aut fratres.]

1. R. P. Fagundez *in editione Lugdunenſi anno* 1632. (quam videre licuit) hanc propoſitionem non habet. Verum *lib.* 1. *in Decalogum c.*26. præſentem quæſtionem mouet, & *num.*2. illationem expreſſè negat, dicens: (Non ſolùm teneri patrem, filium hæreticum occultum; ſed etiam filium, parentem etiam occultum denuntiare.) Idémque docet de marito reſpectu vxoris, & è contra. Subnectens, neminem ab hac obligatione liberum eſſe. Iam quid alij ſentiant, videamus. Prodeat vnus pro multis M. Serra 2. 2. *quæſt.*68. *art.*1. *dub.*1. vbi ſic ait: (Dicendum eſt, quando quis prudenter timet ob accuſationem, vel denuntiationem, graue aliquod damnum ſibi aut ſuis euenturum, non tenetur accuſare, vel denuntiare, niſi bonum publicum id neceſſariò poſtulet; docent hoc multi. Vnde Penna *in ſecunda parte directorij Inquiſit. q.*53. *comm.*48. inquit. Non videtur à ratione abſonum, poſſe ob metum, quandoque denũtiationem hæretici omitti. Sicque vxorem non denuntiantem maritum excuſari, niſi forte dogmatizaret in magnum Reipublicæ damnum.) Hæc M Serra; quem ſequitur M. Candidus *tom* 1. *diſquiſ.* 5. *art.* 3. *dub.*7. vbi ſic ait. [Si quis ſuâ denuntiatione, aut teſtificatione timet ſibi, ſuiſque aliquod magnum damnum ſpirituale aut temporale in ſua perſona, aut ſuorum, in honore, aut pecuniariis bonis, non tenetur reuelare.) Idque tradit *art.*1. *dub.*4. procedere, [Etiamſi iuramento præſtito cogatur ad teſtificandum. Eandem ſententiam tuentur Sanctarellus, Peyrinus, & Portel, apud Dianam 1. *p. tract.*4. *reſ.*8. & nouiſſimè illam tenet M. Acacius de Velaſco tranſcriptis verbis M. Serra *tom.*1. *verb. Accuſar. reſ.*16. *num.*15. Quibus adde Lezanam, Acugnam, Ioan. Sancium, & M. Souſam, quos citatos ſequitur Diana 4. *p. tr.* 5. *reſ.*19. Trullench, Thomas Hurtado, & plures, quibus aſſentitur Leander à SS. Sacrament. *tract.* 5. *de Pœnitent. diſput.* 13. *quæſt.*42. 43. & 44. Vbi de denuntiatione ſollicitantis in confeſſione.

2. Quoad illationem ex his principiis ab aduerſario deductam, licet ſatis conſtet ex dictis, cum Penna ſentire doctiſſimum M. Serra, audiamus eum iterum *vbi ſupra.* [Dicendum

dum eſt, inquit, quattò. [Quando crimen eſt proprium, nullus tenetur ad accuſandum, vel iuridicè denuntiandum, &c. Hinc inferunt aliqui neminem teneri ad iuridicè denuntiandum patrem, vel filium, vel fratrem, vel maritum, vel vxorem, quia cenſetur vna, & eadem perſona, & iuri ipſi naturali repugnat ſe ipſum denuntiare, & prodere.] Hæc Serra: cui, vt ex modo referendi conſtat, non diſplicet illatio: ſicut nec Reuerendiſſimo Candido M. Sacri Palatij *tomo 2. diſquiſit. 5. articul. 5. dub. 4.* vbi ſic ait. [Si pater eſſet hæreticus occultus, & ſibi ſoli, non aliis noceret, non ità certum eſt, an nunc teneatur.] Et quòd filius non teneatur patrem hæreticum occultum non dogmatizantem denuntiare, tradunt abſque formidine Perez, & Abulenſis apud Sanchez *in Conſiliis libro 6. capite 2. dub. 19. numero 4.* Alenſis *3. parte quæſtione 53. memb. 4. articulo 2.* quos ſequuntur Riccius, Valerus, & Rojas quos citat, dicens probabile Diana *ſup. reſ. 4.* amplectitur Thomas Hurtado *tomo 2. tractat. 6. reſ. 36. numero* 107. imò *reſolut. 37.* addit [Si iam eſt emendatus & nullum timetur periculum recidiui, nec pater filium, nec filius patrem tenetur denuntiare, nec teſtificari etiamſi à iudice interrogetur,] Sed ne omittas videre Dianam *vbi ſupra reſ. 5.* apud quem non pauci liberant etiam vxorem ab obligatione denuntiandi maritum, quod nonnulli extendunt ad fratrem, vt refert & non improbat Serra. Adde ſecundum quoſdam, licet pater dogmatizaret, & plures vt peruerteret, ſi alij eum denuntiarent, non tenetetur filius. Ita cum M. Ioanne Viguerio Dominicano *lib. inſtit. cap.* 12. *§. 2. verſ. 11.* tradunt Perez, Alenſis, Palarius, Rubius, Henriquus, Simancas, & alij apud Sanchez *ſupra numero 6.* Sic Doctores. Quibus, vt vidimus, diſſentit Pater Fagundez, *vbi ſupra*.

PROPOSITIO VI.

In facultate abſoluendi à reſeruatis conceſſa in Bulla Cruciatæ ſolum excipitur hæreſis formalis. Vnde quilibet Confeſſarius approbatus ab Ordinario poteſt virtute Bullæ abſoluere fautores, & receptores hæreticorum. Sanchez Ieſuita *in ſum. tomo 1. lib. 2. cap. 12. num. 12.*

1. R. HÆc opinio eſt ferè communis inter Doctores. Eam enim defendunt Duardus, Farinacius, Acoſta, Alterius, Giprius Homobonus, Franciſcus de Leon, Portel, Manuel Rodriguez, & alij, quos citat Diana *prima parte, tractatu quinto, de Bulla reſolut 7. & tractatu vndecimo, reſ. 19.* vbi inquit eſſe probabilem, & eam amplectitur Ludouicus de Cruz, quem citatum ſequitur Trullench *in Decalogum lib. 1 dub 6. n. 4.* & in expoſitione Bullæ *li. 1. §. 7. c. 2. dub. 77. n. 13.* & nouiſſimè cum Magiſtro Soto illam tuetur Candidus M. ſacri Palatij *tomo 1. diſquiſ. 3. articul. 43. dub. 1.* vbi ſic ait. [Dico ſecundò receptores tamen, fautores, defenſores hæreticorum, hi omnes,

nes, ſi reuerà hæretici non ſint, poſſunt abſolui ſemel in vita, & ſemel in morte, virtute Bullæ Cruciatæ concedentis caſus Cœnæ; quia hi caſus non afficiuntur ea tam ſpeciali reſeruatione, ac hæreſis. Ita Henriquez, & Sotus *in 4. diſtin. 22. quæſt. 1. art. 3. poſt concluſ. 5 in 1. caſu Cœnæ, ad finem.*] Hæc M. Candidus. Vide plura *Prop. 3. num. 5*: circa poteſtatem abſoluendi virtute Cruciatæ.

2. Vnum hîc adnota ex Caietano *in ſumm. verb Excommunicatio cap. 1.* vbi ſic ait. [Receptator hæreticorum ſolùm eſt, qui recipit hæreticum, quatenus hæreticum; (id eſt) inquit Serra,) vt in hæreſi permaneat, vel foueatur: ſecus, qui recipit materialiter, non quia hæreticus, ſed quia amicus, vel cognatus ipſius eſt.] Sic exponens Caietanum M. Serra 2. 2. *quæſt. 52. articul. 7. dub. 15. §. Aduertendum, & infra,* dum de receptatore furis ſermonem inſtituit. Eandem ſententiam tuetur Sotus *in 4. diſtinct. 22. quæſt. 2. articul. 3. poſt quintam concluſionem*, vbi ſic. [Primus eius caſus eſt (nempè Bullæ Cœnæ) aduerſus omnes hæreticos cuiuſcumque fuerint nominis & ſexus, & contra eorum fautores, defenſores, ac receptatores, eâ ratione, quâ hæretici ſunt.] Quod tenent etiam Syln. Tabiena, & plures apud Leandrum *tom. 4. tractat. 3. de Bulla Cœnæ diſput. 1. quæſt. 24.* Quorum doctrina eſt valdè obſeruanda, quia rariſſimè nemo non hæreticus defendit, aut recipit hæreticum, quia hæreticus eſt, & in hæreſi permaneat, aut foueatur. Vide iuxta hanc opinionem tam à cenſura, quàm à reſeruatione liber eſt; ac per conſequens toties quoties, etiam ſine Bolla Cruciatæ, abſolui poterit qui hæreticum recipiat, vel ei faueat, non quia hæreticus eſt, ſed quia amicus, vel cognatus ipſius.

PROPOSITIO VII.

Præter Purgatorium, quod de fide credimus, extat locus alius, quaſi quoddam pratum florentiſſimum, luciđiſſimum, odoratum, amœnum, in quo animæ degentes nullam pœnam ſenſus patiuntur. Itaque erit locus ille mitiſſimum Purgatorium, & quaſi carcer quidam Senatorius, atque honoratus. Bellarminus Ieſuita *libro ſecundo de Purgatorio cap. 7.*

2. R. HÆc doctrina fundatur in Reuelatione, quam approbat Sanctus, & Venerabilis Beda *libro 5. Hiſtoriæ capite 13.* qui plures alias conformes adducunt Dionyſius Cartuſianus, *in Dialogo de Iudicio particulari articul. 3.* & D. Gregorius *libro 4. Dialogorum cap. 36.* teſtatur Bellarminus *ſupra.* [Quapropter, inquit, videtur mihi dicendum; non eſſe impoſſibile, talem aliquem locum reperiri: etſi enim ibi nulla ſit pœna ſenſus; tamen eſt pœna damni.] Hæc ille, expendat lector; an cenſura afficiendus, qui reuelationem à Diuo Thoma, aut alio Eccleſiæ Doctore approbatam, pro reuerentia

rentia ſaltem, diceret non eſſe improbabilem? Quapropter illam etiam referens non improbat M. Zanardus *in Direct. 1. p. tract. de Sacram. Pœnit. c. 22. de Purgatorio*, vbi ſic ait. [Addunt Beda, Chartuſianus, & alij alium locum, quem pratum florentiſſimum, lucidiſſimum, odoratum, & amœnum dicunt, in quo quædam animæ ſeruantur, quæ non igne; ſed tantùm carentia Diuinæ viſionis affliguntur.]

2. Laudabilior hæc Bellarmini, & Zanardi erga Patres modeſtia, quàm M. Cani acrimonia, quâ illos mordet *lib. 11. de Locis cap. 6.* vbi ſic inuehitur. [Negare non poſſumus, viros aliquando grauiſſimos, in Diuorum præſertim prodigiis deſcribendis, ſparſos rumores, & excipere, & ſcriptis etiam ad poſteros tranſtuliſſe, &c. Adeò vt Ciceroni; Demoſthenes, Horatio verò Homerus quandoque ipſe dormitare videatur. Quæ eadem de Beda, & Gregorio, iure fortaſſe, ac verè dicere poſſum. Quorum ille in Hiſtoria Angelorum: hic in Dialogis, quædam miracula ſcribunt, vulgò iactata, & credita, quæ, huiuſmodi præſertim ſæculi, Ariſtarchi incerta eſſe cenſebunt. Equidem hiſtorias illas probarem magis, ſi earum Authores iuxta præfinitam formam ſe veritati iudicij curam in eligendo maiorem adhibuiſſent.] Hæc M. Canus contra Venerabilem Bedam, & D. Gregorium Magnum, quorum Hiſtoriam de mitiſſimo illo Purgatorio Bellarminus, & Zanardus, propter illorum authoritatem auſi non ſunt improbare; licet contrariam ſententiam ſequantur, cum Suarez *tom. 4. in 3. p. diſp. 46. sect. 1. numer. 12.* qui ad rationem dubitandi modeſtiſſimè reſpondet dicens. [Propter hæc non poſſum dare fidem illi viſioni, vt ſonat; non tamen dicam fuiſſe fictam, ſeu mendacem; ſed vel non eſſe ad literam intelligendam, ſed ſub aliqua metaphora.]

3. Prædicta nihilominus opinio miſeris ſolatium erit; ſicut eſt illa, quam ex M. Soto defendit M. Ioannes de la Cruz *in Direct. p. 1. de Pœnit. qu. 8. dub. 2.* vbi ſic inquit [Vt ait Soto *art. 1.* nullus in Purgatorio exiſtit per decem annos.] Eamque tenet doctiſſimus alius Dominicanus, vt refert M. Conradus *in Reſp. caſuum p. 1 qu. 189.* vbi ait. [Hanc opinionem Soti. Magiſter Paulinus Lucenſis vir doctiſſimus huius noſtræ Prouinciæ firmiſſimè tenuit.] Verba Soti reperies. *In 4. ſent. diſt. 19 q. 3. art. 2. in fine.* ibi. [Quapropter crediderim, nunquam aliquem in Purgatorio viginti annis extitiſſe, imò, vt mea fert opinio, nec decem. Nam cum nemo illic ſit niſi Dei amicus, contritio eius, & poſt Chriſtum paſſum Sacramenta, & ſuffragia, & bona, quæ egit opera, ad cumulum ei ſatisfactionis accedunt. In ſumma, non eſt credibile, vt quos pœnarum accumulatione expedire Deus breuiùs inde potuit, temporis prolixitate detineat.] Hæc Sotus, & Doctores citati; Forſan ex non diſſimili reuelatione. Sicut etiam, quod ex eodem cœtu docet M. Ambroſius Corherinus Minorenſis Epiſcopus *lib. 1. de Statu puerorum ſine Sacram. decedentium*, vbi aſſerit: [Illos beneficio quidem Chriſti reſuſcitatos ad immortalem vitam, integram, & perfectam naturam recepturos, ſolo dono illo originali, viſioneque diuina carentem; ſed quæ nullo modo eis afflictioni, aut triſtitiæ futura ſit; & à morte ſecunda liberos futuros poſt diem

Iudicij. Itaque ſine afflictione vlla, aut triſtitia in Felici quadam, & beata vita perpetuò permanſuros.) Hæc ex Catherino refert, & refellit M. Petrus de Soto *de Inſtitut. Sacerd. lect.6. de Baptiſmo paruulorum* §. *Hic autem cauendæ ſunt.* Vbi ſic ait. [Mittamus igitur nunc, quanta contineat hæc ſententia noua, & aliena à Patrum omnium doctrina, immò certa fide, & authoritate improbabilia de morte prima, & ſecunda.]

4. Aduertere etiam non omittam grauiſſimos Doctores non benè ſentire de opinione, quam Magiſtro Dominico de Soto, tenent M. Ioannes de la Cruz, & M. Lucenſis *vbi ſupra*, de tempore Purgatorij ad decem annos limitato. V. de Enriquez *lib.7 de Indulgentiis cap.16.num.4.* vbi hac eos inurit nota. [At hi non ſine temeritate quadam, ex leuibus rationibus, loquuntur contra mortem Eccleſiæ, quæ pro defunctis, & pro certa anima celebrat anniuerſarias Miſſas, & Officia, vltra ducentos annos, &c.

Quare illam ſententiam quidam inſignis Prædicator à Sacro Inquiſitionis Senatu compulſus eſt retractare, eò quòd tetrahat vires ab operibus ſatiſfactionis, & à Miſſis offerendis pro ſuis defunctis. Et quidam Patres ſignificant, quarundam animarum pœnas duraturas ad diem vſque Iudicij,] ſic Enriquez.

5. Inſuper contra id, quod conſequenter ad ſuam opinionem tenet Sotus, quoad exceſſimum numerum annorum Indulgentiæ à Summis Pontificibus conceſſæ, inſurgit Antonius de Corduba Ordinis Minorum *lib.5.q.10.* §. *Dico ergo in fine:* his verbis. [Quare non ſolum falſa, & temeraria, ſed impia, periculoſa, & ſcandaloſa, his temporibus, irriſio illa Gerſonis, & alioqui pij atque doctiſſimi Soti eſt, qua tot annorum Indulgentia ab illo irridetur.] Et contra Sotum agit etiam Bellarminus *ſup. lib.1. de Purgatorio cap. 9. in fine* Beda *lib.5. Hiſtoria Anglorum c. 13* & plures apud Enriquez. *vbi ſup. in gloſſa litt I.*

PROPOSITIO VIII.

Bulla Gregorij XV. contra Confeſſarios ſollicitantes edita anno 1622. die 30. Auguſti non eſt recepta in Hiſpania. **Caſtro Palao Ieſuita** ***tom.1. diſp. moral. tract.4. diſp.9. punct.1. à n.4.***

1. R. QVando Palao ſua opera typis dedit, non erat recepta, eo quod in ea cognitio criminis ſollicitationis, Epiſcopis, & inquiſitoribus cumulatiuè concederetur, vt *ſupra* teſtatur Palao ſe accepiſſe à ſapientiſſimo Doctore D. Iſidoro de San Vicente Inquiſitore Cæſarauguſtano, & in his, quæ ad Sanctum Inquiſitionis Tribunal pertinent, verſatiſſimo. Idem fatetur Leander à Sacramento *tom.1. de Sacram. tract.5. diſp.13. qu.3.* vbi notat ſupradictam Gregorij Bullam fuiſſe poſtea receptam propter declarationem eiuſdem Pontificis, qui ſolis Inquiſitoribus prædicti criminis cognitionē reſeruauit: & ita ei teſtificatum fuiſſe præcitatum Dominum Inquiſitorem

San Vicente ad ſupremum Sanctæ Inquiſitionis Hiſpaniæ Tribunal Fiſcalem promotum. Vidi, & ego Epiſtolam Illuſtriſſimi Domini D. Andreæ Pacheco Inquiſitoris Generalis ſubſcriptam Matriti die 6. Septembr. anno 1624. ad Inquiſitores Regni Siciliæ, in qua certiores facit eiuſmodi declarationis, dicens. [*Doy noticia dello, para que lo tengays, Sennores, entendido, y no deys lugar à lo contrario, y de mi parte ſe darà la miſma noticia à los Obiſpos de eſſe diſtrito.*] Ante eiuſmodi declarationem, opinionem Palai tenuit etiam Trimarchius, *tractatu de Confeſſore abutente Sacramento Pœnitentiæ diſputat.* 3. & 4. cuius ſententia iam defendi non poteſt, quia hodiè conſtat ex Supremo Iudice prædictam Gregorij XV. Bullam admiſſam fuiſſe. Vide etiam M. Acatium de Velaſco, Palaum excuſantem *tom.*1. *verb. confeſſor. reſol.* 198. *in fine.*

PROPOSITIO IX.

Confeſſarius, qui in Sacramentali Confeſſione tribuit pœnitenti chartam poſtea legendam, in qua ad venerem incitat, non cenſetur ſollicitator in confeſſione, ac proindè non eſt denuntiandus. Caſtro Palao Ieſuita *tom.*1. *tract. de confeſ. ſollicit. diſp.* 9. *punct.* 4. *n.* 3.

1. ℞. Hic Author contrariam ſententiam ſequitur: proponit autem fundamenta, quæ illi obſtare videntur, quibus præiactis, concludit. [Hæ rationes probabilem videntur reddere partem negantem, talem ſcilicèt traditionem non eſſe ſollicitationem comprehenſam in Bullis; ſi charta non immediatè poſt ſuſceptum Sacramentum legatur, ſed tranſacto iam tempore. Verùm quia hoc delictum grauiſſimum, & pernicioſiſſimum eſt, præcaueri debet; & coëcteri omnis occaſio illud committendi.] Hæc ille. Sed hanc opinionem abſque vlla formidine, & limitatione ſequitur Thomas Hurtado *tom.*1. *reſol. moral. tract.*4. *c.*5. *reſol.*6. *num.*62. vbi, propoſita aliorum ſententia communiori, ſic ait. [Sed contraria videtur mihi probabilior, quam tuetur Palao, ratio eſt quia traditio chartæ non eſt ſollicitatio proxima, & immediata, ſicut nec ſi Sacerdos dicat, ſe velle illi alloqui in domo ſua,] & probabilem vocat Trullench *libr.*1. *in Decalog. cap.*3. *dub.*18. *in ſummario*, vbi ait. (Confeſſarium tradentem in confeſſione chartam prouocatiuam, probabile eſt non eſſe ſollicitatorem.) Et cum præcitatis videtur ſentire M. Acatius de Velaſco *to.*1. *reſolut. moral. verbo Confeſ. reſ.*199. *nu.*3. vbi inquirens: an ſupradictus confeſſarius ſit denuntiandus? Reſpondet. (*Muchos Dotores ſienten que ſi: con todo Trullench, Palao, y otros juzgan por porbable, que no.*) Verùm licèt probabile ſentiant, contrariam partem ſequuntur cum communi Doctorum, quia ſi denunciari non deberet, non præcaueretur grauiſſimum, & pernicioſiſſimum ſollicitationis delictum, vt benè notauit Palao.

2. Vndè fit, non eſſe audiendum Riccium aſſerentem, quòd ſi ceſſet præſumptio in pœnitente, quòd con-

feſſarius ſollicitans malè ſentiat de fide, non eſt denuntiandus. Ita ex illo refert Thomas Hurtados *tom.1. reſol. moral. tract. 4. cap. 8. reſol.57.* & ipſe partim ſequitur, (vt videbimus Prop. ſequenti) quando confeſſarius [non eſt diffamatus de ſollicitatione, & aliàs eſt bonæ vitæ, & conuerſationis.] Putant etiam grauiſſimi Magiſtri, quòd ſi crimen ſollicitationis ſit occultum, habeatúrque ſpes, quòd per ſecretam monitionem, confeſſarius emendabitur, non licet eum denuntiare. Ita M. Ioannes de la Cruz *in direct. conſcientiæ 1.p. præcep. 5. q. 2. dub.5. concl.2.* M. Acatius de Velaſco *tom.1. reſol.moral. verb. Denuntiatio reſol.*130. M.Souſa, M.Texeda, M. Canus, M. Ledeſma, M. Ludouicus Lopez, & alij, & eſt communis inter Thomiſtas, vt omnes citans ait Diana *1.p. tract. 4. reſ.2. & p.3.tr.8. reſol.46.* Videatur Thomas Hurtado *tom.1. tract.4. cap.6.* §. 1. Ibi pro hac ſententia refert, & ſequitur octo ſupra triginta Doctores.

3. Nec miror, quia loquendo de omni denuntiatione iudiciali, qualis eſt, quæ fit in Tribunali Sanctæ Inquiſitionis, (vt notat Acatius) eſt expreſſa doctrina D. Thomæ. [Eſta ſententia, inquit, enſenna expreſſamente Santo Thomas, porque hablando de los pecados mas graues, y mas en damno del bien comun, como de la heregia, y entrega de la ciudad, dize]: (delinquentem denuntiandum) [Niſi fortè aliquis firmiter exiſtimaret, quòd ſtatim, per ſecretam admonitionem, poſſet eiuſmodi mala impedire, todos ſus dicipulos ſignen al Santo, y en eſto todos lo ſon.] Ita Acatius, *vbi ſupra*, potuiſſetque D. Thomam citare *in 4. diſt. 19. q.2. art.3. q.1. ad* 1. vbi ait; [Niſi certiſſimis ſignis appareat incorrigibilitas, & exaſperatio ipſius futura, non debet fraterna admonitio prætermitti.] An vero hæc doctrina in crimine hæreſis ſit admittenda? Difficultate non vacat; quia D. Thom.2. 2. *q 33. art. 7.* expreſsè affirmat; [Si hæreticus, inquit, priuatim hominem à fide auertat, oportet ſtatim procedere ad denuntiationem, vt eiuſmodi nocumentum impediatur; niſi fortè aliquis firmiter exiſtimaret, &c.] prout refert Acatius ſupra. Vide Portel. *in dub. regul. verbo Correctio fraterna numer* 1. [Conſtat, inquit, ex Euangelio ante denuntiationem, in Inquiſitione præmittendam eſſe correctionem fraternam, quæ adeò neceſſaria eſt, vt ſi ſit ſpes, quòd illa proficiet, & ſufficiet, non eſt crimen denuntiandum Prælato, etiamſi crimen ipſum ſit contra communitatem, etiamſi ſit hæreſis.] Hæc Portel, & ante illum ex eodem Minorum Ordine Richardus de Mediauilla *in 4. diſt.19. tractat.3. quæſt.1.* Et cum D. Thom. *vbi ſup.* tenent diſcipuli, S. Antoninus 2 *p. tit.9. cap.6.*§ 4. M.Sotus *in relectione de tegendo ſecreto memb. 2. quæſt.4. concl.2.* vbi aſſerit hanc occaſionem eſſe perraram, caſum tamen eſſe poſſibilem in viro ſpectatæ probitatis, & doctrinæ: M. Bannez *in art.8. ad* 4. vbi dicit teneri ad hanc correctionem ſecretam, qui iudicaret, hæreticum ab ipſo poſſe, ea correctione, emendari. Quod etiam tenent M. Canus *de locis lib.12. cap.9. ad* 5. M. Paludanus, M. Fumus, Syluester, & plures alij apud Lorcam *diſput.47. num.22.* & apud Thomam Hurtado ſupra citatum *tom.1. tract.4. cap.6.* §.1. Nihilominus M. Penna *in direct. Inquiſ.2.p. Docum.*18. & ex illorum,

num. 11. reſpondent, hanc opinionem D. Thomæ, ſecluſis edictis Inquiſitorum, locum habere poſſe; ſecus, minimè, & hypotheſim illam D. Thom. P. Suarez *tom. de Fide diſput.*20.*ſect.*4. *Niſi fortè firmiter exiſtimare* dicit Petrus Hurtado 2. 2. *diſput.*163.*ſect.*3 §.75. eſſe moraliter impoſſibilem in Hiſpania, & vbi more Hiſpanienſi viget Quæſitorum ius, vel Eccleſiaſtici Prælati ſimili ſollicitudine vigilias agunt in hæreticos, ac proinde ſemper adeſſe obligationem ſtatim denuntiandi, omiſſa correctione fraterna. Quam doctrinam amplectuntur communiter Ieſuitæ.

4. Omitto opinionem M. Serra 2.2. *quæſt.* 8. *artic.*1. *dub.*1. *fol.* 515. vbi ait. [Quando crimen eſt emendatum, nullus tenetur illud denuntiare, &c. Quando autem cenſeatur delinquens emendatus? Quidem, inquit, aſſerunt Confeſſionem Sacramentalem probare aliquem eſſe emendatum; alij, conſequutionem Iubilæi &c.] Omitto etiam opinionem eiuſdem Serra cum aliis aſſerentis, non teneri denuntiare, qui non poteſt probare, vt vidimus *ſupra Prop.* 4. Nec memoro opinionem illam exterminandam Ioannis Santij in Selectis, cuius verba adducit Diana *p.*10. *tractat.*13. *reſolut.* 46. aſſerentis [Nec denuntiandi adeit obligatio, ſi fœmina ſollicitatur à ſuo maximo benefactore, aut amico,] quam, vt temerariam, & ſcandaloſam, & contra bonum publicum reiicit Carolus de Baucio *in Miſcel. caſuum conſcient. tom.*1.*opuſc.*2.*quæſt.*230. Denique omitto aliam, mihi non minus diſſonam, quam palliatè defendit Thomas Hurtado *tom.*1. *reſolut. moral. tractat.cap.*6. §.*reſolut.*8.§.2. vbi tradit: Pœnitentem ſollicitatam, ad inhoneſta in confeſſione, non teneri denuntiare Inquiſitoribus confeſſarium ſi eidem ſuum peccatum confiteatur. Verba eius ſunt. [Secundus modus euadendi denuntiationem, qui alicui forſan non videbitur improbabilis; (etſi ego de ipſo iudicium vltimum non feram, ipſum tamen ſubiicio, vt ſapientiores iudicent, quorum iudicio meum ſubmitto) eſt, ſi ſollicitatus confiteatur cum ſollicitante, hic poteſt ipſum abſoluere; neque enim Pontifex abſtulit ab illo iuriſdictionem, quoſcumque abſoluendi, quos poterat ante ſollicitationem, &c. ergo ſollicitatus vir, aut fœmina poterit abſolui à ſollicitante abſque onere denuntiandi, cum nemo teneatur ſe ipſum denuntiare nec facere, quòd alius denunciet ipſum, vt multos citans docet Diana *p.*1. *tract. denuntiat. reſolut.* 8. ſic reſponderunt Compluti graues Doctores interrogati inter quos F. Petrus de Lorca, Ambroſius Roman, & Emmanuel de Auila. Et Hieronymus Trimarchius *tract. de confeſſ. abutente, &c. diſput.*3.*nu.*44. dicit, ſic ſenſiſſe Franciſcum Mariam de Agrifoliis, & alios graues Doctores, & ipſe reputat probabile. Freitas *in Addit. ad Acunnam q.* 27. *n.*27.] Hæc Hurtado, licet infra limitet ad vnam, vel alteram vicem: quia alias, inquit, ſciens, & volens daret occaſionem peccandi mortaliter. [Ponit enim ſcandalum proximo cadendi in re grauiſſima.] Hæc ſi expendas, ſtrictiſſimam iudicabis opinionem, quam, cum formidine, dixit Palao videri probabilem.

PROPO-

Digitized by Google

PROPOSITIO X.

Non eſt obligatio denuntiandi Confeſſarium ſollicitantem in Confeſſione, niſi de crimine ſollicitationis infamatus ſit. Nec Inquiſitores poſſunt de illo cognoſcere, non præcedente infamia. Fagundez Ieſuita *Præcep. 2. Eccleſiæ lib. 4. cap. 3. num. 31.*

1 Reſp. Doctor citatus non ſequitur hanc opinionem; ſolùm dicit eſſe probabilem; quia eam defendunt Ioan. Andreas. Gundiſſal. Repertorium Inquiſit. Speculator, Gloſſa, Palacios, Angelus, Felinus, & Nauarrus apud Leandrum *infrà*, & reliqui *ſupra citati Propoſit.* 4. quatenus aſſerunt, crimen, quod non poteſt probari, non poſſe denuntiari; ſi verùm ſit, quod ait Leander *tractat. 5. de Pœnit. diſputat. 13. quæſt. 5.* idem eſſe non eſſe infamatum, ac ſollicitationem ita eſſe occultam, vt vni tantùm ſit nota. Requiritur ergo, vt ſollicitationis delictum ſaltem duobus ſit notum, vt locum habeant verba Conſtitutionum Pontificum, quibus iubent denuntiare: *De præmiſſis quomodolibet infamatos.* Hanc ſententiam tenuit, (licèt poſtea retractauit) Megala *in 1. editione libro 1. capite 5. numero 14.* & putat probabilem Leander à Sacrament. *tractatu 5. de Pœnitent. diſput. 13. quæſt. 5.* quamvis contrariam ſequatur cum Fagundez. Et nouiſſimè cum quadam reſtrictione defendit Thomas Hurtado *tom. 1. reſolut. moral. tractat. 4. cap. 8. reſolut. 57. numero 722.* vbi ſic ait. [Dico primò. Si confeſſor ſollicitans non eſt diffamatus de ſollicitatione, & aliàs eſt bonæ vitæ, & conſeruationis, ſi ſollicitata perſona habet Prudentiæ dictamen, quòd rectè ſentiat de Fide, non eſt denuntiandus, ſi ſemel, aut iterum ſollicitet eandem perſonam.] Subnectit verò *numero* 737. [Non requiri rigoroſam infamationem, ſed ſatis eſſe, vt quomodolibet infametur per indicia, & coniecturas.] Quam limitationem iam adhibuerat Fagundez, dicens [Debet præcedere aliqua infamia: minor tamen, quàm in aliis delictis, propter qualitatem illius. Quia Bulla Clement. VIII. de ſollicitantibus quomodolibet infamatis loquitur.] Hæc ille omninò videndus *in ſecunda editione Lugdunenſi anno* 1631. ab eodem Authore aucta, & emendata: vbi *loco citato numero* 83. poſtquàm ſolidis fundamentis probauit, non requiri, quòd præcedat infamia ad denuntiationem ſollicitantis; quia tamen contrariam opinionem probabilem eſſe dixerat, concludit. [Mihi non conſtat de praxi Dominorum Inquiſitorum, & ideò interim rem non definio, meúmque iudicium praxi huius Sanctiſſimi Tribunalis ſubiicio.]

2. Verùm ſententiam, quæ attribuitur Patri Fagundez, expreſsè tenet M. Michaël Zanardus Bergomenſis Sacræ Theologiæ Primarius Lector Ordinis Prædicatorum *in Directorio Conf. 2. 2. de Accuſatore capite* 52. vbi ſic ait. [Tertiò quæritur: an edicta, præcepta, excommunicationes Epiſcoporum, Inquiſitorum, &c. in qui-

bus

bus præcipitur, vt delicta, quovis modo non reuelentur, obligent ſcientes ad denuntiandum, vel accuſandum? Reſpondetur, quòd in quibuſdam caſibus obligant, & in quibuſdam non, &c. Non obligant, etiamſi iudex quærat delictum ad pœnam delinquenti infligendam; ſed delinquens nulla ſuper hoc delicto laboret infamia; nec contra eum ſint indicia: (attende) nam tunc: quamvis delictum ſit à tribus, vel quatuor, ſecretò cognitum, quilibet illorum poterit tacere, etiam ſtante præcepto. [Hactenus Zanardus. Videatur etiam M. Ioannes Martinez de Prado *tom.* 2. *Theol. moral cap.* 14. *quæſt.* 1. §. 2. *n.* 14. Vbi inquirens [Vtrum liceat accuſare aliquem de crimine, de quo non eſt infamatus?] ſic ait: [Eſt certum, quòd quando crimen nullo modo probari poteſt, apertè contra iuſtitiam peccari, ſi illud aperias, quia nullum ius habes illud patefaciendi, cum enim non poſſit probari, non poteſt quoque puniri; ac proindè non poteſt ex eius reuelatione aliud ſequi, quàm infamia.] Hæc ille. Quæ vel nil probant, vel idem euincunt in denuntiatione, vel teſtificatione, vt ex terminis patet.

3. Idem expreſſiùs tradit M. Marcus Serra 2. 2. *quæſtio* 67. *art.* 3. *dub.* 2. *concl.* 2. & *quæſt.* 70. *art.* 1. *dub.* 1. §. *Dicendum eſt* 2. Ibi. [quando Iudex, inquit, procedit via inquiſitionis ad punitionem Rei; ſi non procedat infamia, non tenetur teſtes contra illum teſtimonium ferre; etiamſi duo, vel plures iurati affirment aliquem, ipſis videntibus, crimen commiſiſſe.] Hæc ille. Conſonat Sylueſter *verb. teſtis quæſt.* 8. vbi tradit, quòd ſi crimen non pendet in futurum, non tenetur teſtis illud reuelare, niſi præceſſerit infamia, vel ſemiprobatum ſit. Vide etiam M. Sotum *lib.* 5. *de iuſtitia qu.* 6. *art.* 1. *in fine*: vbi ſic ait. (Interrogatis per viam inquiſitionis, non tenetis reſpondere, niſi vel infamia præceſſerit, vel indicia.) Et eſt doctrina D. Thomæ. 2. 2. *quæſt.* 70. *art.* 1. (Si exigatur, inquit, ab eo teſtimonium in aliis, puta in occultis, de quibus infamia non præceſſit, non tenetur ad teſtificandum.) Quapropter Thomas Hurtado *vbi ſupra numero* 723. non renuit dicere Dominos Inquiſitores non poſſe procedere contra Confeſſarium ſolicitantem, non præcedente infamia. (Si non adeſt ſuſpicio Fidei, nec præſumptio, in qua fundatur.)

4. Et abſolutè loquendo, quòd Iudex nequeat procedere ad ſpecialem inquiſitionem, niſi præcedat infamia, tradunt communiter Doctores. D. Th. pluribus in locis. *Quodlib.* 1. *artic.* 16. (In inquiſitione debet præcedere infamia.) 2. 2. *quæſtio.* 33. *artic.* 7. *ad* 5. [Vnde non habet (nempe Superior) poteſtatem præcipiendi de occultis, niſi pèr aliqua indicia manifeſtentur, puta per infamiam, vel aliquas ſuſpiciones.] cum D. Thoma conueniunt diſcipuli. Caietanus 2. 2. *qu.* 69. *art.* 2. (Inquiſitio non poteſt fieri, niſi de crimine illo, de quo aliquis eſt diffamatus. Nec eſt verum id, quod quidam ſcripſerunt, ſcilicet quòd infamatus de vno crimine, poſſit inquiri de aliis. Sed hoc eſt manifeſtè contra Decretalē Extrauu. *de Accuſationibus cap. Inquiſitio.* Et in tantùm Decretalis illa exigi vult præcedentem infamiam, ſuper aliquo crimine; vt ſi duo, vel plures iurati affirment aliquem, crimen aliquod, eiſdem videntibus,

commiſiſſe, de quo aliqua non laboret infamia, non eſt contra eum procedendum.) M. Sotus *de Secreto qu.6. memb.1. concl.1.* (Inquiſitio ſpecialis, qua intenditur pœna delinquentis, fieri inquit niſi infamia,& clamoroſa inſinuatione præcedente. Concluſio receptiſſima eſt omnibus, tam Theologis, quàm Iuris vtriuſque peritis.) Et ibidem *dub.4. & 5.* [Expreſsè in Canonibus citatis habetur, quòd non ſolùm requiritur infamia perſonæ ad inquiſitionem ; ſed quòd non poteſt fieri inquiſitio,niſi de illo crimine,de quo quis eſt infamatus.]

5. Idem ſentiunt reliqui Thomiſtæ. M.Tabiena M.Fumus, D. Antoninus, & alij apud Sanchez *in Conſiliis, tom.1. lib.6.c.3.dub.17.nu.*5. Quos ſequitur M.Bannez, *2.2.qu.69. art.2.* vbi ſic.[Ad interrogandum Reum de quovis delicto per viam inquiſitionis, qui neque eſt denuntiatus, neque accuſatus ; requiritur infamia, vel clamoroſa inſinuatio.]Denuntiatum intelligere per publicum Officialem, ſeu Fiſcalem, vt notat Sanchez *ſupra dub.20.nu.*13. [Quando Iudex, inquit procedit de denuntiatione publici Officialis, id eſt Fiſcalis ; tunc poteſt procedere abſque infamia. Ita Sylueſter *Inquiſitio. q.4.dicto.2.& 3.* Tabiena *ibi principio.* D. Antoninus 3. *part. tit.9.cap.7.§.3.* Angelus, Panormitan. Gregorius Lopez, Bartholus, Antonius Gomez & alij At,dicendum,hoc eſſe verum, quando denuntiat crimina notoria,vel famoſa ; tunc enim ad inquirendam non requiritur alia infamia: Si tamen denuntiaret crimina non publica, & in nullius præiudicium vergentia, tunc non poſſet fieri inquiſitio abſque infamia: ſicut ſi denuntiaret perſona priuata. Ita Sotus *vbi ſup. cap.3.* Nauarrus *Corollar.82. num.666.* & idem expreſsè Sylueſter Panormitanus,Tabiena, Angelus *vbi ſuprà.*] Hucuſque Sanchez.

6. Sed rogabis Quid ſit infamia facti de aliquo delicto ? Vide apud Sanchez *ſup.lib.6. cap.3. dub.4.* vbi ex comm.Doctorum dicit.[Eſſe opinionem maioris partis Viciniæ,ſeu Collegij, ſeu Vniuerſitatis, in qua quis commoratur.] Opinionem, ſcilicet apud bonos & graues viros. [Vnde ſi apud nos, inquit, fama maneat integra, etiamſi apud plures leues perſonas,fama maneat nō integra,ſed læſa, non dicitur infamia. Ita habetur expreſsè *Cap.Si qualiter.* Docet ibi Gloſſa, Turrecremata, Sotus, Caietanus, D. Antoninus, Sylueſter, Armilla, &c.]Hæc Sanchez Et omnia ſuperius dicta tradit etiam M.Zanardus *in Direct.2.2. cap.*38. vbi [Ad hoc, inquit, vt inquiſitio fieri poſſit, infamia debet præcedere, quæ regula in quocumque iudice currit] & *infrà.* (Sed notandum eſt,quòd ad hoc,vt aliquis dicatur de aliquo crimine infamia notatus, ſecundum Caietanum, *2.2. quæſt.69. art.1.* infra ſcripta requiruntur. Frequens vox, & grauis ſuſpicio hominum proborum, quòd talis tale crimen commiſerit : quapropter frequens vox mulierum ſæcularium, vel improbarum,vel infamæ ſortis infamiam non inducet.) Hæc ibi. Caietani verba ſunt. (Aduerte diligentiſſimè, quòd quando per viam inquiſitionis proceditur, oportet præcedere infamiam, & vocatur infamia non frequens vox diſcolorum;ſed frequens vox talis, vt apud probos, & prouidos viros, reddatur perſona de crimine tali rationabiliter ſuſpecta.) Quæ ſunt valdè notanda, quia Iudice non

non procedente iuridicè non eſt obligatio denuntiandi, nec teſtificandi.

7. Cæterùm pro Coronide placuit adiungere limitationem, quam præcedenti doctrinæ adhibet ſapientiſſimus, M. Dominicus de Soto *de Secreto. Memb.2.quæſtio.6.poſt 2.concl. §.Et poſtremò.* Vbi ſic ait. (Concluſio prima, videlicet, quòd abſque infamia non poteſt fieri inquiſitio, intelligitur de criminibus priuatis, quæ non ſunt in præiudicium tertij. Crimina enim publica, aut quæ ſunt in præiudicium tertij, quomodocumque cognoſcantur, inquirenda ſunt, & coërcenda, ſi ſunt in fieri, & damnum pendet in futurum.) Et §. *Sed excipientur, poſt* 4. *concl.* (Nam, quòd non liceat occultos peccatores inquirere abſque infamia, ſemper intelligitur de crimine iam præterito, quod inquiritur punitionis gratia, ſecus ſi inquiratur ad vitandum futurum damnum.) Hæc ille. Quæ oportet notare pro rectiſſimo Sanctæ Inquiſitionis Tribunali.

PROPOSITIO XI.

Sanctus Ignatius maiorem, quàm D. Paulus prudentiam Spiritus aſſecutus eſt. Et Apoſtoli, ſi hac tempeſtate degerent, eundem, quem Societas, viuendi modum amplexarentur. Ioannes Euſebius Ieſuita *in libello de Amore Ieſu, & Mariæ.*

1. Reſpond. Nec caput, nec folium citat Anonymus, ne facilè de mendacio conuincatur. Sed fruſtrà quia libellum integrum ſemel, & iterùm euolui, & nulla ex obiectis propoſitionibus in eo reperitur. Imò Author citatus, dum primùm audiuit, obſtupuit, exhorruit.

2. Imponitur Ioanni Euſebio pro Sancti Ignatij Prudentia effutiſſe, quod pro Angelici Præceptoris ſcientia iactauerat Nicolaus Ianſenius *in ſua Apologia pro Bzouio*, vbi ſic ſcripſit. (Licuiſſe D. Thomæ, vt à Magiſtrorum ſententiis, velut ad veritatis ſemitam, declinaret; nulli videbitur mirum qui expenderit, hunc Virum Sanctiſſimum electum eſſe, cui tribueret Cœlum Theſauros Sapientiæ Dei; cui Spiritus Sanctus ad aurem inſideret, (attende) cuius Scholam ingrederetur Paulus, quem ipſe Chriſtus ſecurum eſſe ſuæ doctrinæ iuberet.] Hæc Ianſenius. Verum in cultu D. Paulo debito medium virtutis non tenuit, per defectum. Sicut neque Sodalis alter per exceſſum, dum dixit. [Paulum vnà cum Petro indiuiduè, vna formali, ac per ſe Cathedra, cuius ſucceſſio ſit penes Pontifices, eſſe poſitum.] Sic docuit Franciſcus Combeffis *in Collatione Actorum Sextæ Synodi. fol.* 244. *&* 145. Cæterum hanc aſſertionem hæreſeos damnauit Innocentius X. die 24. Ianuarij anno 1647. Videatur Diana *tract. de Primatu ſolius D. Petri p.9.*

H 2 PROPO-

PROPOSITIO XII.

*Maior eſt perfectio, habere animum indifferentem ad exequendum, quod Deus reuelauerit quàm determinatum ad id, quod in Euangelio reuelauit, & docuit. In Libello primitiuo Exercitiorum Ieſuitarum fol.*31. *&* 32. *in editione Burgenſi anno* 1574.

1. RESP. In primo eiuſdem aurei Libelli folio, extat Bulla Pauli III. edita anno 1548. quæ incipit [Paſtoralis officij.] In qua poſt diligens, & accuratũ illius examen, de mãdato & ipſius Pontificis, cõmiſſum Eminẽtiſſ. Cardin. Burgenſi hæreticæ prauitatis Inquiſitori, Illuſtriſſimo Philippo Epiſcopo Saluciarum, & Vicario Generali Vrbis, & Reuer. Fratri Ægidio Foſcario Sacri Palatij Magiſtro; (vt in ipſa Bulla præfertur) inquit Summus Pontifex Paulus. III [Documenta, & Exercitia prædictas, ac omnia, & ſingula in eis contenta, authoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia noſtra approbamus, collaudamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.] Hæc ibi. Et conſtat etiam ex Breuiario Romano die 31. Iulij, Vbi in Feſto Sanctiſſimi Patriarchæ Ignatij, lectione quarta, dicitur. [Admirabilẽ illum compoſuit Exercitiorum librũ, Sedis Apoſtolicę iudicio, & omnium vtilitate comprobatum.] Ex quibus patet, non prædictam propoſitionem, à te obiectam, in libro Exercitiorum non contineri, aut à Summo Pontifice, ex certa ſcientia, & authoritate Apoſtolica approbatam, collaudatámque. Quomodò ergo temerariã, ſcandaloſam, & erroneam garrire nõ erubeſcis? Vide Concilium Conſtãtienſe in Bulla, quæ incipit [Inter cunctas Paſtoralis Curæ.] Quæ habetur poſt vltimam Seſſionem Concilij. Vbi poſt damnatos errores Wiclephi, & Ioannis Hus, præcipit Martinus. V. omnes de hæreſi ſuſpectos interrogari. [Vtrum credant, quod illud, quod Sacrum Concilium Conſtantienſe, Vniuerſalem repreſentans, approbat in fauorem Fidei, & ſalutem animarum, quòd hoc eſt ab vniuerſis fidelibus approbandum, & tenendum.] Et *infrà* [Vtrum credant, quòd conſuetudo communicandi perſonas Laicales ſub ſpecie panis tantùm ab Eccleſia Vniuerſali obſeruata, & per Sacrum Concilium Conſtantienſe approbata, ſit ſeruanda, ſic, quòd non liceat eam reprobare, & quòd dicentes pertinaciter oppoſitum præmiſſorum, tanquam hæretici, vel ſapientes hæreſim ſint arcendi & puniendi]

2. Vide Palaum *tom.*1. *tract.*4. *diſp.* 1. *punct.*5. §.6. *num.*6. vbi ait. [Dicendum exiſtimo de Fide eſſe, non poſſe Pontificem errare, &c. ita vt approbet tanquam conſentaneum Euangelicæ perfectioni, quod conſentaneum non ſit.] Cui conſonat Sylueſter *verb. Fides, num.*2. dum ait. [Ideò etiam ad fidem pertinet, inhærere determinationi Pontificis Summi, in his, quæ ſunt Fidei. Imò etiam, in his, quæ ſpectant ad bonos mores.] Vide etiam. M. Bannez. 2.2. *quaeſt.*1. *art.*10. *dub* 8. *concluſ.*4. ibi. [Non poteſt Summus Põtifex errare, in approbatione alicu-

ius

ius Religionis, quantùm ad Conſtitutiones. & Leges ſibi propoſitas;ita vt approbet Leges pernicioſas, aut nociuas ſaluti animarũ,&c.Quia cùm Pontifex approbat aliquam Religionem, vititur officio Summi Pontificis, proponens omnibus fidelibus talem religionem, non ſolùm vt conuenientem ad ſalutem eorum, qui voluerint eam profiteri; ſed etiam,ad perfectionem Charitatis, congruam eſſe his,qui illam obſeruauerint Ergo ſi in eiuſmodi approbatione,Pontifex erraret, pernicioſè deciperet fideles propriæ ſalutis cupidos. Quapropter eiuſdem cenſuris notandus eſt, qui hanc concluſionem negaret, ſicut ille, qui negat tertiam præallegatam. Tam certa (inquit ibi) eſt concluſio, vt oppoſitum non dubitem eſſe hæreticum.) Hæc ille. Expende. An Pontifex approbando Exercitia, Authoritate Apoſtolica,vſus fuerit officio Sũmi Pontificis,eaque vt ſaluti fidelium cõuenientia,& perfectionis Charitatis congrua,ex certa ſciẽtia approbauerit.[Nos igitur(inquit Paulus III.) qui Documenta, & Exercitia huiuſmodi examinari fecimus, & quæ pietate,ac ſanctitate plena,& ad ædificationem, & ſpiritualem profectum fidelium valde vtilia,& ſalubria eſſe,& fore comperimus; authoritate prædicta, tenore præſentium approbamus, collaudamus, hortantes plurimùm in Domino omnes, & ſingulos vtriuſque ſexus fideles, vt tam piis Documentis, & Exercitiis vti, & illis inſtrui deuotè velint, &c.] Si autem in eiuſmodi approbatione Pontifex erraret, pernicioſè deciperet fideles. Debes ergo dicere cum M. Bannez. [Tam certa eſt concluſio, vt oppoſitum non dubitem eſſe hæreticum.]

3. Hinc conſequentiam, abſque præiudicio, concedes. Quia propoſitio à te obiecta non cõtinetur in prædicto Exercitiorum libro, ſed longiſſimè diuerſa. Nimirum quòd tradens Exercitia, dum tradit, non debet accipienti ſuadere, vt Cœlibatum, aut Religionem aut aliam Euangelicam Perfectionem amplectatur, ſed ſtare in æquilibrio, ſinendo, vt immediatè Deus Creaturæ ſeſe communicet. En verba Sanctiſſimi Patriarchæ Ignatij *in editione Burgenſi citata anno 1574. & in antiquiori Viennenſi anno 1563. Annotatione decima quinta.* [Tradens Exercitia non debet alterum compellere ad Paupertatem, & promiſſionem eius, magis quàm ad oppoſitum neque ad hoc potiùs, quàm ad illud inſtitutum: Quia licet extra Exercitia licitum ſit, & pro merito ducendum, ſi quis Cœlibatum, aut Religionem, aut aliam quamcumque Euãgelicam Perfectionem amplecti ſuadeat his omnibus, quos ex perſonarum, & conditionum ratione, probabile ſit fore idoneas: longè tamen conuenientiùs, meliúſque eſt, inter Exercitia ipſa, id non attentare; ſed Dei potiùs voluntatem quærere, atque præſtolari: donec ipſe Creator, ac Dominus noſter Animæ deuotæ ſeſe communicet eámque amplexans ad ſui amorem, laudem, & ſeruitium diſponat. Quapropter dictanti Exercitia ſtandum eſt in æquilibrio, ſinendúmque; vt citra medium Creator ipſe cum creatura, & hæc viciſſim cum illo, rem tranſigat.] Hactenus Sãctiſſimus Patens, cuius verba ſatis perſpicua ſunt. Vnde neſcio cui calumniam vertam: Ignorantiæ? An malitiæ? Cum tantus Magiſter, & Patriarcha non contumelioſis verbis dejici, ſed his

potiùs laudibus extolli deberet, quibus Hieronymus afficit Auguſtinum (*Epiſt.25.tom.2.Epiſt.Aug.*) [Scit, inquit, quid dicam, Prudentia tua, Mactæ virtute in orbe celebraris. Catholici te conditionem antiquę Fidei venerātur, & quod ſignum maioris gloriæ eſt, omnes hæretici deteſtantur.)

PROPOSITIO XIII.

Si Ignatius collecturus Societatem, gladium exacutum relinqueret; ſaccum, cilicium, famem oſtentaret, quoties hypocriſis notam incurreret? Verùm ſapientior ipſe gladius acútus, non hypocritum imperium portans, pallio, & calceis obtegit gladij duritiem. [Sunt formalia verba Ieſuitæ Baëza *tom.1.in Euang.lib.2.cap.7.§.11.*]

1. ℟. PRimā huius propoſitionis partem, experientia vetiſſimam demonſtrat. Etenim, ſi laneo pallio tecti, ſi calceis muniti; præ modeſtia tamen, quâ incedunt; præ honeſtate, & pudicitia, quam præ ſe ferunt; & præ patientia, quâ contumelias, & opprobria ſuſtinent, hypocriſis notam fugere non valuere; quam non incurriſſent, ſi ſaccum, cilicium, & nuditatem oſtentaſſent? Quòd autem verba illa ſubiunxerit. (Non hypocritum imperium portans;) non eſt, cur in vilipendium auſteritatum vertantur. Hoc enim valdè alienum eſt ab Authoris mente, quæ, vt legenti conſtabit, ſatis perſpicua eſt. Nam, cum explicuiſſet illud *Sapientiæ* 18. de Angelo in Ægyptios primogenitos miſſo; (Gladius acutus inſimulatum imperium portans repleuit omnia morte.) Subnectit. (Græcè ſonat, non fictum, non hypocritum imperium portans.) Ideſt, Angelus non huc inde reuelatū gladium agebat, nullo Ægyptiorum, ſub gladio, cadente, ſed gladius minimè apparebit; occultus tamen & tectus omnia mortibus replebat. Applicat Sanctiſſimo Patriarchæ Ignatio, cuius pœnitentiæ gladius. (Sub lino, & lana abſconditus inquit, non fictum, non hypocritum imperium portans, repleuit omnia morte.) Ideſt non reuelatum pœnitentiæ gladium huc inde agebat Ignatius, nullo ſub gladio, cadente. (Sed cùm tegitur, cùm linum, lana oſtenditur, plures iuuenes, & Magiſtros, viróſque nobiles. Deo Optimo Maximo mactat, litat.) Hæc Baëza Quid ergo calumniâ dignum, in hac Panegyrica, & concionatoria applicatione?

PROPO-

PROPOSITIO XIV.

Religioſi Dominicani non ſunt Inquiſitores inſtituendi, nec admittendi, vt accuſatores, neque vt teſtes, neque vt cenſores librorum in cauſis Fidei. Del-Rio Ieſuita *In Epiſtola Dedicatoria, quæ expungi mandata eſt.*

1. R. HÆc propoſitio non inuenitur in Del Rio, nec vnquam fuit typis data, ne dum expungi mandata. Et vt clariùs rem euincam, verba eius dabo, ex præallegata Epiſtola Apologetica ad Supremum Sanctæ Romanæ Inquiſitionis Tribunal, quę nūc extat *in tomo de Magia edito Lugduni anno* 1608. ibi ergo ſic ſcribit. [Religioſi Dominicani, quia ſe palã, vt aduerſarios, & impugnatores Societatis gerunt; vel cãculum, ex inſidiis, arrodunt; vel, magno nixu, per Hiſpaniã, Italiam, & alias Orbis partes, inuidiam Societatis excitare, & Patrum Societatis ſententias, atque ſcripta, per ſe, ac Emiſſarios ſuos, mẽdaces hiſtoricos, & alios denigrare moliuntur, curantes maximoperè, vt vel libri prohibeantur, vel ad tempus lectio ſuſpẽdatur, vel aliquâ ignominiæ notâ aſpergantur. Quamobrem contendo, Inſtituti huius homines, neque vt Iudices, neque vt teſtes, (attende) contra Societatis noſtræ homines, vel Societatis ſcripta, vllo modo, admittendos; ſed pro accuſatoribus, & aduerſariis audiendos, habendóſque.] Ita Del-rius.

2. Hæc forſan moliebantur olim, contra Societatẽ, Patres Dominicani, quapropter, pro accuſatoribus, non pro Iudicibus, nec teſtibus, contra ipſam; (non contra reliquos, vt falsò ei imponitur) contendebat Del Rius. Modò verò longè aliter ſe gerunt, & (vt audio) ſtricto, amicitiæ fœdere, Ieſuitis coniuncti ſunt. Quamobrem Reuerẽdiſſimus Pater Generalis Societatis, prædictam Epiſtolam Apologeticam, vlteriùs typis dari non permiſit. Deſiderat enim eos, Societas, vt iudices, & vt teſtes; vt accuſatores non timet.

PROPOSITIO XV.

Plures propoſitiones defendebant, apud Indos, Ieſuitæ, contra poteſtatem, & Iuriſdictionem Epiſcopi; ſuper quibus condemnati fuerunt ab Innocentio X. in Bulla expedita die 14. *Maij anno* 1648.

1. R. VNico verbo. Eas, quas Ieſuitæ, reliquæ etiam Religiones tuebantur, innixæ priuilegiis Summ. Pontificum, pro Indis, ſpecialiter conceſſis, quæ poſt à reuocata à Gregorio XV. reualidauit Vrbanus VIII. vt affirmant Salgado *tomo de Retentione Bullar.* & Augustinus

nus de Bellis *in Allegatione, Hiſpano Idiomate, conſcripta*, §.1. *num.*2. Sic enim ait. [*Dado caſo, que dicha Bulla* (nempe Gregorij) *eſtuuieſſe recibida en Eſpanna, aun no tiene fuerça, porque eſtà reuocada ya por nueſtro Santiſſimo Padre Vrbano* VIII. *por vna Bulla fecha à* 1. *de Mayo de* 1625. *En que a inſtancia de todas las Religiones de Eſpanna, confirmò, entre otros priuilegios, vn decreto de la Congregacion del Concilio, traido por Barboſ.*1.*Paſt.alleg.*76.*numero* 24. *que dize aſſi.* [Congregatio Concilij cenſuit, Regulares, qui abſque licentia Epiſcopi, prædicauerint in Eccleſiis, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, tametſi Decreto Concilij *Seſſ.*5. *cap.*11. contrafecerint, non poſſe tamen puniri ab Epiſcopo, ſed tantùm à ſuis Superioribus Regularibus.] *Eſta Bulla ſobre dica de Vrbano* VIII. *con todos los priuilegios, que confirma a los Regulares, ſe halla en vn librillo impreſſo, y legalizado por orden del Eminentiſſimo ſennor Cardenal Pamphilio, entonces Nuncio Apoſtolico en eſtos Reynos de Eſpanna.*] Hactenus R.P.D. Auguſtinus de Bellis.

2. Verùm, cùm pro locorum diſtantia, Vrbani Bulla Epiſcopo non innotuiſſet, ab incœpta lite dimouere non potuit. Nec mirum, quia ſummâ diligentiâ Romæ conquiſita, poſt ſententiam ab Innocentio X. iam latam, confirmantem reuocationem priuilegiorum à Gregorio XV. factam, comperta fuit, quæ proindè, veluti poſt bellum auxilium, Ieſuitis non profuit. Voluit enim Pontifex, quòd Religioſi, in poſterùm, prædictis priuilegiis, etſi ab Vrbano confirmatis, non fruerentur. Nullam verò ex Propoſitionibus, à Ieſuitis, ſicut & ab aliis Regularibus, defenſatam, vllâ cenſuræ notâ, maculauit. Et dubitationes indè exortas, partim in Epiſcopi, & in Ieſuitarum partim fauorem, diſſoluit, vt conſtat ex eadem Innocentij Bulla. Cuius verba, breuitatis causâ, non refero.

EX TRACTATV DE CHARITATE

PROPOSITIO I.

Præceptum amandi Deum ſolùm obligat in articulo mortis. Ita Ieſuitæ *in publicis diſputationibus, in Vniuerſitate Complutenſi.*

1. ℞. CONTRARIA ſententia eſt communis inter Ieſuitas. Suarez *de Charitate diſp.* 5. *ſect.* 3. *num.* 4. [Dico teneri hominem, non prorſus ceſſare, tota vita, ab hoc amore, ſed aliquando illum iterare. Quare qui, per multos annos, non exercet hunc actum amoris, delinquit contra Charitatem.] Coninch *diſput.* 24. *dub. numero.* 51. [Videtur omnino moraliter peccaturus, ſi hoc præceptum quis ad tres, vel quatuor annos ſpontè differat.] Caſtro Palao *to.* 1. *tract.* 6. *diſp.* 1. *punct.* 4. *num.* 10. [Exiſtimo quemlibet adultum teneri, aliquoties in vita, ita vt, non multo tempore, hoc exercitium differatur; reputarem autem dilationem trium annorum eſſe grauem.] Hæc ille, & alij communiter. Verùm, cùm tempus huius obligationis nullum ius, nec naturale, nec diuinum, nec humanum determinet, indè exorta opinionum diuerſitas.

2. Sapientiſſimus. M. Bannez. 2. 2. *quæſt.* 44. *art.* 1. *dub.* 1. *concluſ.* 3. §. [Alij dicunt.] Ad exonerandas conſcientias, ne ſcrupulis, circa eiuſmodi præcepti adimpletionem, continuò angantur, plauſibilem ſatis tradit doctrinam. Verba eius ſunt. [Nihilominùs dico ſecundò, quod abſque ſcrupulo credi poteſt, quòd qui dignè ſumit Euchariſtiam ſemel in anno, adimplet ſimul ſpeciale præceptum Charitatis.] Sic ille. Quem ſuppreſſo nomine, citat. M. Serra 2. 2. *quæſt.* 44. *in fine*, vbi ait. [Certum eſt, præceptum Charitatis obligare, vt pluries in diſcurſu vitæ, actum dilectionis Dei, & proximi eliciat homo. Sunt nihilominùs qui dicant, abſque ſcrupulo, credi poſſe, ſpeciale præceptum Charitatis adimpleuiſſe eum, qui ſemel in anno quolibet, dignè Euchariſtiam ſumpſit.] Verùm cùm, Euchariſtia, ſemel in anno quolibet, dignè ſumi poſſit, quin præcedat actus ſpecialis Charitatis, ſolâ confeſſione, ex animo attrito, procedente; videtur. M. Bannez commutaſſe præceptum ſpeciale Charitatis, in præceptum ſumendi Euchariſtiam, quod eſt æquiualenter illud negare.

Digitized by Google

feſſarius ſollicitans malè ſentiat de fide, non eſt denuntiandus. Ita ex illo refert Thomas Hurtados *tom.1. reſol. moral. tract. 4. cap. 8. reſol. 57.* & ipſe partim ſequitur, (vt videbimus Prop. ſequenti) quando confeſſarius [non eſt diffamatus de ſollicitatione, & aliàs eſt bonæ vitæ, & conuerſationis.] Putant etiam grauiſſimi Magiſtri, quòd ſi crimen ſollicitationis ſit occultum, habeatúrque ſpes, quòd per ſecretam monitionem, confeſſarius emendabitur, non licet eum denuntiare. Ita M. Ioannes de la Cruz *in direct. conſcientia 1. p. precep. 5. q. 2. dub. 5. concl. 2.* M. Acatius de Velaſco *tom. 1. reſol. moral. verb. Denuntiatio reſol.* 130. M. Souſa, M. Texeda, M. Canus, M. Ledeſma, M. Ludouicus Lopez, & alij, & eſt communis inter Thomiſtas, vt omnes citans ait Diana *1. p. tract. 4. reſ. 2. & p. 3. tr. 8. reſol. 46.* Videatur Thomas Hurtado *tom. 1. tract. 4. cap. 6. §. 1.* Ibi pro hac ſententia refert, & ſequitur octo ſupra triginta Doctores.

3. Nec miror, quia loquendo de omni denuntiatione iudiciali, qualis eſt, quæ fit in Tribunali Sanctæ Inquiſitionis, (vt notat Acatius) eſt expreſſa doctrina D. Thomæ. [Eſta ſentencia, inquit, enſenna expreſſamente Santo Thomas, porque hablando de los pecados mas graues, y mas en damno del bien comun, como de la heregia, y entrega de la ciudad, dize]: (delinquentem denuntiandum) [Niſi fortè aliquis firmiter exiſtimaret, quòd ſtatim, per ſecretam admonitionem, poſſet eiuſmodi mala impedire, todos ſus dicipulos ſiguen al Santo, y en eſto todos lo ſon.] Ita Acatius, *vbi ſupra*, potuiſſetque D. Thomam citaſe *in 4. diſt. 19. q. 2. art. 3. q. 1. ad 1.* vbi ait; [Niſi certiſſimis ſignis appareat incorrigibilitas, & exaſperatio ipſius futura, non debet fraterna admonitio prætermitti.] An vero hæc doctrina in crimine hæreſis ſit admittenda? Difficultate non vacat; quia D. Thom. 2. 2. *q. 33. art. 7.* expreſsè affirmat; [Si hæreticus, inquit, priuatim hominem à fide auertat, oportet ſtatim procedere ad denuntiationem, vt eiuſmodi nocumentum impediatur; niſi fortè aliquis firmiter exiſtimaret, &c.] prout refert Acatius ſupra. Vide Portel. *in dub. regul. verbo Correctio fraterna numer 1.* [Conſtat, inquit, ex Euangelio ante denuntiationem, in Inquiſitione præmittendam eſſe correctionem fraternam, quæ adeò neceſſaria eſt, vt ſi ſit ſpes, quòd illa proficiet, & ſufficiet, non eſt crimen denuntiandum Prçlato, etiamſi crimen ipſum ſit contra communitatem, etiamſi ſit hæreſis.] Hæc Portel, & ante illum ex eodem Minorum Ordine Richardus de Mediauilla *in 4 diſt. 19. tractat. 3. quæſt. 1.* Et cum D. Thom. *vbi ſup.* tenent diſcipuli, S. Antoninus 2 *p. tit. 9. cap. 6.* § 4. M. Sotus *in relectione de tegendo ſecreto memb. 2. quæſt. 4. concl. 2.* vbi aſſerit hanc occaſionem eſſe perraram, caſum tamen eſſe poſſibilem in viro ſpectatæ probitatis, & doctrinæ: M. Bannez *in art. 8. ad 4.* vbi dicit teneri ad hanc correctionem ſecretam, qui iudicaret, hæreticum ab ipſo poſſe, ea correctione, emendari. Quod etiam tenent M. Canus *de locis lib. 11. cap. 9. ad 5.* M. Paludanus, M. Fumus, Syluester, & plures alij apud Lorcam *diſput. 47. num. 22.* & apud Thomam Hurtado ſupra citatum *tom. 1. tract. 4. cap. 6. §. 1.* Nihilominus M. Penna *in direct. Inquiſ. 2. p. Docum. 18.* & ex illorum,

num. 11. reſpondent, hanc opinionem D. Thomæ, ſecluſis edictis Inquiſitorum, locum habere poſſe; ſecus, minimè, & hypotheſim illam D. Thom. P. Suarez *tom. de Fide diſput.* 20. *ſect.* 4. *Niſi fortè firmiter exiſtimare* dicit Petrus Hurtado 2. 2. *diſput.* 163. *ſect.* 3 §. 75. eſſe moraliter impoſſibilem in Hiſpania, & vbi more Hiſpanienſi viget Quæſitorum ius, vel Eccleſiaſtici Prælati ſimili ſollicitudine vigilias agunt in hæreticos, ac proinde ſemper adeſſe obligationem ſtatim denuntiandi, omiſſa correctione fraterna. Quam doctrinam amplectuntur communiter Ieſuitæ.

4. Omitto opinionem M. Serra 2. 2. *quæſt.* 8. *artic.* 1. *dub.* 1. *fol.* 515. vbi ait. [Quando crimen eſt emendatum, nullus tenetur illud denuntiare, &c. Quando autem cenſeatur delinquens emendatus? Quidem, inquit, aſſerunt Confeſſionem Sacramentalem probare aliquem eſſe emendatum; alij, conſequutionem Iubilæi &c.] Omitto etiam opinionem eiuſdem Serra cum aliis aſſerentis, non teneri denuntiare, qui non poteſt probare, vt vidimus *ſupra Prop.* 4. Nec memoro opinionem illam exterminandam Ioannis Santij in Selectis, cuius verba adducit Diana *p.* 10. *tractat.* 13. *reſolut.* 46. aſſerentis [Nec denuntiandi aderit obligatio, ſi fœmina ſollicitatur à ſuo maximo benefactore, aut amico,] quam, vt temerariam, & ſcandaloſam, & contra bonum publicum reiicit Carolus de Baucio *in Miſcel. caſuum conſcient. tom.* 1. *opuſc.* 2. *quæſt.* 230. Denique omitto aliam, mihi non minus diſſonam, quam palliatè defendit Thomas Hurtado *tom.* 1. *reſolut. moral. tractat. cap.* 6. §. *reſolut.* 8. §. 2. vbi tradit: Pœnitentem ſollicitatam, ad inhoneſta in confeſſione, non teneri denuntiare Inquiſitoribus confeſſarium ſi eidem ſuum peccatum confiteatur. Verba eius ſunt. [Secundus modus euadendi denuntiationem, qui alicui forſan non videbitur improbabilis; (etſi ego de ipſo iudicium vltimum non feram, ipſum tamen ſubiicio, vt ſapientiores iudicent, quorum iudicio meum ſubmitto) eſt, ſi ſollicitatus confiteatur cum ſollicitante, hic poteſt ipſum abſoluere; neque enim Pontifex abſtulit ab illo iuriſdictionem, quoſcumque abſoluendi, quos poterat ante ſollicitationem, &c. ergo ſollicitatus vir, aut fœmina poterit abſolui à ſollicitante abſque onere denuntiandi, cum nemo teneatur ſe ipſum denuntiare nec facere, quòd alius denunciet ipſum, vt multos citans docet Diana *p.* 1. *tract. denuntiat. reſolut.* 8. ſic reſponderunt Compluti graues Doctores interrogati inter quos F. Petrus de Lorca, Ambroſius Roman, & Emmanuel de Auila. Et Hieronymus Trimarchius *tract. de confeſſ. abutente, &c. diſput.* 3. *nu.* 44. dicit, ſic ſenſiſſe Franciſcum Mariam de Agrifoliis, & alios graues Doctores, & ipſe reputat probabile. Freitas *in Addit. ad Acuñam q.* 27. *n.* 27.] Hæc Hurtado, licet infra limitet ad vnam, vel alteram vicem: quia alias, inquit, ſciens, & volens daret occaſionem peccandi mortaliter. [Ponit enim ſcandalum proximo cadendi in re grauiſſima.] Hæc ſi expendas, ſtrictiſſimam iudicabis opinionem, quam, cum formidine, dixit Palao videri probabilem.

PROPO-

PROPOSITIO X.

Non eſt obligatio denuntiandi Confeſſarium ſollicitantem in Confeſſione, niſi de crimine ſollicitationis infamatus ſit. Nec Inquiſitores poſſunt de illo cognoſcere, non præcedente infamia. Fagundez Ieſuita *Præcep. 2. Eccleſiæ lib. 4. cap. 3. num. 31.*

1. RESP. Doctor citatus non ſequitur hanc opinionem; ſolùm dicit eſſe probabilem; quia eam defendunt Ioan. Andreas, Gundiſſal. Repertorium Inquiſit. Speculator, Gloſſa, Palacios, Angelus, Felinus, & Nauarrus apud Leandrum *infrà*, & reliqui *ſupra citati Propoſit. 4.* quatenus aſſerunt, etiamen, quod non poteſt probari, non poſſe denuntiari; ſi verùm ſit, quod ait Leander *tractat. 5. de Pœnit. diſputat. 13. quæſt. 5.* idem eſſe non eſſe infamatum, ac ſolicitationem ita eſſe occultam, vt vni tantùm ſit nota. Requiritur ergo, vt ſollicitationis delictum ſaltem duobus ſit notum, vt locum habeant verba Conſtitutionum Pontificum, quibus iubent denuntiare: *De præmiſſis quomodolibet infamatos.* Hanc ſententiam tenuit, (licèt poſtea retractauit) Megala *in 1. editione libro 1. capite 5. numero* 14. & putat probabilem Leander à Sacrament. *tractatu 5. de Pœnitent. diſput. 13. quæſt. 5.* quamvis contrariam ſequatur cum Fagundez. Et nouiſſimè cum quadam reſtrictione defendit Thomas Hurtado *tom. 1. reſolut. moral. tractat. 4. cap. 8. reſolut. 57. numero* 722. vbi ſic ait. [Dico primò. Si confeſſor ſollicitans non eſt diffamatus de ſollicitatione, & aliàs eſt bonæ vitæ, & conſeruationis, ſi ſollicitata perſona habet Prudentiæ dictamen, quòd rectè ſentiat de Fide, non eſt denuntiandus, ſi ſemel, aut iterum ſollicitet eandem perſonam.] Subnectit verò *numero* 737. [Non requiri rigoroſam infamationem, ſed ſatis eſſe, vt quomodolibet infametur per indicia, & coniecturas.] Quam limitationem iam adhibuerat Fagundez, dicens [Debet præcedere aliqua infamia: minor tamen, quàm in aliis delictis, propter qualitatem illius. Quia Bulla Clement. VIII. de ſollicitantibus quomodolibet infamatis loquitur.] Hæc ille omninò videndus *in ſecunda editione Lugdunenſi anno* 1632. ab eodem Authore aucta, & emendata: vbi *loco citato numero* 83. poſtquàm ſolidis fundamentis probauit, non requiri, quòd præcedat infamia ad denuntiationem ſollicitantis; quia tamen contrariam opinionem probabilem eſſe dixerat, concludit. [Mihi non conſtat de praxi Dominorum Inquiſitorum, & ideò interim rem non definio, meúmque iudicium praxi huius Sanctiſſimi Tribunalis ſubiicio.]

2. Verùm ſententiam, quæ attribuitur Patri Fagundez, expreſsè tenet M. Michaël Zanardus Bergomenſis Sacræ Theologiæ Primarius Lector Ordinis Prædicatorum *in Directorio Conf. 2. 2. de Accuſatore capite* 52. vbi ſic ait. [Tertiò quæritur: an edicta, præcepta, excommunicationes Epiſcoporum, Inquiſitorum, &c. in quibus

bus præcipitur, vt delicta, quovis modo nota reuelentur, obligent ſcientes ad denuntiandum, vel accuſandum? Reſpondetur, quòd in quibuſdam caſibus obligant, & in quibuſdam non, &c. Non obligant, etiamſi Iudex quærat delictum ad pœnam delinquenti infligendam; ſed delinquens nulla ſuper hoc delicto laboret infamia; nec contra eum ſint indicia: (attende) nam tunc: quamvis delictum ſit à tribus, vel quatuor, ſecretò cognitum, quilibet illorum poterit tacere, etiam ſtante præcepto. [Hactenus Zanardus. Videatur etiam M. Ioannes Martinez de Prado *tom.2. Theol. moral cap.14. quæſt.1. §.2. n.14.* Vbi inquirens [Vtrum liceat accuſare aliquem de crimine, de quo non eſt infamatus?] ſic ait. [Eſt certum, quòd quando crimen nullo modo probari poteſt, apertè contra iuſtitiam peccari, ſi illud aperias, quia nullum ius habes illud patefaciendi, cum enim non poſſit probari, non poteſt quoque puniri; ac proindè non poteſt ex eius reuelatione aliud ſequi, quàm infamia.] Hæc ille. Quæ vel nil probant, vel idem euincunt in denuntiatione, vel teſtificatione, vt ex terminis patet.

3. Idem expreſſiùs tradit M. Marcus Serra 2.2. *quæſtio 67. art.3. dub.2. concl.2. & quæſt.70. art.1. dub.1. §. Dicendum eſt* 2. Ibi. [quando Iudex, inquit, procedit via inquiſitionis ad punitionem Rei; ſi non procedat infamia, non tenetur teſtes contra illum teſtimonium ferre; etiamſi duo, vel plures iurati affirment aliquem, ipſis videntibus, crimen commiſiſſe.] Hæc ille. Conſonat Sylueſter *verb. teſtis quæſt.*8. vbi tradit, quòd ſi crimen non pendet in futurum, non tenetur teſtis illud reuelare, niſi præceſſerit infamia, vel ſemiprobatum ſit. Vide etiam M. Sotum *lib.5. de iuſtitia qu.6. art.1. in fine:* vbi ſic ait. (Interrogatus per viam inquiſitionis, non teneris reſpondere, niſi vel infamia præceſſerit, vel indicia.) Et eſt doctrina D. Thomæ 2.2. *quæſt.70. art.1.* (Si exigatur, inquit, ab eo teſtimonium in aliis, puta in occultis, de quibus infamia non præceſſit, non tenetur ad teſtificandum) Quapropter Thomas Hurtado *vbi ſupra numero 723.* non timuit dicere Dominos Inquiſitores non poſſe procedere contra Confeſſarium ſolicitantem, non præcedente infamia. (Si non adeſt ſuſpicio Fidei, nec præſumptio, in qua fundatur.)

4. Et abſolutè loquendo, quòd Iudex nequeat procedere ad ſpecialem inquiſitionem, niſi præcedat infamia, tradunt communiter Doctores. D. Th. pluribus in locis. *Quodlib.1. artic.16.* (In inquiſitione debet præcedere infamia.) 2.2. *quæſtio.33. artic.7. ad 5.* [Vnde non habet (nempe Superior) poteſtatem præcipiendi de occultis, niſi per aliqua indicia manifeſtentur, puta per infamiam, vel aliquas ſuſpiciones.] cum D. Thoma conueniunt diſcipuli. Caietanus 2.2. *qu.69. art.2.* (Inquiſitio non poteſt fieri, niſi de crimine illo, de quo aliquis eſt diffamatus. Nec eſt verum id, quod quidam ſcripſerunt, ſcilicet quòd infamatus de vno crimine, poſſit inquiri de aliis. Sed hoc eſt manifeſtè contra Decretale Extrauo. *de Accuſationibus cap. Inquiſitio.* Et in tantùm Decretalis illa exigi vult præcedentem infamiam, ſuper aliquo crimine; vt ſi duo, vel plures iurati affirment aliquem, crimen aliquod, eiſdem videntibus,

Digitized by Google

commiſiſſe, de quo aliqua non laboret infamia, non eſt contra eum procedendum. *)* M.Sotus *de Secreto qu.6. memb.1. concl.1.* *(*Inquiſitio ſpecialis, qua intenditur pœna delinquentis, fieri inquit niſi infamia,& clamoroſa inſinuatione præcedente. Concluſio receptiſſima eſt omnibus, tam Theologis, quàm Iuris vtriuſque petitis.) Et ibidem *dub.4.* & 5. [Expreſsè in Canonibus citatis habetur, quòd non ſolùm requiritur infamia perſonæ ad inquiſitionem ; ſed quòd non poteſt fieri inquiſitio,niſi de illo crimine,de quo quis eſt infamatus.]

5. Idem ſentiunt reliqui Thomiſtæ. M.Tabiena M.Fumus, D. Antoninus, & alij apud Sanchez *in Conſiliis, tom.2. lib.6.c.3.dub.17.nu* 5. Quos ſequitur M.Bannez, 2.2.*qu.69. art.2.* vbi ſic.[Ad interrogandum Reum de quovis delicto per viam inquiſitionis, qui neque eſt denuntiatus, neque accuſatus ; requiritur infamia , vel clamoroſa inſinuatio.]Denuntiatum intelligere per publicum Officialem, ſeu Fiſcalem , vt notat Sanchez *ſupra dub.20.nu.13.* [Quando Iudex, inquit procedit de denuntiatione publici Officialis, id eſt Fiſcalis ; tunc poteſt procedere abſque infamia. Ita Syluester *Inquiſitio.* q.4.*dicto.2.*& 3.Tabiena *ibi principio.* D. Antoninus 3. *part. tit.9.cap.7.§.3.* Angelus, Panormitan. Gregorius Lopez , Bartholus, Antonius Gomez & alij At,dicendum,hoc eſſe verum, quando denuntiat crimina notoria,vel famoſa ; tunc enim ad inquirendam non requiritur alia infamia: Si tamen denuntiaret crimina non publica , & in nullius præiudicium vergentia , tunc non poſſet fieri inquiſitio abſque infamia: ſicut ſi denuntiaret perſona priuata. Ita Sotus *vbi ſup. cap.3.* Nauarrus *Corollar.82. num.666.* & idem expreſsè Syluester Panormitanus,Tabiena, Angelus *vbi ſuprà.*] Hucuſque Sanchez.

6. Sed rogabis Quid ſit infamia facti de aliquo delicto ? Vide apud Sanchez *ſup.lib.6. cap.3. dub.4.* vbi ex comm.Doctorum dicit.[Eſſe opinionem maioris partis Viciniæ,ſeu Collegij , ſeu Vniuerſitatis , in qua quis commoratur.] Opinionem , ſcilicet apud bonos & graues viros. [Vnde ſi apud nos , inquit, fama maneat integra, etiamſi apud plures leues perſonas,fama maneat nó integra,ſed læſa, non dicitur infamia. Ita habetur expreſsè *Cap.Si qualiter.*Docet ibi Gloſſa, Turrecremata, Sotus, Caietanus, D. Antoninus , Syluester , Armilla, &c.]Hæc Sanchez Et omnia ſuperius dicta tradit etiam M.Zanardus *in Direct.2.2. cap.38.* vbi [Ad hoc, inquit, vt inquiſitio fieri poſſit , infamia debet præcedere , quæ regula in quocumque iudice currit] & *infrà.* *(* Sed notandum eſt,quòd ad hoc,vt aliquis dicatur de aliquo crimine infamia notatus , ſecundum Caietanum, 2.2. *quæſt.69. art.1.* infra ſcripta requiruntur. Frequens vox, & grauis ſuſpicio hominum proborum, quòd talis tale crimen commiſerit *:* quapropter frequens vox mulierum ſæcularium, vel improbarum,vel infamæ fortis infamiam non inducet.) Hæc ibi. Caietani verba ſunt. (Aduerte diligentiſſimè , quòd quando per viam inquiſitionis proceditur , oportet præcedere infamiam,& vocatur infamia non frequens vox diſcolorum;ſed frequens vox talis , vt apud probos , & prouidos viros , reddatur perſona de crimine tali rationabiliter ſuſpecta.*)* Quæ ſunt valdè notanda, quia Iudice non

nõn procedente iuridicè non eſt obligatio denuntiandi, nec teſtificandi.

7. Cæterùm pro Coronide placuit adiungere limitationem, quam præcedenti doctrinæ adhibet ſapientiſſimus, M. Dominicus de Soto *de Secreto. Memb.2.quæſtio.6.poſt 2.concl. §.Et poſtremò.* Vbi ſic ait. (Concluſio prima, videlicet, quòd abſque infamia non poteſt fieri inquiſitio, intelligitur de criminibus priuatis, quæ non ſunt in præiudicium tertij. Crimina enim publica, aut quæ ſunt in præiudicium tertij, quomodocumque cognoſcantur, inquirenda ſunt, & coërcenda, ſi ſunt in fieri,& damnum pendet in futurum.) Et §. *Sed excipientur, poſt* 4. *concl.* (Nam,quòd non liceat occultos peccatores inquirere abſque infamia, ſemper intelligitur de crimine iam præterito,quod inquiritur punitionis gratia, ſecus ſi inquiratur ad vitandum futurum damnum.) Hæc ille. Quæ oportet notare pro rectiſſimo Sanctæ Inquiſitionis Tribunali.

PROPOSITIO XI.

Sanctus Ignatius maiorem, quàm D. Paulus prudentiam Spiritus aſſecutus eſt. Et Apoſtoli, ſi hac tempeſtate degerent, eundem, quem Societas, viuendi modum amplexarentur. Ioannes Euſebius Ieſuita *in libello de Amore Ieſu, & Mariæ.*

1. RESpond. Nec caput, nec folium citat Anonymus, ne facilè de mendacio conuincatur. Sed fruſtrà quia libellum integrum ſemel, & iterùm euolui, & nulla ex obiectis propoſitionibus in eo reperitur. Imò Author citatus, dum primùm audiuit, obſtupuit, exhorruit.

2. Imponitur Ioanni Euſebio pro Sancti Ignatij Prudentia effutiſſe, quod pro Angelici Præceptoris ſcientia iactauerat Nicolaus Ianſenius *in ſua Apologia pro Bzouio*, vbi ſic ſcripſit. (Licuiſſe D. Thomæ, vt à Magiſtrorum ſententiis, velut ad veritatis ſemitam, declinaret; nulli videbitur mirum qui expenderit, hunc Vnum Sanctiſſimum electum eſſe, cui tribueret Cœlum Theſauros Sapientiæ Dei; cui Spiritus Sanctus ad aurem inſideret, (attende) cuius Scholam ingrederetur Paulus, quem ipſe Chriſtus ſecurum eſſe ſuæ doctrinæ iuberet.] Hæc Ianſenius. Verum in cultu D. Paulo debito medium virtutis non tenuit, per defectum. Sicut neque Sodalis alter per exceſſum, dum, dixit. [Paulum vnà cum Petro indiuiduè, vna formali, ac per ſe Cathedra, cuius ſucceſſio ſit penes Pontifices, eſſe potitum.] Sic docuit Franciſcus Combeffis *in Collatione Actorum Sextæ Synodi. fol.* 244. *&* 245. Cæterum hanc aſſertionem hæreſeos damnauit Innocentius X. die 24. Ianuarij anno 1647. Videatur Diana *tract. de Primatu ſolius D. Petri p.9.*

H 2 PROPO-

Digitized by Google

PROPOSITIO XII.

Maior eſt perfectio, habere animum indifferentem ad exequendum, quod Deus reuelauerit quàm determinatum ad id, quod in Euangelio reuelauit, & docuit. In Libello primitiuo Exercitiorum Ieſuitarum fol. 31. & 32. in editione Burgenſi anno 1574.

1. RESP. In primo eiuſdem auct. Libelli folio, extat Bulla Pauli III. edita anno 1548. quæ incipit [Paſtoralis officij.] In qua poſt diligens, & accuratū illius examen, de mādato & ipſius Pontificis, cōmiſſum Eminētiſſ. Cardin. Burgenſi hæreticæ prauitatis Inquiſitori, Illuſtriſſimo Philippo Epiſcopo Saluciarum, & Vicario Generali Vrbis, & Reuer. Fratri Ægidio Foſcario Sacri Palatij Magiſtro; (vt in ipſa Bulla præfertur) inquit Summus Pontifex Paulus III [Documenta, & Exercitia prædictas, ac omnia, & ſingula in eis contenta, authoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia noſtra approbamus, collaudamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.] Hæc ibi. Et conſtat etiam ex Breuiario Romano die 31. Iulij, Vbi in Feſto Sanctiſſimi Patriarchæ Ignatij, lectione quarta, dicitur. [Admirabilē illum compoſuit Exercitiorum librū, Sedis Apoſtolicę iudicio, & omnium vtilitate comprobatum.] Ex quibus patet, tuā prædictam propoſitionem, à te obiectam, in libro Exercitiorum non contineri, aut à Summo Pontifice, ex certa ſcientia, & authoritate Apoſtolica approbatam, collaudatámque. Quomodò ergo temerariā, ſcandaloſam, & erroneam garrire nō erubeſcis? Vide Concilium Conſtātienſe in Bulla, quæ incipit [Inter cunctas Paſtoralis Curæ.] Quæ habetur poſt vltimam Seſſionem Concilij. Vbi poſt damnatos errores Wiclephi, & Ioannis Hus, præcipit Martinus. V. omnes de hæreſi ſuſpectos interrogari. [Vtrum credant, quod illud, quod Sacrum Concilium Conſtantienſe, Vniuerſalem repreſentans, approbat in fauorem Fidei, & ſalutem animarum, quòd hoc eſt ab vniuerſis fidelibus approbandum, & tenendum.] Et *infrà* [Vtrum credant, quòd conſuetudo communicandi perſonas Laicales ſub ſpecie panis tantùm ab Eccleſia Vniuerſali obſeruata, & per Sacrum Concilium Conſtantienſe approbata, ſit ſeruanda, ſic, quòd non liceat eam reprobare, & quòd dicentes pertinaciter oppoſitum præmiſſorum, tanquam hæretici, vel ſapientes hæreſim ſint arcendi & puniendi.]

2. Vide Palaum *tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 1. *punct.* 5. §. 6. *num.* 6. vbi ait. [Dicendum exiſtimo de Fide eſſe, non poſſe Pontificem errare, &c. ita vt approbet tanquam conſentaneum Euangelicæ perfectioni, quod conſentaneum non ſit.] Cui conſonat Syluester *verb. Fides, num.* 2. dum ait. [Ideò etiam ad fidem pertinet, inhærere determinationi Pontificis Summi, in his, quæ ſunt Fidei. Imò etiam, in his, quæ ſpectant ad bonos mores.] Vide etiam M. Bannez. 2. 2. *quæſt.* 1. *art.* 10. *dub* 8; *concluſ.* 4. ibi. [Non poteſt Summus Pōtifex errare, in approbatione alicu-

ius

ius Religionis, quantùm ad Conſtitutiones. & Leges ſibi propoſitas;ita vt approbet Leges pernicioſas, aut nociuas ſaluti animarũ,&c.Quia cùm Pontifex approbat aliquam Religionem, vititur officio Summi Pontificis, proponens omnibus fidelibus talem religionem, non ſolùm vt conuenientem ad ſalutem eorum, qui voluerint eam profiteri; ſed etiam,ad perfectionem Charitatis, congruam eſſe his,qui illam obſeruauerint Ergo ſi in eiuſmodi approbatione,Pontifex erraret, pernicioſè deciperet fideles propriæ ſalutis cupidos. Quapropter eiuſdem cenſuris notandus eſt, qui hanc concluſionem negaret, ſicut ille, qui negat tertiam præallegatam. Tam certa (inquit ibi) eſt concluſio, vt oppoſitum non dubitem eſſe hæreticum.) Hæc ille. Expende. An Pontifex approbando Exercitia,Authoritate Apoſtolica,vſus fuerit officio Sũmi Pontificis,eaque vt ſaluti fidelium cõuenientia,& perfectionis Charitatis congrua,ex certa ſciẽtia approbauerit.[Nos igitur(inquit Paulus III.) qui Documenta, & Exercitia huiuſmodi examinari fecimus, & quæ pietate,ac ſanctitate plena,& ad ædificationem, & ſpiritualem profectum fidelium valde vtilia,& ſalubria eſſe,& fore comperimus; authoritate prædicta, tenore præſentium approbamus, collaudamus, hortantes plurimùm in Domino omnes, & ſingulos vtriuſque ſexus fideles, vt tam piis Documentis, & Exercitiis vti, & illis inſtrui deuotè velint, &c.] Si autem in eiuſmodi approbatione Pontifex erraret, pernicioſè deciperet fideles. Debes ergo dicere cum M. Bannez. [Tam certa eſt concluſio, vt oppoſitum non dubitem eſſe hæreticum.]

3. Hanc conſequentiam, abſque præiudicio, concedes. Quia propoſitio à te obiecta non cõtinetur in prædicto Exercitiorum libro, ſed longiſſimè diuerſa. Nimirum quòd tradens Exercitia, dum tradit, non debet accipienti ſuadere, vt Cœlibatum, aut Religionem aut aliam Euangelicam Perfectionem amplectatur, ſed ſtare in æquilibrio, ſinendo, vt immediatè Deus Creaturæ ſeſe communicet. En verba Sanctiſſimi Patriarchæ Ignatij *in editione Burgenſi citata anno 1574. & in antiquiori Viennenſi anno 1563. Annotatione decima quinta.* [Tradens Exercitia non debet alterum compellere ad Paupertatem, & promiſſionem eius, magis quàm ad oppoſitum neque ad hoc potiùs, quàm ad illud inſtitutum: Quia licet extra Exercitia licitum ſit, & pro merito ducendum, ſi quis Cœlibatum, aut Religionem, aut aliam quamcumque Euãgelicam Perfectionem amplecti ſuadeat his omnibus, quos ex perſonarum, & conditionum ratione, probabile ſit fore idoneas: longè tamen conuenientiùs, meliúſque eſt, inter Exercitia ipſa, id non attentare; ſed Dei potiùs voluntatem quærere, atque præſtolari: donec ipſe Creator, ac Dominus noſter Animæ deuotæ ſeſe communicet eámque amplexans ad ſui amorem, laudem, & ſeruitium diſponat. Quapropter dictanti Exercitia ſtandum eſt in æquilibrio, ſinendúmque; vt citra medium Creator ipſe cum creatura, & hæc viciſſim cum illo, rem tranſigat.] Hactenus Sãctiſſimus Parens, cuius verba ſatis perſpicua ſunt. Vnde neſcio cui calumniam vertam: Ignorantiæ? An malitiæ? Cum tantus Magiſter, & Patriarcha non contumelioſis verbis deijci, ſed his

potiùs laudibus extolli deberet, quibus Hieronymus afficit Auguſtinum (*Epiſt.25.tom 2.Epiſt.Aug.*) [Scit, inquit, quid dicam, Prudentia tua, Magnæ virtute in orbe celebraris. Catholici re conditionem antiquę Fidei venerãtur, & quod ſignum maioris gloriæ eſt, omnes hæretici deteſtantur.)

PROPOSITIO XIII.

Si Ignatius collecturus Societatem, gladium exacutum relinqueret; ſaccum, cilicium, famem oſtentaret, quoties hypocriſis notam incurreret? Verùm ſapientior ipſe gladius acutus, non hypocritum imperium portans, pallio, & calceis obtegit gladij duritiem. [Sunt formalia verba Ieſuitæ Baëza *tom.1.in Euang.lib.2.cap.7.§.11.*]

1. R/. PRimã huius propoſitionis partem, experientia veriſſimam demonſtrat. Etenim, ſi laneo pallio tecti, ſi calceis muniri; præ modeſtia tamen, quâ incedunt; præ honeſtate, & pudicitia, quam præ ſe ferunt; & præ patientia, quâ contumelias, & opprobria ſuſtinent, hypocriſis notam fugere non valuere; quam non incurriſſent, ſi ſaccum, cilicium, & nuditatem oſtentaſſent? Quòd autem verba illa ſubiunxerit. (Non hypocritum imperium portans;) non eſt, cur in vilipendium auſteritatum vertantur. Hoc enim valdè alienum eſt ab Authoris mente, quæ, vt legenti conſtabit, ſatis perſpicua eſt. Nam, cum explicuiſſet illud *Sapientiæ* 18. de Angelo in Ægyptios primogenitos miſſo; (Gladius acutus inſimulatum imperium portans repleuit omnia morte.) Subnectit. (Græcè ſonat, non fictum, non hypocritum imperium portans.) Ideſt, Angelus non huc inde reuelatũ gladium agebat, nullo Ægyptiorum, ſub gladio, cadente, ſed gladius minimè apparebit; occultus tamen & tectus omnia mortibus replebat. Applicat Sanctiſſimo Patriarchæ Ignatio, cuius pœnitentiæ gladius. (Sub lino, & lana abſconditus inquit, non fictum, non hypocritum imperium portans, repleuit omnia morte.) Ideſt non reuelatum pœnitentiæ gladium, huc inde agebat Ignatius, nullo ſub gladio, cadente. (Sed cùm regitur, cùm linum, lana oſtenditur, plures iuuenes, & Magiſtros, viróſque nobiles. Deo Optimo Maximo mactat, litat.) Hæc Baëza Quid ergo calumniã dignum, in hac Panegyrica, & concionatoria applicatione?

PROPO-

PROPOSITIO XIV.

Religioſi Dominicani non ſunt Inquiſitores inſtituendi, nec admittendi, vt accuſatores, neque vt teſtes, neque vt cenſores librorum in cauſis Fidei. Del-Rio Ieſuita *In Epiſtola Dedicatoria, quæ expungi mandata eſt.*

1. R. HÆc propoſitio non inuenitur in Del Rio, nec vnquam fuit typis data, ne dum expungi mandata. Et vt clariùs rem euincam, verba eius dabo, ex prææallegata Epiſtola Apologetica ad Supremum Sanctæ Romanæ Inquiſitionis Tribunal, quę nũc extat *in tomo de Magia edito Lugduni anno* 1608. ibi ergo ſic ſcribit. [Religioſi Dominicani, quia ſe palã, vt aduerſarios, & impugnatores Societatis gerunt; vel clãculum, ex inſidiis, arrodunt; vel, magno nixu, per Hiſpaniã, Italiam, & alias Orbis partes, inuidiam Societatis excitare, & Patrum Societatis ſententias, atque ſcripta, per ſe, ac Emiſſarios ſuos, mẽdaces hiſtoricos, & alios denigrare moliuntur, curantes maximoperè, vt vel libri prohibeantur; vel ad tempus lectio ſuſpẽdatur, vel aliquâ ignominiæ notâ aſpergantur. Quamobrem contendo, Inſtituti huius homines, neque vt Iudices, neque vt teſtes, (attende) contra Societatis noſtræ homines, vel Societatis ſcripta, vllo modo, admittendos; ſed pro accuſatoribus, & aduerſariis audiendos, habendóſque.] Ita Del-rius.

2. Hæc forſan moliebantur olim, contra Societatẽ, Patres Dominicani, quapropter, pro accuſatoribus, non pro Iudicibus, nec teſtibus, contra ipſam; (non contra reliquos, vt falsò ei imponitur) contendebat Del Rius. Modò verò longè aliter ſe gerunt, & (vt audio) ſtricto, amicitiæ fœdere, Ieſuitis coniuncti ſunt. Quamobrem Reuerẽdiſſimus Pater Generalis Societatis, prædictam Epiſtolam Apologeticam, vlteriùs typis dari non permiſit. Deſiderat enim eos, Societas, vt iudices, & vt teſtes; vt accuſatores non timet.

PROPOSITIO XV.

Plures propoſitiones defendebant, apud Indos, Ieſuitæ, contra poteſtatem, & Iuriſdictionem Epiſcopi; ſuper quibus condemnati fuerunt ab Innocentio X. in Bulla expedita die 14. *Maij anno* 1648.

1. R. VNico verbo. Eas, quas Ieſuitæ, reliquæ etiam Religiones tuebantur, innixæ priuilegiis Summ. Pontificum, pro Indis, ſpecialiter conceſſis, quæ poſteà reuocata à Gregorio XV. reualidauit Vrbanus VIII. vt affirmant Salgado *tomo de Retentione Bullar.* & Auguſtinus

EX TRACTATV DE CHARITATE.

PROPOSITIO I.

Præceptum amandi Deum ſolùm obligat in articulo mortis. Ita Ieſuitæ *in publicis diſputationibus, in Vniuerſitate Complutenſi.*

1. R. CONTRARIA ſententia eſt communis inter Ieſuitas. Suarez *de Charitate diſp.* 5. *sect.* 3. *num.* 4. [Dico teneri hominem, non proſſus ceſſare, tota vitâ, ab hoc amore, ſed aliquando illum iterare. Quare qui, per multos annos, non exercet hunc actum amoris, delinquit contra Charitatem.] Coninch *diſput.* 24. *dub. numero* 57. [Videtur omnino mortaliter peccaturus, ſi hoc præceptum quis ad tres, vel quatuor annos ſpontè differat.] Caſtro Palao *to.* 1. *tract.* 6. *diſp.* 1. *punct.* 4. *num.* 10. [Exiſtimo quemlibet adultum teneri, aliquoties in vitâ, ita vt, non multo tempore, hoc exercitium differatur; reputarem autem dilationem trium annorum eſſe grauem.] Hæc ille, & alij communiter. Verùm cùm tempus huius obligationis nullum ius, nec naturale, nec diuinum, nec humanum determinet, indè exorta opinionum diuerſitas.

2. Sapientiſſimus. M. Bannez. 2. 2. *quæſt.* 44. *art.* 1. *dub.* 1. *concluſ.* 3. §. [Alij dicunt.] Ad exonerandas conſcientias, ne ſcrupulis, circa eiuſmodi præcepti adimpletionem, continuò angantur, plauſibilem ſatis tradit doctrinam. Verba eius ſunt. [Nihilominùs dico ſecundò, quod abſque ſcrupulo credi poteſt, quòd qui dignè ſumit Euchariſtiam ſemel in anno, adimplet ſimul ſpeciale præceptum Charitatis.] Sic ille. Quem ſuppreſſo nomine, citat. M. Serra 2. 2. *quæſt.* 44. *in fine*, vbi ait. [Certum eſt, præceptum Charitatis obligare, vt pluties in diſcurſu vitæ, actum dilectionis Dei, & proximi eliciat homo. Sunt nihilominùs qui dicant, abſque ſcrupulo, credi poſſe, ſpeciale præceptum Charitatis adimpleuiſſe eum, qui ſemel in anno quolibet, dignè Euchariſtiam ſumpſit.] Verùm cùm, Euchariſtia, ſemel in anno quolibet, dignè ſumi poſſit, quin præcedat actus ſpecialis Charitatis, ſolâ confeſſione, ex animo attrito, procedente; videtur. M. Bannez commutaſſe præceptum ſpeciale Charitatis, in præceptum ſumendi Euchariſtiam, quod eſt æquiualenter illud negare.

3. Ideò alij, ſpeciale præceptum Charitatis, ex vna parte, ſupponentes, & ex alia nullum determinatum tempus ad eius adimpletionem, vrgere agnoſcentes, aſſerunt; ſemel tantùm in via, per ſe, obligare. Sic tradunt aliqui apud Machado *tom.1. lib.2. part.1.tract.6. docum.1. num.9.*& putat probabile Illuſtriſſimus M.Acacius de Velaſco *tom.1 reſol.moral.verbo, Amor, reſ.53. nu.2.* dùm hanc opinionem referens inquit, [*Con que ſe libran los fieles de muchos eſcruplos.*] Et ab aliis traditam ſupponit. M. Victoria *in ſum. relect.de obligatione peruenientis ad vſum rationis part.3. num. 11.vbi de tempore,quo amoris præceptum obligat,* Sic ait.(Nec videtur ſufficiens ſolutio communis, quòd tenetur ſemel in vita,) Quibus apertè ſupponit, ſuo tempore, hanc ſententiam fuiſſe communem. Et illam amplectuntur non ignobiles Magiſtri,atque Doctores quando defendunt, præceptum Charitatis, per ſe, tantùm obligare in articulo mortis: Quibus aſſentitur Ioannes Sancius *in Selectis diſp.1.nu. 21.* (Nec frangitur.) Dicens. (Et verè,ſi ad ſpeculationem tantùm eſſet recurrendum,hæc videtur verior ſententia; nam ſuppoſito, quòd nullum tempus determinatum ſignet Deus, quo debeat diligi, liberum relinquit hominem, vt tempore à ſe electo, obligationem exequatur: & cùm articulus mortis vltimum vitæ tempus ſit,& aliud eligere nequeat conſtringitur in illo præceptum implere.)Pro hac ſententia ſtat Nauarrus *in Summ. Latina cap.11.* vbi per omiſſionem amoris, ſolùm peccare putat. (Qui dimiſit amare Deum tempore, quo ſub pœna mortalis peccati, tenebatur ad cogitandam ſuam ſalutem ſpiritualem; veluti cùm imminebat mortis periculum; vel neceſſitas ſe obtulit ſumendi, vel adminiſtrandi Sacramentum.) Sic ille; citans M.Tabienam,& Maiorem.

4. Non deerit, forſan, qui exiſtimet, de hoc præcepto, eodem modo philoſophandum, ac de præcepto Baptiſmi, quod pro nullo tempore determinato ante finem vitæ obligare, tradit M.Martinus de Ledeſma 1. *part.4. quæſt.9. art.3. dub.1.* vt refert Leander à SS. Sacram. *tom 1. tract.2. diſp.1.quæſt.12.*& eſt doctrina expreſſa D. Thomæ *in Addition. ad 3. part. quæſt.6. art.5 in corp.* vbi ſic. [Ad Baptiſmum non eſt aliquod tempus determinatum, vltra quòd, ſi Baptiſmum differat, peccatum incurrat.] Et *infra.* (Quia, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis, tenetur homo, in hac vita, implere; ideò, ſi periculum mortis immineat, etiam per ſe loquendo,obligatur aliquis ad Confeſſionem faciendam, vel Baptiſmum ſuſcipiendum.) Verùm hoc fundamentum ſolidum non eſſe, ait Caietanus *3.par.quæſt.68.art.3.* (Et quamuis.) Vbi ſic. (Dilatio tamen Baptiſmi, vſque ad mortis articulum, licita non eſt, vt patet *de Conſecrat. diſt. 4.cap.Quando quis*) Solidum tamen erit, ſi ſumatur à paritate Contritionis, cuius præceptum, per ſe, tantum obligare in articulo neceſſitatis, tradit, ipſe Caietanus *in ſum. Venetiis edita anno* 1584. *& in antiquiori Pariſienſi anno* 1530. *Verb.Contritio.§.Tempus autem.* (Quantum ad vitandum, inquit, nouum peccatum tranſgreſſionis præcepti de Contritione, tempus eſt determinatum ad articulum neceſſitatis, ſicut in aliis affirmatiuis præceptis contingit. Prima neceſ-

ſitas

ſitas eſt articulus mortis, (attende) quia tenetur homo, in hac vita, conteri. Secũda eſt ſuſceptio, vel adminiſtratio Sacramenti, & vniuerſim exercitio cuiuſcumque actus exigentis neceſſariò hominem ſine peccato mortali.] Hæc ille. Quem ſequitur M. Canus *in Relectione de Pœnit. part.* 4. §. *Quarta propoſit.*

5. Addit verò Caietanus. [Scito quòd eiuſmodi vera contritio, dupliciter inueniri poteſt, ſcilicèt, formata, vel informis, hoc eſt cum Gratia, & Charitate, & ſine illa.] Mirabile quidem dictu! Quomodo ſine Gratia, cum ſit vltima diſpoſitio ad gratiam? Quomodo ſine Charitate, ſi cum remiſſione peccati neceſſariò coniuncta eſt? Nam, vt ait D. Thom. *in 4. diſt.* 17. *quæſt.* 2. *art.* 5. *ad* 3. *quæſtion.* [Quantumcumque paruus ſit dolor, dummodò ad Contritionis rationem ſufficiat, omnem culpam delet.] Vide Sotum *ibidem art.* 5. vbi Caietanum impetit dicens. [Eſt opinio, vſque ad Caietanum, nunquàm audita, & certè neſcio, cui ſit vnquàm credenda.] Et *infrà*. [Attritio poteſt eſſe actus informis, contritio verò nequaquam; quia ſimul à Deo liberum arbitrium mouente, infunditur Gratia, & Charitas.] Et acriùs P. Vaſq. *tom.* 2. *in* 3. *part. diſp* 152. *num.* 3. [Vera inquit, & Catholica ſententia eſt, quemlibet baptizatum, antequam recipiat Sacramentum abſolutionis, per viuam fidem, & contritionem, non ſolum conſequi veram cum Deo Iuſtitiam, per quam iuſtificatur; ſed etiam, per quam peccata, re ipſa, remittantur.] Et contra Caietanum inſurgit etiam M. Catherinus *in Annot. ad illius Commentaria lib.* 5. *fol. mihi* 432. dicens. [Tertium dictum Caietani, videlicèt Contritionem informem, non eſſe vltimam diſpoſitionem ad Gratiam, etiam periculoſum eſt, & deſperationis inductiuum. &c. Denique hæc ſua doctrina noua eſt, & contra D. Tho. 3. *part. quæſt.* 89. *art.* 2.

6. Sed, (quod mirabilius) Attritioni tribuit Caietanus, quod Contritioni detrahit; vt notat Sotus *vbi ſuprà*, his verbis [Per contrarium extremum Caietanus 3. *part. q.* 84. *art.* 1. ait, quod poteſt eſſe Attritio, quæ ſine Sacramento confeſſionis, ad gratiam ſufficiat; quod intelligere nequeo, quomodo accidere poſſit.] Hæc Sotus. Et ego: quia in Trid. *Seſſ.* 14. *ca.* 4. de Attritione ſic definitum reperio. Quamvis ſine Sacramento pœnitentiæ, per ſe, perducere peccatorem ad iuſtificationem nequeat, tamen eum, ad Dei gratiam in Sacramento impetrandam, diſponit.]

7. Cæterùm, vt ad propoſitionem, contra Ieſuitas, obiectam regrediamur, & vt in ea ſuadenda, non immoremur, adeat curioſus Lector, Theologos, & præcipuè omnium Principem D. Thomam *in* 4. *diſt.* 17. *q.* 3. *ad* 4. *quæſt.* vbi, ad ſimiles quæſtiones decidendas, fundamentum iecit. [Præcepta, inquit, affirmatiua non obligant ad ſtatim, ſed ad tempus determinatum, non quidẽ ex hoc, quòd tunc commodo impleri poſſunt, &c. Sed ex hoc, quòd tempus neceſſitatẽ vrgentem adducit.] Quando autem hæc neceſſitas amandi Deũ occurrat, diſcamus ab ipſo. Et quia eodem modo loquitur, de præcepto amoris Dei, ac proximi, vt videre licet 2. 2. *q.* 100. *art.* 10 vbi ait. [Actus Charitatis, ſecũdùm quod quidam actus per ſe cadit ſub præcepto legis quod de hoc ſpecialiter datur; *diliges Dominum*

tuum, & *diliges proximum tuum*.] Videamus, quâ occaſione, vel neceſſitate, debeamus amare proximum actu interno ſpecialis amoris? Id explicat D.Thom.2.2. *quæſt*.25. *art*.8. [Tertiò, inquit, poteſt conſiderari dilectio inimicorum, in ſpeciali, vt ſcilicet aliquis, in ſpeciali, moueatur motu dilectionis ad inimicum, & illud non eſt de neceſſitate Charitatis, abſolutè: quia nec etiã moueri motu dilectionis in ſpeciali; ad quoſlibet homines ſingulariter, eſt de neceſſitate Charitatis, quia hoc impoſſibile eſt; eſt tamen de neceſſitate Charitatis, ſecundùm præparationem animi; vt ſcilicet, homo habeat animum paratum, quòd in ſingulari inimicum diligeret, ſi neceſſitas occurreret.] Hæc ibi: ex quibus M. Antonius de Velaſco *tomo* 1 *reſol. moral Verbo* (*Amar al proximo.*) *Reſolut*.55. *numero* 4. (S.Thomas (inquit,) *y communmente los Dotores enſeñan, que no deuemos amar al proximo, con actos internos eſpeciales, ſino es en caſo, que fueſſe neceſſario, para euitar el aborrecimiento.*) Quid ergo? Dicemúſne, in doctrina D.Thomæ, neminem teneri amare Deum, actibus internis ſpecialis amoris, niſi, cùm opus fuerit, ad euitandum odium? expende vim conſequentiæ.

8. Ideò præceptum affirmatiuum amoris Dei, & proximi, non eſſe ſpeciale, ſed generale, cui, per aliorum præceptorum adimpletionem, ſatisfit; tradit Ioannes Sancius *in ſelectis diſput*.1. *n*.21. iuxta illud Greg. *Hom*.20. *in Euang*. [Verè enim Deum diligimus, ſi mandata eius cuſtodimus.] Et *infrà* [Innumeri (inquit Sancius) in tota ſua vita, eiuſmodi actum non habuerunt, contenti ſolùm cæterorũ mãdatorum obſeruatione, quos damnare temerarium eſt.] Pro qua citat Ianſenium *in Concordia Euangel. c*.81. & D. Bernardum *ſerm*.50. *in Cantica* [Et ſaltem (ait ibi) de dilectione Dei naturali, non dari ſpeciale præceptũ, docet Bannez 2.2. *qu*.44. *art*.1.*dub*.1. *concl*.2. Docet Maldonat. *Matth*.22. *verſ*.39. dicens hæc duo ſcilicet, *diliges Dominum Deum tuum*, & *proximum ſicut te ipſum* maxima totius legis præcepta à Chriſto dici, non quòd diſtincta ab aliis præceptis ſint, ſed cæterorum compendium.] Videatur Ioannes Henriqu. Auguſtinianus *in ſum q*.9. vbi ſic ſcribit. [*La mas prouable, y litteral inteligencia de amar a Dios, es, que ſe ha de entender eſte precepto tranſcendentalmente, reſpecto de los demas preceptos; de modo, que aunque es diſtincto de los demas, con todo eſſo eſtà encerrada ſu obſeruancia, en guardar los demas.*] Et addit, ita expreſsè tradere D. Auguſt. *ſerm*.53. *de temp*. dum ait. (Dei verò dilectio, in obſeruatione mandatorum eius, tota conſiſtit.)

9. Hæc ſententia non leue fundamentum habet, apud D.Thomam *pluribus in locis* 2.2. *quæſt*.44. *ad* 3. [Et ideò, inquit, præcepta Charitatis non fuerunt commendata, inter præcepta Decalogi, ſed in omnibus continentur.] Et *art*.4. *ad* 2. (Dupliciter contingit, ex toto corde Deum diligere: Vno quidem modo in actu id eſt ſemper actualiter, & ita eſt perfectio Patriæ: alio modo habitualiter, ita ſcilicet, quòd nil, contra Dei dilectionem, cor hominis recipiat.) Et *art*.6. *ad* 2. [Dicendum, quòd ſicut miles, qui legitimè pugnat, licèt nõ vincat, non inculpatur, nec pœnã meretur, ita etiã, qui in via hoc præceptũ non

non implet, nil contra diuinam dilectionem agens, non peccat mortaliter.) Et 2.2.*quæſt.* 84.*art.*3.*ad* 1. (Perfectio, inquit, diuinæ dilectionis, vniuerſaliter quidem cadit ſub præcepto; ſed tranſgreſſionem præcepti euadit, qui quocumque modo, perfectionem diuinæ dilectionis attingit. Eſt autem infimus dilectionis gradus, vt nil ſupra eum, aut contra eũ, aut æqualiter ei diligatur.) Et *infrà* (Non eſt tranſgreſſor præcepti, qui non attingit ad medios perfectionis gradus; dummodò attingat ad infimum.) Hæc Diu. Thom. quæ, abſque actu ſpecialis amoris Dei, ſubſiſtere poſſunt, vt expendenti conſtabit. Et confirmare videtur Caietanus 2. 2. *quæſt.*186. *art.*2. dum ait. (Infra limites præceptorum cõmuni modo ſeruandorum ſaluatur dilectio Dei ſuper omnia.) Quapropter, nõ defuere doctiſſimi Theologi, qui hanc opinionem amplexati fuerint. Vnde Taburinus *in præcepto Decalogi lib.*1. *cap.*3. §.2. (Non ignobiles, inquit, Doctores docent, hoc præceptum non eſſe ſpeciale, ſed generale, imbibitum in omnibus præceptis; ſicuti ſecundum præceptum, de dilectione proximi, non eſt ſpeciale.)

10. Et ſanè, quod non detur præceptum obligans ad actum ſpecialis, ſeu formalis amoris proximi, ſuadere videtur cõmunis conſenſus fidelium, qui de huiuſmodi actus omiſſione, nunquam in confeſſionibus, ſe accuſant; cõprobat authoritas D.Thom. *Quodl.*4.*art.*24.*ad* 1. vbi ait: Hoc præceptum: *diliges paoximum tuum ſicut te ipſum*: dupliciter obſeruari poteſt, vno modo imperfectè, vt ſcilicet, aliquis non faciat contra proximum, & vt ſine detrimento, proximo ſubueniat. Alio modo, vt ſcilicet, ad ſubueniendum neceſſitatibus proximorum corporalibus, ita ſe habeat, ſicut ad ſubueniendum neceſſitatibus propriis.) Primum ad præceptum pertinere dicit, ſecundum, ad conſilium: ideò ſubiecit. (Et ideò obſeruanti præcepta imperfectè, ſuperaddit conſilia, per quæ perfectiue obſeruentur.) Ad hoc autem; vt quis, contra proximum non faciat, & vt ei ſine detrimento ſubueniat, nõ requiritur actus ſpecialis, & formalis amoris proximi. Et ita docent Suarez *tract. de Charitat. diſp.*5 *ſect.*4.*nu.*4. Vaſq. *de Pœnit. quæſt.*90.*art.*1.*dub.*4. *num.*40. & hanc ſententiam, vt communem in ſchola D. Thomæ, defendit M. Acacius de Velaſco *to.*1.*verb.*[*Amar al proximo.*] *reſol.* 55. *numero* 4. verbis iam *ſuprà* datis. (*S. Thomas, y comunmente los Dotores, enſeñan, que no deuemos amar al proximo, con actos eſpeciales, &c.*) Verùm, cùm præceptum Charitatis, ſi ſpeciale eſt, de vtroque amoris actu, Dei ſcilicet, & proximi, ſpecialiter detur; aut vtrumque ſub præcepto cadere, aut neutrum formaliter, dicendum eſt. Conſequentiam deſidero. Scio commune ſatis eſſe, inter Theologos, præceptum amoris Dei, eſſe ſpeciale; imò, ſingulis annis per ſe obligare, ad actum amoris eliciendam, tradunt P. Hurtado de Mendoza 2. 2. *diſp.*174 *ſect.*6.§.26. Lorca 2. 2. *diſp.*58.*ſect.*3.*num.*8. M. Petrus de Ledeſ. *in Sum. tom.*2.*tract.*3.*c.*5.*poſt* 6. *concluſ.* & alij.

PROPO-

PROPOSITIO II.

Ad euitandum graue malum, quod aliter vitari non poteſt, licitum eſt inebriare authorem. Leſſius Ieſuita *lib.1.cap.3.dub.4.n.33.* Layman Ieſuita *lib.3.ſect.4. num.5.*

1. RESpond. Si legiſſes P. Layman, *vbi ſuprà num. 6.* inueniſſes expreſſè aſſerentem, ex nulla cauſa licere, inducere ad ebrietatē eum, qui, ſe inebriando, peccabit. [Illicitum, inquit, eſt, talem hominem iuſſu, vel ſuaſione inducere, ſeu prouocare ad ebrietatem.] Et ad Leſſium, contrarium aſſerentem, reſpondet, dicens. [Ad fundamentum Leſſij reſpondetur, &c.]

2. Opinio verò P. Leſſij fundatur in communi doctrina, quæ, multâ exceptione adhibitâ, tuetur, licitum eſſe conſulere, & inducere ad minus malum, vt impediatur maius. Quam defendit Sotus *de Iuſtitia lib.4.q.7.art.3. ad finem.* Vbi ſic ait [Conſulere minus malum, ad vitandum maius dico quòd nulla ſit culpa, imò ſit quandoque virtus.] Idem tradit Caietanus *in Sum. verbo Tyrannis.* [Sicut luxurioſo, inquit, ſanctè conſulitur, vt non adulteretur, ſed fornicetur.] Ita etiam Sylueſter, Armilla, Medina, & alij innumeri, quos, ex eodem Ordine, citatos ſequitur M. Serra 2. 2. *quæſt.62.art.7. dub.1.* Quibus adde Thom. Sanchez *tom 2. de matr. lib.7. diſput.11. à numero 15.* Dianam *5. par. tract.7 reſ.18.* & plures apud illos. Et eſt ſententia expreſſa D. Auguſtini, vt tradunt M. Sotus, Nauarrus, Gutierrez, & Aragon cum Sanchez *vbi ſuprà.*

3. Hoc, igitur, fundamento, nixus P. Leſſius, ad præſentem quæſtionem, ſic reſpondet. [Dico, hoc caſu, videri licitum, prouocare ad æquales hauſtus, & alterum inebriare, hoc eſt, potu conſopire. Probatur, quia licitam eſt ſuadere, & inducere ad minus malum, vt impediatur maius, vt communiter docent Doctores: atqui hîc nil aliud fit; ergo.] Hæc Leſſius. Quē ſequitur Villalobos *in Summ tom. 2. tract.40. diffic.6. n.9.* [*Mas, ſi ſucedieſſe, inquit, que alguno quiſieſſe hazer algun gran mal, el qual no ſe podia impedir, ſino es embrigādole, ſeria licito brindarle, vno que tiene buena cabeça, para embriagalle, como dize Leſſio, y lo miſmo dize, ſi tu vieſſen a vno preſſo vno ſalteadores, que no ſe puede librar de llos ſino es embriagandolos. La razon es, porque es licito perſuadir, o induzir a menos mal, por euitar el mayor.*] Eandem opinionem amplectitur F. Ludouicus à Conceptione Luſitanus, ex Religioſiſſima familia Diſcalceatorum Sanctiſſimæ Trinitatis *in Examine Theolog. moral. p.1. tr.2. de reſtit. caſu 17. n.18.* vbi ait. [Licitū eſt, patratū ad aliquod facinus patrandum, cōuiuio recipere, & multos hauſtus vrgēdo, ad ebrietatem prouocare.] Et dicit eſſe probabilē Diana *6 p. tr. reſ.7. reſ.43.* Cui fauet doctrina, & fundamē ū Caietani *2. 2. q. 150. art.2. in fine* dum ait. [Qui,

ex medicinæ neceſſitate, inebriat alium, non niſi materialiter ebrietatem incurrit, quoniam non tendit ad delectabile, quod eſt formale in ſpeciebus intemperantiæ.) Ac proindè non peccaret. (Quia ebrietas, in illo caſu, non eſſet ebrietas formaliter, quæ eſt peccatum.) Vt tradit ipſemet Caietanus §. *ad hoc dicitur & in fine articuli ſecundi ſuprà citati.* Cùm igitur, qui, ad maius damnum vitandum alterum inebriat, non tendat ad delectabile, non niſi materialiter, ebrietatem incurret, & conſequenter ebrietas, in illo caſu, reſpectu ſuadentis, non eſſet peccatum, quia non eſſet ebrietas formaliter, in qua ſtat malitia peccati.

PROPOSITIO III.

In Capite 18. *Euangelij S. Matthæi non datur præceptum Correctionis; verba enim Chriſti Domini, Conſilium tantùm important.* Salmoron Ieſuita *tom.* 4. *in Euang. tract.* 17. Hurtado de Mendoza Ieſuita 2. 2. *vol.* 2. *diſp.* 163. §. 207.

1. RESp. Ordo correctionis fraternæ, *loco ſupra citato*, à Chriſto Domino præſcriptus, tres continet partes. Prima (*Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum, inter te, & ipſum ſolum.*) Secunda. (*Si autem te non audierit, adhibes tecum vnum, vel duos teſtes.*) Tertia. (*Quod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ.*) His poſitis.

Hurtado de Mendoza, *vbi ſuprà*, ſic ſcribit. (Pono eſſe præceptum de Correctione fraterna, item hoc præceptum contineri in Verbis Chriſti Domini, per ſimilitudinem: aſſero tamen Verba Chriſti, vt ab ipſo dicta, non eſſe præceptum, ſed conſilium.) Sic ille, cum aliis *infrà* citandis, imitans loquendi modum apud D. Thomam, & eius diſcipulos repertum, in exponẽdis aliis Euangelij locis. Nam explicantes verba illa Chriſti Domini Lucæ 6. (*Mutuum date, nil indè ſperantes.*) Expreſsè aſſerunt, non continere præceptum, ſed conſilium. Ita, ex D. Thom. tradit Sotus *de Iuſtitia lib.* 6. *quæſt.* 1. *art.* 1. *concl.* 1. vbi ſic. [Locus Euangelij Lucæ 6. *mutuum date, &c.* ad hoc propoſitum, (nempe ad probandum præceptum) non illam habet energiam, quæ vulgò æſtimatur. Quamobrem D. Thom. Sacrorum ſenſuum oculatiſſimus perſpectos, non vſus eſt illo, &c. agnouit enim, non eſſe prohibitionem vſuræ, ſed conſilium mutuandi, ſine ſpe humanæ compenſationis. Et ideò argumentatus eſt, quòd, cum mutuare, nil inde ſperando, conſilium præcisè ſit Chriſti; non ſit præceptum, &c.) Hæc M. Sotus, quem ſequitur M. Ioannes Martinez de Prado *tom.* 2. *Theolog. moral. cap.* 28 *qu.* 1. §. 2. *n.* 9. (In noua, inquit, lege ſolùm ſunt præcepta naturalia, & Theologica, & Sacramentorum, & teſtimonium Lucæ 6. ſi per ſe ſolùm ſumatur; videtur indicare conſilium, & non ſtatuere præceptum. Sed prohibetur, illo præcepto

Digitized by Google

cepto Decalogi: *Non furtum facies.*] Hęc Prado cum Soto. Sed contra eorum doctrinam, militare videtur; quod in Concilio Lateranenſi *Seſſ.10. non longè ab initio*; ex omnium concertantium conſenſu, (vt legenti notum fiet) oppoſitum, tanquam indubitatum, ſupponitur, his verbis. [Cum Dominus noſter, Luca Euang. teſtante, aperto nos præcepto obſtrinxerit, ne ex dato mutuo quidquam, vltra ſortem, ſperare debeamus.]

3. Præterea, nil apud Theologos magis commune, quàm illa verba Chriſti Domini Lucæ 13. *Niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimul peribitis.* Speciale præceptum, de actu Pœnitentiæ, continere. Sicut & illa. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, non poteſt intrare in Regnum Dei*, ſpeciale Baptiſmi præceptum continent. Nihilominus nō importare præceptum, ſed tantùm conſilium, tradit celeberrimus ille vir M. Franciſcus de Victoria, vt refert eius diſcipulus M. Canus *in Relect. de Pœnitentia quarta parte.* Vbi poſtquam eum laudibus cumulauit, dicens. [In hac controuerſia, præceptor meus olim Franciſcus Victoria, vir noſtrâ ætate litteris, ingenio, Religioneque clariſſimus, partem tenuit negatiuam.] Et *infra* [Hac vero ingenij ſuâ mirâ facilitate, Scholæ noſtræ, hoc eſt D. Thomæ, prudentiſſimus habeatur interpres.] Poſt hæc, tamquam eius opinionem reijcit; ſic carpens. [Hæc opinio refellitur, quòd nouitia ſit, & in re, quæ ad mores pertineat, ſine vlla ratione, communi Theologorum ſenſui refragetur. D. itaque Thomas pro comperto ſumit, de Pœnitentia diuinæ legis eſſe præceptum, nec id ſemel dicit, ſed ſæpiùs: *in 4. diſt. 17. qu. 2. art. 1. qu. 3. ad 3. & 3. part. quæſt. 84. artic. 7. ad 1. & 2. & quæſt. 87. art. 2. & 2. 2. quæſt 62. art. vltimo.*] Hactenus M. Canus, contra prudentiſſimum interpretem D. Thom. negantem præceptum ſpeciale Pœnitentiæ; quod etiam negarunt alij apud eundem. (Sunt, inquit, Theologi, & fuerunt, quorum opinione, de actu pœnitentiæ, ſpeciale præceptum nullum eſt.) Quos ipſe, apertiſſimis Sacræ Scripturæ teſtimonijs, falſitatis conuincit.

4. Hæc referre, præmittereque placuit, vt iam non mireris, Theologos alios, in Verbis Chriſti Domini *Matth.* 18. conſilium tantùm, & non præceptum correctionis agnouiſſe, cum aliunde, eius modi præceptum, vtpotè naturale, ad præceptum Charitatis reducant. Hoc præſtitit P. Salmeron *loco* ab adducſa iis *citato.* (Ex his, inquit, facilè deducimus, omnem fratris peccantis correctionem ſpectare ad illud præceptum. *Qui diligit proximum ſuum, legem impleuit.* Et per illam, tanquam per certam regulam eſſe metiendam, & moderandā.) Quod anteà præſtiterat D. Thomas *quodlib.* 11. *art.* 13. dicens. (Verbum Domini, quod dicit *Matthæi* 18. de Correctione fraterna, eſt intelligendum, ſicut & alia verba, quæ dicit pertinentia ad humanos actus, & ſeruari debet ſecundum quod dependet à Charitate. Et ideò dico quòd ſemper, cum debitis circunſtantiis, intelligenda ſunt. Ideò tenendum eſt pro regula, quod in omnibus his ſeruanda eſt charitas, & quòd meliùs, & magis expedire videtur. Si ergo verba illa Chriſti, ſic intelligenda ſunt: pondera & tu alia, quæ pertinētia ad humanos actus dixit. v.g. An præceptum contineant illa, Lucæ 6.

Mutuum

Mutuum date, nil inde ſperantes. Et quæ Lucæ 17. *Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, & ſi pœnitentiam egerit dimitte illi.* Item quę Matth. 5. *Si qui vult tecum in Iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* Et quæ ibidem. *Si quis te percuſſerit in vna maxilla, præbe illi & alteram.* Hæccine, quoad exercitium, ſunt de præcepto? Vide M. Victoria *relect. de Simonia num.* 11. vbi ſic ſcribit. Lex noua, vt S.Thom. videtur ſentire 1.2. *qu.*108. *art.*1. & 2. nullum continet præceptum (nimirum præter præcepta legis naturalis) niſi de Sacramentis, & de fide. Sic verè Victoria.

5. Clariora hæc, ſi ad trutinam vocentur Euangelij verba, & eorum enucleetur ſenſus. Abulenſis *in cap.*18. *Matth.q.*8?. *part.*3. & alij, exponentes illud, *Si peccauerit in te frater tuus.* Teſtantur: hunc locum, niſi de propria iniuria nobis illata, intelligi non poſſe. Et hanc eſſe communem Sanctorum PP. expoſitionem cõſtat ex Maldonato *Matth.*18.15. vbi ſic ait. [Origenes, de ſolis venialibus contra nos factis, locum interpretatur. Hilarius, Chryſoſtomus, Hieronymus, Ambroſius in *cap.*17. *Lucæ*, Auguſtinus *ſerm.* 16. *de Verbis Domini*, Theophylactus, & Euthymius *de mortalibus*: ſed his tantùm, quæ contra nos; non de his, quæ contra Deum fiunt; nam ea non eſſe diſſimulanda.] Eodem modo exponit hunc locum D.Thom. in Catena, vbi SS.PP. adducit verba; quæ videri etiam poſſunt apud Hurtado *ſup.* §. 192. Quos ſequitur Caiet. *in Euang. in illud Matth.*18. ſic explicans. [*Si peccauerit in te*; ad differentiam peccati in alium, non peccatum contra te, tuum eſt condonare, tuum eſt accuſare. *Vade*: non ſpectes, vt veniat ad petendum veniam à te, aut vt prius ipſe veniat ad te, ſed tu vade, &c.)

6. Quòd autem Verba Chriſti Domini, iuxta hanc communem SS.PP. expoſitionem, non contineant præceptum: tradit expreſsè Doctiſſimus M. Soto *lib.*5. *de iuſtitia quæſt.*5. *art.*1. *dub.*3. quem citatum ſequitur M. Ioannes Martinez de Prado, ex eadem florentiſſima Schola, *tom.*1. *Theolog. moral. cap.*14. *quæſt.*2. §.4. *num.*42. vbi ſic ait. [Quando quis accuſat, vel denuntiat, vel querelam proponit, de crimine, vel iniuria, in ipſum, commiſſa, ſicut non tenetur (attende) fraternaliter corrigere; ita neque à denuntiatione abſtinere: quoniam, etſi emendatus, ait Soto, poteſt qui iniuria affectus eſt, ius ſuum proſequi.) Idéque tradiderat. §.1. cum Soto, Bonacina, & aliis dicens. [Eſſe Conſilium Euangelicum, condemnare proprias iniurias.] En, in propriis terminis, doctrinam P.Hurtado de Mendoza, & P.Salmeronis. Nec enim aliud contendunt [Quia non eſt, de ſe peccatum (ait Hurtado) petere ſatisfactionem; nec expectare, vt eam faciat, qui iniuriam intulit. Quo enim præcepto adſtringitur affectus iniuria, ad cõueniendũ eum, qui eam intulit?) Quid clarius? Sed non minùs docuerat antea Salmeron. [Si Eccleſia, inquit, cenſet, præceptũ ad hoc obligare, quomodo, in re adeo graui, tamdiù diſſimulauit? Cum paſſim videat hoc non obſeruari: rariſſimus enim eſt, qui paſſus iniuriam, corripiat illam inferentem, ſed rem potiùs ad iudicem deferunt, nec in hoc quiſquam male facere arbitratur, aut ab Eccleſia reprehẽditur.] Hæc ille. Quæ iam tradiderat F.Bernardinus de Areualo, ex obſeruantiſſimorum Mino-

Digitized by Google

Ordine, *in tractatu de Correctione fraterna edito Methymnæ Campi anno 1557. examinato, & approbato per multos viros doctos, vt in libri fronte inſcribitur. Hic ergo clariſſimus vir fol. mihi 51. Corollar. 3.* Sic ait. [Tertiò ſequitur, quòd qui communiter fundant materiam de Correctione fraterna, ſuper hunc textum *Matth.* 18. nil indè probare poſſint. Cum ille textus, ad litteram, ſit de propria iniuria intelligendus, vt ſatis probatum eſt.] Habemus ergo, ex Areualo Soto, Prado, & aliis, in Verbis Chriſti Domini prout à SS. Eccleſiæ PP. communiter exponuntur, non contineri præceptum Correctionis fraternæ, ſed Conſilium. Quod ſi ex hac expoſitione, per conſequentiam neceſſariam deducitur; expende, quot, quantique patroni, pro conſequenti militent.

6. Iam, ſi expoſitionem illam ſequamur, aſſerentem verba illa, *Si peccauerit in te frater tuus*, non ſolum de propria iniuria offenſi intelligenda, ſed de quolibet etiam peccato occulto, ſeu te ſolo ſciente commiſſo, vt cum D. Thom. 2. 2. *quæſtio.* 33. *in* 4. *ſent. diſtinct.* 19. *quæſtio.* 2. *artic.* 3. *quæſt.* 1. *ad* 1. exponit. Syluester *verb. Correctio. quæſtio.* 5. dicens. [In te, ideſt contra te, & te ſolo ſciente.] Quam etiam admittit, cum Auguſtino, D. Bonauent. *in capite* 17. *Lucæ* in ea verba. *Attendite vobis* ibi. [Peccat, inquit, frater in nos, ſi etiam nobis ſcientibus peccat.] Si, inquam, hanc expoſitionem amplectamur, adhuc ſecundùm illam, verba Chriſti. *Matth.* 18. non continere præceptum, ſed conſilium, tradit D. Bonauent. *in capite* 17. *Lucæ.* Vbi ſic. [Nota quòd in eiuſmodi increpatione, ſeruari debet ordo, qui exprimitur ibi. *Si peccauerit in te frater tuus vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum.* Hic autem ordo congruitatis eſt, non neceſſitatis.] Et *infrà*, adducto ſimili ex Sacra Scriptura, concludit. [Ex quo forma datur, quòd Prælato, qui vult, & debet prodeſſe, etiam nulla præcedente monitione, debet culpa proximi denuntiari, extra iudicium, ſi ſit occulta, & in iudicio, ſi habeatur probatio certa.] Hactenùs D. Bonauent. Quem etiam ſequitur Bernardinus de Areualo, *in prædicto tractatu de Correctione, pluribus in locis. Fol.* 52. *concl.* 3. (Quamquam corrigere, inquit, fratrem, ſit præceptum; modus tamen corrigendi, de quouis peccato, non eſt determinatus, nec per illum textum *Matth.* 18. præceptus.) Et *fol.* 83. (Probatur multipliciter, quòd ille ordo procedendi Euangelicus, neminem obliget, vt præceptum, vt communiter accipitur à Theologis, pro lege obligante ad mortale peccatum, eius tranſgreſſores.) Et *fol.* 166. *concluſ.* 4. (Fruſtrà excipiuntur tot caſus, & conditiones ab illo præcepto Euangelico, quia non datur tale præceptum; cùm, ſecundùm naturale præceptum Charitatis, Correctio fraterna debeat regulari.) Hæc Areualus, qui ea firmitate iudicij, huic opinioni adhæſit, vt non dubitarit dicere. (Tertio loco oſtendetur id, quod grauius eſt, præceptum illud perniciosum fore, nedum inutile: Præcepta verò Chriſti eſſe verè vtilia, teſtatur ipſe Dominus Eſaiæ 48. *Ego Dominus docens vtilia.*

8. Accedunt huic ſententiæ, Doctores

ctores alij, qui in eiuſmodi crimine occulto, te ſolo ſciente commiſſo, aſſerunt, poſt ſecretam admonitionem, non auditam à delinquente, non eſſe præceptum adhibendi teſtes: cùm tamen Chriſtus Dominus dixerit. *Si te non audierit, adhibe tecum vnum vel duos.* Vide Sotum *de ſecreto quæſtio.*2. *memb.*2. §. *quinta concluſ.* vbi ſic, ex aliis, refert. (Quando peccatum eſt omnino ſecretum, vtpotè quod ſolus ſcit ille, qui admonuit, tunc non eſſe adhibendos teſtes, ſuſtinent Durandus, & Altiſiodorẽſis.) Hos impugnat Sotus; ſequuntur verò alij, ex quibus Diana *part.*7. *tract.*3. *reſol.*37. inquirens. (Vtrùm ordo, circa adhibitionem teſtium, ſit ſeruãdus, quoad peccatum vni tantùm notum?) Reſoluit ſic. [Affirmatiuè reſpondet Turrianus; ſed nouiſſimè cum Caietano, & Durando, negat Franciſcus *del Caſtillo.*] Quos ſequitur ipſe Diana *vbi ſuprà* omnino videndus. Quibus ſatis probatum manet multorum eſſe opinionem, quę negat verba Chriſti Domini *Matth.*18. continere præceptũ. Et ſaltem quòd prorſus hanc expoſitionem non excludant, ſatis innuit M. Sotus *ſup.q.*1. *concl.*4. dũ ait. (Illa verba *Matth.*18. quanquam in rei veritate, explicent præceptum naturale, tamen poſſent aliquo modo gloſſari, aut quòd ſunt de conſilio, aut quòd non eſt abſolutè præceptũ corripiendi, &c.] Vide plura *Prop. ſequenti.*

PROPOSITIO IV.

Licitum eſt Regularibus, omiſſâ Correctione fraternâ, deferre Prælato, vt Patri, crimen fratris occultum, vt eum paternè corrigat. Suarez Ieſuita *diſput.*8. *de Charit. ſect.*6. *numero* 17. *& lib.*10. *de Relig. cap.*9. *&* 10. Caſtro Palao Ieſuita *tom.*1. *tract.*6. *diſp.*6. *n.*2. *punct.* 4. *Si autem peccatum, ſit delatum, probabile ſit in iudicio, poterit Prælatus, omiſſâ correctione paternâ, iudicialiter contra ſubditum procedere.* Filliucius Ieſuita *tom.*2. *tractat.*28. *cap.*7. *numero* 162. (Opiniones iſtæ, ſi ad praxim ſimul deducantur, præcepto Correctionis fraternæ, apertè defraudatur.)

1. Reſpond. Primam opinionem, quoad Religioſos Societatis, eſſe ab Eccleſia Canonizatam, vtpotè Ieſuitarum conſtitutionem, authoritate Apoſtolicâ approbatam, quam impugnare, ſicut, & quamcumque aliam huius Religionis, prohibitum eſt à Gregorio XIII. *in Bulla Aſcendẽte Domino.* Sub pœna excõmunicationis latæ ſententiæ. Quòd autem prædicta conſtitutio ſit rei licitæ, & veram doctrinam cõtineat, adeò certũ eſt, vt oppoſitum non dubitet M. Bannez dicere eſſe hæreticũ. En Doctiſſimi Dominicani verba 2.2. *q.*1. *art.*10. *dub.*8. *concluſ.*3. (Dico, igitur in cõcluſione, quòd Sũmus Pontifex nullatenùs errare potuit, in confirmãda aliqua Religione,

ligione, quantum ad ea, quæ ſibi proponunt verbo, aut ſcripto, quæ pertinent ad veritatem doctrinæ, ita ſanè, nè, quod tales conſtitutiones approbatæ à Pontifice, nihil contineant Euangelio, aut rectæ fidei, rationíve naturali contrarium. Et hoc in ſenſu, iam certa eſt concluſio, vt oppoſitum non dubitet eſſe hæreticum.] Et *infrà concl.* 4. [Non poteſt Sũmus Pontifex errare, in approbatione alicuius Religionis, quantùm ad conſtitutiones, & leges ſibi propoſitas; ita vt approbet leges pernicioſas, aut nociuas ſaluti animarum. Hæc concluſio probatur, eiſdem rationibus, quibus probata eſt tertia concluſio, &c. Quapropter, eiſdem cenſuris notandus, qui hanc cõcluſionem negaret, ſicut ille, qui negaret tertiam illam concluſionem prææallegatam.] Huc úſque Bannez. Vnde meritò Palao *tom.* 1. *tractatu* 4. *diſput.* 1. *punct.* 5. §. 6. *num.* 6. [Dicendum, exiſtimo, de fide eſſe, non poſſe Pontificem errare, ita vt approbet, tanquam conſentaneum Euangelicæ perfectioni, quod conſentaneum non ſit.] Itaque dubitari non poteſt, Religioſis Societatis licere delationem occulti criminis, omiſſâ Correctione fraternâ.

2. Cuius ratio Theologica eſt, quia omnes huius Religionis alumni, quoad hanc partem, propriæ famæ renuntiarunt. Quod licitè, & meritoriè efficere potuerunt, iuxta cõmunem doctrinam Thomiſtarũ. Ex quibus M. Serra 2. 2. *q.* 66 *art.* 1. *dub.* 3. inquit. [Nos poſſe honorem, & famam diſperdere, ad noſtri humiliationem, ad vitandum peccatum ſuperbiæ, & ad petendum conſilium.] Idem docet Sotus *lib.* 5. *de iuſtitia quæſt.* 10. *artic.* 2. *concluſ.* 2. quem citatum ſequitur M. Ioannes Martinez de Prado *to.* 2. *Theolog. moral cap.* 25. *quæſt.* 1. §. 5. dicens. [Nam, cum quiſque ſit ſuæ famæ Dominus, poteſt eius diſpendium, ex cauſa, facere.] Et M. Ioannes de la Cruz 1 *part. Direct.* 7. *præcept. de reſtitut. dubit.* 7. *concluſ.* 2. [Homo priuatus, inquit, eſt Dominus ſuæ famæ; ergo ex rationabili causâ poteſt eam expendere.] Et cum Nauarro, & Salon docet M. Corradus 1. *part. Reſp. caſu quæſt.* 95. ibi. [Homo abſolutè loquendo, eſt Dominus ſui honoris, & famæ; ſicut, & aliorum bonorum temporalium.] Et quod caput, ita tradit D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 64. *art.* 5. *ad* 3. *&* *quæſt.* 77. *art.* 4. *ad* 1. vbi ſic ait. (Sui arbitrij eſt, detrimentum ſuæ famæ pati, niſi hoc vergat in periculum aliorum.) Quamvis, contra illum ſentiat Caietanus 2. 2. *qu.* 73. *art.* 2. §. *Ad hoc dicitur.*

3. Propter hæc, prædictam conſtitutionem, ſoli ſtando rationi Theologicæ, vltra Doctores omnes Societatis, defendunt Freitas, Catena, Malderus, Trullench, & alij, apud Dianam *p.* 7. *tract.* 3 *reſ.* 45. & Portel *in dubiis Regul. verb. Correctio fraterna in fine in Addit. num.* 2. *&* 5. *ibi.* (Dixi, prædictum ſtatutum, factum tali conditione, eſſe licitum, & vtile; quia vt ait Sayro, *loco citato*, renuntiante ſubdito iuri famæ, reſultat inde maius decus totius Ordinis, maius Religionis augmentum, & conſeruatio, & maior ſecuritas ipſius renuntiantis, eiuſque maior profectus ſpiritualis, in ſummiſſione, humilitate, &c.) Sic perdoctus Franciſcanus. Idem tenent grauiſſimi, & ſapientiſſimi Dominicani M. Bannez 2. 2. *quæſt.* 33. *ar.* 8. *dub.* 2. §. *iam aliud.* Vbi rationem reddens inquit. (Nam tota ratio illius ordinis

ordinis (nempè fraternæ Correctionis) eſt, ne fiat iniuria fratri corripiendo, infamando ipſum plus quàm oportet, vt corrigatur; at verò ſcienti, & volenti non fit iniuria: poterit ergo aliquis renuntiare iuri ſuo, quod habet, vt cum illo ſeruetur ordo Correctionis fraternæ; ſed vnicuique ſcienti eius delictum, liceat ſtatim denuntiare Prælato, præſertim tanquam Patri.) Petrus de Ledeſma *in ſum. tom. 2. tract. 4. de Miſericor. cap. 1. poſt concluſion. 24. diff. 6.* [*La dificultad*, inquit, *es en caſo, que vn proximo renunciaſe el orden de la correccion fraterna, o alguna Religion, o Comunidad, ſi ſeria licito, que los que profeſſan en tal Religion, renuncien ſu derecho, de ſuerte, que ſea licito a los demas, denunciar immediatamente al Prelado de la tal Religion, ſin que preceda la correccion fraterna? A eſta dificultad reſpondo, que no ſe deſcubre razon, que conuença, que los tales no puedan renunciar ſu derecho, &c.*] Quibus adhæret M. Zanurdus *in Direct. 1. 2. de reſtitution. famæ capite 45. fol. mihi 126. ibi.* [Secundò quæritur, an liceat Prælato præcipere ſubditis ſuis, vt reuelent delicta fratrum ſuorum, & ſubditi, in hoc, debeant obedire, &c.] Et poſt alia, ad ſecundum, ſic reſpondet. [Illi autem religioſi qui ſe obligauerunt ad hoc, cùm ſuo iuri ceſſerint, obedire tenentur; ſed ſi ipſi ſcandalum, vel maius malum timeant, nec ipſi ad hoc obligantur, quia eſſet contra Charitatem, & Iuſtitiam.] Hæc quoad Religioſos Societatis.

4. Quoad alias verò Religiones, in quibus famæ renuntiatio non eſt in vſu, grauiſſima eſt difficultas. Nihilominus poſſe etiam in illis, omitti correctionem fraternam, & immediatè deferri crimen Prælato, vt Patri, eſt Doctiſſimorũ ſententia. Et in primis, hoc non eſſe contra præceptum Chriſti Domini *Matth.* 18. (dato quòd illa verba præceptum contineant) videtur doctrina expreſſa D. Tho. 2. 2. *quæſt.* 33. vbi apertè tradit, Chriſtum Dominum ſolùm fuiſſe loquutum de correctionis ordine præmittẽdo, ante denuntiationem publicam faciendam Eccleſiæ, ſeu Prælato, vt Iudici; ita *in art.* 8. [In correctione fraterna Dominus voluit, quòd principium eſſet occultum, finem autem voluit eſſe publicum; vt ſcilicet Eccleſiæ denuntiaretur, (id eſt, ait *ad* 4.) Prælato, ſicut in loco Iudicis reſidenti.] Item *in 4. ſenten. diſt. 19. quæſt. 2. art. 3 ad 1. qu.' ad* 1. (Dominus præcepit, vt ſecreta admonitio publicam denũtiationem præcederet.) Et expreſſius. *Quodl.* 11. *art.* 13. *ad* 1. vbi ſermonem inſtituens de illo, qui, omiſſa monitione ſecreta, defert ſtatim Prælato, vt priuatæ perſonæ, crimen occultum fratris: ait. (Non facit contra præceptum Euangelij; quia non dicit hoc Eccleſiæ, ſed perſonæ proficienti, vt dictum eſt.) Et iterùm *in diſputatis quæſtion. 3 de Correctione fraterna artic. 2. in fine.* (Sic autem dicere Prælato, non eſt dicere Eccleſiæ, ſed quando dicit in publico, quaſi in loco Iudicis reſidenti.) Conſtat ergo apertiſſime ex D. Thom. non eſſe contra præceptum Euangelicum, non præmittere correctionem fraternam, ante denuntiationem ſecretam, quæ fit Prælato, vt Patri; ſecùs ante publicam, quæ illi, vt Iudici, fit.

5. Ex quibus, abſque vlla doctrinæ inconſequentia, cum D. Auguſtino, & D. Thoma, tradũt communiter diſcipuli,

puli, ante denuntiationem ſecretam Prælato, vt Patri, efficiendam, non eſſe opus adhibere teſtes. Non obſtante quod *Matth.* 18. dicatur. *Si te non audierit, adhibe tecum vnum vel duos teſtes*, Ita Syluester *verbo Correct.* 5. *ibi.* [Antequam inducantur teſtes, ſecundum Auguſtinum, prius oſtendi debet Prælato, vt ſingulari perſonæ, & ſi ſic nõ corrigitur, in publico corrigendus eſt. Eſt igitur ordo ſecũdùm Arch. vt primò moneatur ſecretò; ſecũdò dicatur Prælato, vt priuatæ perſonæ; tertiò, inducantur teſtes: quartò, ſi probari poteſt, & expectatur correctio, accuſandus eſt Ecclesiis, id eſt Prælato, vt eſt perſona publica.] Idem tradit M. Zanardus 1. 2. *Direct. cap.* 45. *fol. mihi* 1127. *ibi*, (Si Prælatus ſit pius Pater, poterit ei, poſt correctionem tamen ſecretam, tanquam Patri indicari, aſſumendo potiùs eum, vt teſtem omni exceptione maiorem, ſed non vt Iudicem qui velit formare proceſſum.] Et M. Corradus 1. *part. Reſp.* q. 328. [Poſtremò dicendum, vt S. Doctor ex Auguſtino ait, *in reſp. ad* 4. *artic.* 8. *quæſt.* 33 quòd prius dicat Prælato, quàm teſtibus, ſecundùm quod Prælatus eſt quædam ſingularis perſona, quę magis poteſt prodeſſe, quàm alij, non tanquam reſidenti in loco Iudicis.] Quibus adde M. Bannez 2. 2. *quæſt.* 33. *articul.* 8. *dub.* 2. §. *Iam verò*. Cæterùm inter Religioſos, inquit, multi poſſunt denuntiari Prælatis, tãquàm Patribus, qui ex Charitate ſpecialiter diligunt ſubditos, quoniam eiuſmodi denuntiationes non magis nocent, quàm ſi alter frater adduceretur in teſtem.] Huius aſſertionis rationem tradit, conſequentius ad ſuam doctrinam, D. Thom. *in* 4. *diſt.* 19. *q.* 2. *artic.* 3. *quæſt.* 2. *ad* 4. [Dicere, inquit, Prælato non eſt dicere Eccleſiæ, ſed perſonæ, quæ poteſt prodeſſe & non obeſſe, quia nullus magis poteſt prodeſſe, quam Prælatus; & ſecundùm hoc debet priùs dici Prælato, quàm teſtibus oſtendi aliis.]

6. Quòd autem dici poſſit Prælato, non præmiſſa monitione ſecretâ, quãdo ei, vt Patri, non vt Iudici, crimen defertur, præterquam quod (vt conſtat ex D. Thoma, *pluribus in locis ſuprà datis*,) non eſt contra præceptum Euangelicum; eſt ſententia communis in Religioſiſſimâ, & acutiſſimâ Scholâ Sapientiſſimorum PP. Ordinis Minorum; vt ex eadem teſtatur Angelus *in ſum. verb. Denuntiatio, num* 10. [Publicam, inquit, denuntiationem debet præcedere ſecreta monitio, ex præcepto diuino, &c. Secretam autem denuntiationem non eſt neceſſe vt præcedat monitio, &c. Nec eſt in famæ fratris præiudicium, ſi talis eſt Prælatus, qualis eſſe debet. Huius ſententiæ eſt Auguſtinus, & communiter Doctores Ordinis noſtri.] Hæc ille, cuius aſſertionem comprobant. Diu. Bonauent. *in cap.* 17. *Lucæ* in ea verba, *Attendite vobis*. (Ex quo, inquit, datur forma, quòd Prælato qui vult prodeſſe, etiam nulla præcedẽte Correctione, poteſt, & debet culpa proximi accuſari, extra iudicium, ſi ſit occulta.] Richardus *in* 4. *diſt.* 19. *art.* 3. *quæſt.* 1 [Dico quòd ex præcepto diuino debet ſecreta monitio præcedere publicam denuntiationem, non tamẽ neceſſarium eſt, quòd præcedat denuntiationem ſecretam, quæ fit ſoli Prælato.] Bernardinus de Areualo *in tractatu aureo de Correctione fraterna fol.* 152. (Si non liceret denuntiare Prælato ante admonitionẽ, hoc ideò eſſet, quia eſt cõtra ordinem Euangelij,

lij, vt ipſi dicunt: ſed hoc eſt falſum; quia ſi dicere Eccleſiæ eſt dicere Prælato, vt Iudici (ita interpretantur etiam aduerſarij) Profectò qui diceret. Prælato ſecretum, non tanquam Iudici, ſed vt perſonæ priuatæ prodeſſe potenti, non ideò dicit Eccleſiæ; & ita non violat ordinem Euangelii.) Et eiuſmodi denuntiationem poſſe licitè fieri, ſupponere videtur Syluester *verb. Correct. num.5.* Dum ait (Eo caſu, quo Prælatus eſt talis, quòd ea poſſit fieri ſecreta denunciatio, ante monitionem, ſine peccato; ſi ipſe iubet, vt ſic fiat, tenetur obedire ſubditus.

7. Et quando crimen, etſi occultum, redundare poteſt in damnum Religionis, defendit M. Bannez 2. 2. *quæſt.33.art.8.dub.2. verſ. Ad aliud verò:* vbi ſic ait. (Si ex eiuſmodi peccato religioſi, pateretur magnum periculum Religioni, tunc proculdubio, eiuſmodi peccatum immediatè denuntiandum eſt Prælato, ſaltem vt Patri, vt vigilet. Cui conſentit M. Petrus de Ledeſma *in ſum. tract.4. de Miſericordia cap.4.concl.23. §. Digo lo ſegundo.* Idémque ſentiunt communiter Doctores, quando crimen occultum, eſt contra bonum publicum. D. Thom. *quodlib.11.art.12.* (Si eſſet, inquit, aliquod peccatum carnale, ſeu ſpirituale, quod vergeret in detrimentum multitudinis, ſtatim eſt referendum.) Sic ille, quem ſequuntur diſcipuli D. Antonius, Margarita Confeſſorum, Paludanus, Sotus, Syluest. Tabiena, Armilla, & alij; quos refert Sanchez *in Conſiliis. tom. 2. lib.6. cap.2. dub.5.* Hic ſuper re deſiderabis forſan conſequentiam, ſi recolas *ſuperius dicta tractatu de Fide Prop.9. num.2.* Sed illic loquuntur de denunciatione iudiciali, hic de paterna.

8. Denique in quibuſcumque aliis peccatis, poſſe omitti monitionem ſecretam, quando exiſtimatur Prælatus melius delinquentem correcturus (in quo tantum caſu loquuntur Suarez, & Palao ab aduerſariis notati) tradit expreſsè D. Thom. *quodlib.11. art.13.* vbi ſic. (Secundò quæritur, vtrum, ſi aliquis ſciat peccatum proximi, peccat mortaliter referendo illud ſtatim Prælato ſuo? (reſpondet) ſi ego ſcio, quòd frater per me corrigetur, non debeo hoc denunciare Prælato: ſi autem videtur, quòd hoc melius fiat per Prælatum, & Prælatus ſit pius, diſcretus, & ſpiritualis, non habens rancorem, ſeu odium aduerſus illum ſubditum, tunc licitè poteſt denuntiare ſibi. Et tunc non dicit Eccleſiæ, quia non dicit ei ſicut Prælato, ſed ſicut perſonę proficienti ad correctionem proximi, & emendam.) Hæc D. Thom. quem tranſcriptis verbis ſequuntur diſcipuli. D. Antonin. 2. *part.tit.9.cap.6.* & Syluester *verbo Correctio. §. Septimò quæritur.* Et M. Paulus de Leon, ex eadem familia, *in libro, quem inſcripſit. Dux in Cœlum. Typis dato anno 1528. cap. 23. de Correct. fraterna*, ibi. (Si videret, inquit, quòd peccator meliùs, & ſaniùs, & ſine ira emendaretur, ſi id diceret Prælato, & Prælatus eſt vir cordatus, & prudens, & quòd id ſcit facere ad ſalutem correcti, melius eſſet dicere ſecretè Prælato; vt ipſe de ſuo id emendaret, & corrigeret.) Vide etiam Tabienam, Armillam, & alios apud Sanchez *in ſum. lib.6. cap.18. num.46.* Quibus adde M. Ioannem de la Cruz, M. Arauxo, & plures apud Ioannē Martinez de Prado, quos citatos

tos ſequitur *tom.1. cap.14. quæſt 5. &* *§.3. num.12.*

9. Eamdem ſententiam amplectuntur etiam Scotiſtæ. Nicolaus de Orbelli *in 4. diſt. 19. quæſt. 1. ibi.* [Hìc magis debet attendi finis correctionis, ſcilicet emendatio peccantis, quàm ordo verborum. Si igitur videatur frater peccans ſalubriùs corripi per alium, quàm per ſe, ſecurè poteſt ei indicare, & ſic dicit Auguſtinus exponens verba *Matth.*18.] Villalobos *in ſum. 2. part. tract.4. diff.12. num. 4.* [*A ſe de advertir, que ſi el Prelado fueſſe hombre muy prudente, y que lo podra corregir mejor, y que los recibira como Padre, en tal caſo ſe le devria dezir, pues por eſte camino ſe haze mejor*] Idem tradit Vega *lib.3. caſ.*110. citans Sotum, Cordub. & alios. Et *lib.5. caſu* 425. inquit, (Hanc ſententiam eſſe plurimorum virorum Doctiſſimorum.) Cui conſonat Petrus de Nauarra *lib.1. de reſtit. cap.4. num.*112. ſubnectens. (Tenuit Ricardus, Angelus, & videtur Durandi, pro qua Corduba citat D. Thomam, & Paludanum, ita tenent apertè Gabriel, & Bonauent. & Syluester expreſsè, & videtur Auguſtini ſententia.) Quibus adde ex Capuccinorum Ordine Caſpenſem *in curſu Theologico tom. 2. tr.27. diſp.6. ſect.3. num.25.* vbi de hac ſententia loquens ait. (Eſt probabiliſſima, tot Sanctorum Patrum, & Doctorum Scholaſticorum authoritate fulcita; imò oppoſitam cenſeo non tam probabilem, & quæ facilè poſſit eſſe occaſio ruinæ, & ſubuerſionis Religionis.) Videatur denique Sanchez *ſup.* vbi quinque ſuprà viginti Doctores pro hac opinione refert, & ſequitur.

10. Habemus igitur, ex dictis, ante ſe licitum eſſe, omiſſâ monitione ſecretâ, deferre Prælato, vt Patri crimen occultum fratris, vt tradunt Scotiſtæ; aut ſaltem, quando melius per ipſum corrigetur, vt tenent, cum aliis, Thomiſtæ. Quod, vt in plurimùm præſumi, docent non pauci, apud Dianam *part 7. tract.3. reſ.*44. Quapropter huius opinionis praxis ſancita eſt, per ſtatutum, in obſeruantiſſimo Minorum Ordine, vt refertur *in eorum Speculo 3. part. in Conſtitutionibus Miniſtri Generalis Gulielmi Farinerij cap.7. verſ. Diſtrictè per obedientiam.* Vbi ſic decernitur, (Teneantur fratres per obedientiã exeuntes, in reditu ſuo, ſecretè Guardiano exceſſus notabiles intimare.) Quibus verbis (vt ait Portel eiuſdem Ordinis *infrà* citandus.) (Et ex mox *ibidem* ſequentibus, clarè patet, ſtatutum illud præcipere, vt omiſſa Correctione fraternâ, crimen occultum Prælato denuntietur, etiam antequam ſciat peccatum continuari.) Addunt præterea ſuprà citatæ Cõſtitutiones Minorum, [Dogmatizare, quòd frater, qui fratrem corripit, de aliquo exceſſu in occulto, nõ tenetur dicere Superiori ſuo, quamuis ab eo per obedientiam ſit requiſitus, &c. ex ſententia totius Capituli Generalis definitum eſt, hãc doctrinam eſſe peſtiferam, & non ſanam.] Hæc, & alia reperies apud Bernardinum de Arèualo, eiuſdem Ordinis, *tractatu de Correctione fraterna fol.79. & 80.* qui, poſtquam ſuas adduxit Conſtitutiones, ſubnectit. [Idem habetur, quantùm ad primam partem, in ſtatutis Fratrum Prædicatorum *diſtinct.1. cap.18.* Quòd videlicet Fratres exeuntes extra Monaſterium teneantur, peccata grauia Prælato denunciare.] Conſtitutionis verba ſapientiſſimorum PP. hæc ſunt. [Si quis

autem

autem tale quid (nempe peccatum graue) extra Monaſterium commiſerit, frater, qui cum eo eſt, ſtudeat eius exceſſum Prælato (attende) quantociùs corrigendum intimare.] Sic *ibi lect.5.* Videatur Antonius de Corduba, ex Minorum Ordine, *in commen. in Regulam cap* 10. *quæſt.1.* vbi ait: [non eſſe veriſimile, tot viros Doctos, & pios, hac in parte, contra Euangelium erraſſe.] Verùm, quoad ſtatutum Ordinis Minorum, Laurentius Portel *in dubiis Regul. tom.* 1. *verb. correctio, in fine in Additionib. num.5.* ſic ſcribit. [Dico illud hodie non eſſe in vſu in Ordine noſtro, ſed per contrarium vſum eſt abrogatum.] Et quoad Conſtitutiones Ordinis Prædicatorum, quòd in eis nunquam hoc fuerit ſtabilitum, ſed potius oppoſitum, probat Ioannes Martinez de Prado *tom.1. cap.14 q.5. §.2. num.10.* [Et iſta, inquit, eſt indubitata, & perpetua totius Religionis praxis.] Sed quidquid de his ſit.

11. P. Filliucius *vbi ſuprà*, poſtquam probauit, ex communi Theologorum delictum fratris non emendatum, poſt monitionem ſecretam, & inductionem teſtium, indicandam eſſe Prælato tanquam Iudici, vt conſtat ex *n.160.* vbi ait. [Decimò quæro: quando in correctione deuenitur ad tertium gradum, debeátne indicari Prelato, tanquam Iudici? Reſp. debere indicari, &c.] Et poſtquam ſtatuit *num.161.* per notitiam habitam ex fraternâ denunciatione non poſſe delinquentem punire per pœnas iuris, ſed per alias arbitrarias ſic ait. (Duodecimò quæro. Quando liceat procedere viâ iudiciali aduerſus proximum denuntiatum? Supponimus, crimen poſſe probari, per duos, vel teſtes, & ſuper eo poſſe iuridicè inquiri Reſpondeò recenſeri apud Valentiam tres ſententias. Prima eſt Soti. *Memb. 2. quæſt.4.* negantis poſſe Prælatum infligere pœnas iuris ei, qui fraternè denunciatus eſt, ſi proponat ſe corrigere, ſecùs autem ſi ſit incorrigibilis. Secunda eſt Caietani *art.8* eſſe id licitum, quando ſit ſpes, quòd per eiuſmodi pœnas legales, tandem corrigatur; illicitum, ſi non ſit ſpes correctionis. Tertia eſt Bãnez *art.8. dub.4.* aſſerentis, in duobus caſibus, non ſolùm eſſe licitum, verùm etiam eſſe debitum. Primus eſt, quando oporteret denunciare iuridicè crimen, aut de illo inquirere, vt ſi eſſet perniciosum reipublicæ. *Secundus*: quando eſſet ſpes, fore vt per proceſſum iudicialem, corrigatur quoque delinquens, &c. Et hæc tertia ſententia videtur valdè probabilis & præferenda cæteris.) Hucuſque Filliucius. Quem, ferè eiſdem verbis, ſequuntur Trullench *in Decalogum tit.1. lib.1. cap.5. dub.15. num.8.* & Diana *part.7 tract.11. 3. reſol.47 & 59.*

12. Sententiam Mag. Bannez, quam cæteris præferendam cenſuit Filliucius, quoad ſecundum caſum, defendunt etiam Caietanus, Sotus, Paludanus, & D. Antoninus apud Sanchez *in Conſiliis tom 2. lib.6. cap.2. dub.11.* Et quando peccator, monitus à Prælato, non corrigitur, debere puniri iudicialiter per ipſum, ſi peccatum probari poſſit, tradunt ex eodem Prædicatorum Ordine. M. Ioannes Viguerius *lib. inſtit. c.12. §.2. verſ 1.* & M. Conradus 1 *part.7. Reſponſ. quæſt.32.* *in Additione.* Vbi ſic ait. [Si non ſperatur emenda fratris, tunc aduerſus pertinacem, via iuris procedendum eſt.]

13. Sed hac ſuper re omnino videndus M. Acacius de Velaſco *tom. 2. reſ. moral. verb. Reo. Reſ. 382.* vbi ſic. [*Eſto ſupueſto, ſe dificulta, que puede hazer el Prelado (attende) en virtud de la noticia que tiéne como Padre, por la denunciacion Euangelica, en delicto oculto, y ſolo perſonal, quando es prouable por dos ô tres teſtigos; en caſos que hechas las diligencias, ſe eſtuuiere el ſubdito pertinaz, è incorrigible.*] Sic ille. Vbi, poſtquàm primam ſententiam Martini de San Ioſeph propoſuit ſubiungit. [*La ſegunda dize, que en el caſo propueſto, ſi tuuiere el Prelado eſperança, de que por medio del orden Iudicial, ſe a de enmendar el tal delinquente, puede proceder vſando de todo lo dicho.* (Nimirum, vt prædixerat, *le puede encarcelar, y oprimir, y* ſi fuere neceſſario, *le puede dar tormento,*) *y por conſiguiente podra obligar con preceptos, y cenſuras al denunciador Euangelico, que lo ſea judicial, y ſino valerſe de la incorrigibilidad, como de acuſador virtual. Eſta ſentencia, con la limitacion dicha. la tiene Soto, y otros. Nauarro, Aragon, Nauarra.*] Quibus adde (licèt in aliam inclinet) ipſum Acacium *vbi ſup. num. 5.* dicentem. [*La ſegunda tengo tambien por muy prouable*] Et Villalobos *in ſum. tom. 2. tract. 4. diff. 14. nu. 5. & 6.* Vide etiam Sotum *de ſecreto, quæ. 4. Memb. 2. poſt octauam concluſ. Sed dubium eſt,* vbi addit. [Probabile eſſe denuntiantem fraternaliter poſſe eſſe teſtem, cum finito proceſſu fraternali, incipit forum iudiciale.] En opinionem Filliucij, quam ſcandaloſam, & erroneam vocaſti. En Doctores, quorum authoritati (quæ magna quidem eſt) innixus, eorum ſententiam valdè probabilem dixit. Quorum nullus in harum opinionum praxi, fraudem vllam contra Correctionis præceptum inuenit.

14. Ad calcem notandum venit; quod, dum ſub prælo eſſet hic tractatus, promulgatum eſt Decretum Cõgregationis Generalis Sanctæ Romanæ Inquiſitionis habitæ feria quinta, die octauo Iulij huius anni 1600. Coram Sanctiſſ. D. N. Alexandro VII. ac Eminentiſ. Cardinal. Quod (cum antea non licuerit) neceſſum fuit hic aſſuere: tum quia non leuiter confirmat, quæ circa correctionem fraternam pro Ieſuitis tradita ſunt: tum præcipuè quia proſcindit, & proſcribit aliorum Doctorum opiniones *in tractatu præcedenti* relatas: tam hoc prætextu quam aliis retardantes delationem criminum ad ſanctum Inquiſitionis Tribunal pertinentium. Decreti verba ſunt. (Propterea idem Sanctiſſimus declarauit, præfatos ſubditos, etiamſi nulla fraterna correctio, vel alia monitio præmiſſa fuerit, omnino teneri, & obligatos eſſe accedere ad denuntiandum Ordinariis, vel Inquiſitoribus locorum; quoſcumque, etiam confratres, ac Superiores, etiam Primatios ſuos eiuſdem Ordinis, & Religionis; quos nouerint eſſe de fide quomodolibet, etiam leuiter, ſuſpectos. Ac propterea eoſdem debere omnes, & quoſcumque etiam alios à ſe conſilium, *vt ſupra.* petentes monere, & obligare ad denuntiandum: nec poſſe illos à denuntiando, ſub dictæ fraternæ Correctionis, vel alio quovis prætextu, retrahere, aut retardare. Et præfatos omnes, tam ſuperiores, quam Subditos contra facientes Sanctitas ſua voluit, & declarauit, ſubiacere

re

re omnibus cenſuris in dicta Conſtitutione Pauli V. expreſſis, nec non priuationis quanrumcumque dignitatum, ſiue Prælaturarum, ſeu officiorum ſuorum Ordinum, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ, perpetuæque inhabilitatis ad eadem, ipſo facto, abſque alia declaratione incurrendis.] Hactenus in prędicto Decreto. Quo protiùs corruêre opiniones plures, præcipuè quæ *Tract. de Fide. Prop.* 4. & 5. 9. & 10. ex aliorum mente referuntur.

PROPOSITIO V.

Prælati inferiores, licèt ſe ipſis poſſint occulta ſubditorum crimina corrigere, ea tamen poſſunt Generali Religionis reuelare. Palao Ieſuita *tom.* 1. *tract.* 6. *diſp.* 3. *num.* 6. *punct.* 11. (Huius doctrinæ praxis communis eſt inter Ieſuitas.)

1. ℟. PAlaus *vbi ſuprà* contrariam ſententiam defendit: putat tamen probabile, non eſſe peccatum mortale, (non vero eſſe licitum) innixus authoritati Eminentiſſimi Caietani, & aliorum eiuſdem familiæ. Ex quibus M. Ioannes de la Cruz 1. *part. direct. præcept.* 8. *art.* 2 *de detract. dub.* 3. *concl.* 1. ſic ait (Ex mente Caietani 2. 2. *quæſt.* 71. *art.* 2. non erit peccatum mortale, reuelare crimen alterius occultum viro graui, & timorato, ſi ſcitur, quòd iſte alteri non reuelabit, nec nocebit. Hæc ſententia, etſi ob tantum Doctorem, probabilis ſit: oppoſita Soti & Bannez eſt communior.) Probabilem eſſe, dicit etiam M. Serra 2. 2. *quæſt.* 71. *art.* 2. & illam ſequuntur Petrus de Nauarra Graffius. Zambellus, Roſſeus, & alii apud Dianam 2. *part. tract.* 1. *Miſc. reſ.* 22. & 3. *part. tract.* 5. *Miſcel. reſ.* 33. & 6. *part. tract.* 7. *reſ.* 9. Quibus adde Cordubam, Cœleſtinum, Bonacinam, & Trullench apud M. Ioannem Martinez de Prado *tom.* 2. *Theol. moral. cap.* 25. *quæſt.* 2. § 2.

2. His igitur principiis ductus P. Caſtro Palao, rationem ſuæ præiactæ conclusionis, ſic reddit. (Si enim probabile eſſe diximus, in materia detractionis, reuelare peccatum vni, vel duobus viris grauibus, qui magis prodeſſe poſſunt, quàm obeſſe, non fore peccatum mortale, etiamſi ex leuitate, & loquacitate reueletur; à fortiori probabile erit, quando ex recto fine manifeſtatur, & ex alia parte non leuis conuenientia intercedit. Hæc ille. Cui multum facit, quod ex D. Thoma tradit Syluester *verb. Correct.* § *ſeptimò quæritur.* Vbi ſic ait. (Qui denuntiat Prælato, aut amico, aut cuicumque ex malitia, vt quis confundatur, aut deprimatur, peccat mortaliter; qui autem ex incautela hoc alicui dicit, ita tamen, vt infamia, aut vituperium non eueniat delinquenti, non peccat mortaliter. Hæc ex illo.) Ita Syluester. Et ſaltem, & ſi ſubditus meliùs per Generalem, quàm per Prælatum localem corrigendus iudicatur; Doctores omnes, qui ſentiunt omitti poſſe correctionem fraternã, ſeu ſecretam monitionem, quando per Prælatum meliùs foret; à fortiori iudicabunt, poſſe etiam omitti denunciationem coram Prælato in-

ſcriori, quando exiſtimatur Superior meliùs delinquentem correcturus. Et hoc conuincit authoritas D.Thomæ *quodlib.*11. *articul.*3. quem, vt vidimus *Propoſ. præcedenti*, innumeri ſequuntur.

3. Verùm, licèt opinio Palai poſſit probabiliter, abſque lethali, ad praxim deduci, inter Ieſuitas non permittitur; quia oppoſitum apud ipſos ſtabilitum eſt in 6. Congreg. Generali decreto 60. Et in Congregatione ſeptima, decreto de manifeſtatione delicti *cap.*15. *num.*2. vbi dicitur [Sine vrgenti neceſſitate, & vtilitate, nemini eſſe crimen delati reuelādum.] Quæ quidem verba (vt notat Palao *ſupra*) non conuenientiam ſed neceſſitatem inducunt. [Nec aliter poteſt vnus Superior dicere rem ſibi delatā, & notā alteri Superiori eiuſdem delati.] Vt decernitur *in dicta Congreg.*6. *decreto* 63. Quo ergo fundamento aſſeris, praxim contrariam eſſe communem, inter Ieſuitas, ſuarum conſtitutionum obſeruantiſſimos.

PROPOSITIO VI.

Licèt proximus à crimine occulto emendatus ſit, & tibi certiſſimè conſtet, potes tamen præteritum eius delictum ſuperiori deferre. Valencia Ieſuita *tomo* 3. *diſp.*3. *quæſt.*10. *punct.*5.

1. R. PAter Valentia pro contraria ſententia militat, licèt hanc probabilem videatur innuere, propter authoritatem Doctorum qui eam ſequuntur. Verba eius ſunt. [An ſi poſt primam monitionem emendetur, liceat nihilominus ſecretò peccatum eius indicare Prælato, vt eo ſit tutior recidiua.] Reſpondet. [Affirmat Richardus *in* 4. *diſt.*19. *artic.*3. *quæſt.*1. ſi Prælatus ſit talis, qui non videatur apud alios infamaturus fratrem. Et ſequitur Gabriel *lection.*74. *in Canonem.* Sed rectiùs hoc negant alij, nempe Adrianus. Paludanus, Sotus, & Nauarrus.] Hæc Valentia, & *paulò infrà*, cum Soto, & aliis, ſubnectit. [Quòd ſi caſus eſſet talis, vt certò, vel, probabiliter exſtimaretur proximus relapſurus, niſi præteritus eius lapſus indicetur Superiori, negari non debet, quòd id eſſet licitum, ſicut concedit quoque Adrianus, & Sotus *in relect. de ſecreto. Memb.*2 *qu.*4. *concluſ.*4. & inſinuat quoque D.Thom. *Quodlib.*11. *art.* 3. aliter verò (attende) non licet, niſi ad id habeat proximi conſenſum] Hæc ibi.

2. Valentiam ſequitur M. Conradus 1 *part. Reſponſ. quæſt.*327 *in Addit.* vbi ait. [Fratrem iam correctum, & emendatū per ſecretam monitionem, denuntiari debere, quando correctus adhuc manet in periculo veriſimili, ad iterum labendum] Subiungens, in hoc ſenſu veram eſſe ſententiam Ricardi *vbi ſuprà*: ſed exceſſit dum addit. [Cautè legendus Ricardus vbi dicit, quòd quando frater ſit correctus per ſecretam admonitionem, tamen denuntiandus eſt Prelato, vt obſeruet à recidiuo. Hoc dictum, niſi aliter declaretur, eſſet omninò falſum, & erroneum.]

3. Exceſſit

3. Exceſſit, inquam, in cenſura: quia pro opinione Ricardi ſtant grauiſſimi Doctores. Vide Bernardinum de Areualo *Tractatu de Correctione fraterna fol.*145. vbi adducit formalia verba Ricardi, ſubnectens.[Hanc Ricardi ſententiam ſequuntur Gerſon, Gabriel, & Angelus, & hanc quoque tenet S.Bonauentura.] Et, quod magis, communis eſt inter ſapientiſſimos Patres Ordinis Minorum, vt teſtatur Angelus *in ſum. verb. denuntiatio num.*10. [Secretam, inquit, denuntiationem, non eſt opus vt præcedat monitio, & ideò ſiue ſecretè monuerim; ſiue non (attende) ſiue ſecretè correxerit ſe ad meam monitionem, ſiue non, teneor denuntiare prælato præcipienti, quia valet ad præcauenda peccata recidiui: nec eſt in famæ fratris præiudicium, ſi talis eſt Prælatus, qualis eſſe debet, &c. Huius ſententiæ eſt Auguſtinus. Hoc videtur etiam Gualtero *in ſum.* & Guillelmo de Mara. Et communiter Doctores Ordinis noſtri.] Hæc Angelus. Cuius ſententiam, licèt pro omnibus delinquentibus iam emendatis, non approbet D.Antoninus 2.*part. tit* 9. *capite* 6.ſubnectit verò [Circa Regulares perſonas non eſt tanta neceſſitas hunc ordinem obſeruandi, ſicut circa ſæculares.) Quibus, ſatis pro Regularibus, hanc opinionem probabilem indicat. Et abſolutè amplectitur Iacobus de Graffis Benedictinus *lib.*2. *cap.*59. *num.* 20. ibi. (Aduertendum eſt, quòd frater delinquens, non tantùm denuntiandus eſt Prælato, tanquam pio, & diſcreto & ſpirituali, ſicut priuatæ perſonæ, vt emendetur, ſed vt emendatus præſeruari poſſit à recidiuo.] Imò, & D.Thomā pro hac ſtare ſententia contendit Gabriel *in* 4. *diſtin* 19. *lect* 74. *in Can.* vbi ſic ait (Nota, quòd frater delinquens, non tantùm denuntiandus eſt Prælato, vt determinatæ perſonæ, vt emendet; ſed etiam emendatus, vt præſeruet à recidiuo. Ideo D.Thom. dixit, ſi intendat, emendationem fratris, vel cautelam in futurum) Verùm D.Thom. non ita clarè loquitur pro hac ſententia, vt benè obſeruant diſcipuli.

4. Inuenies etiam pro illa citatum P Valentiam pro Religioſis Societatis *tom.*3.*diſput* 3.*quæſt.*10.*punct.*5.apud Dianam *part.*7.*tract.*3.*reſol.*50. Verùm Valentia *ſuprà à* §. *Primo controuerſum eſt.* De omnibus abſolutè loquitur, & de omnibus, ſub conditione, affirmat. (Si ad id, inquit, habeat quis proximi conſenſum, &c. Si autem deſit proximi ad id conſenſus, falſum eſt id conſequens) Nec leuiter innuit Religioſos Societatis, quoad hanc partem, conſenſum præſtitiſſe, & expreſsè, quòd non præſtiterint, docent P.Caſtro Palao *tomo* 1 *tract.*6 *diſput.*3. *punct.*13. & P. Sanchez *in ſum. tom.* 2. *libro* 6. *cap.*18. Cæterum, quoad omnes, videntur cogi fateri, non eſſe mortale, quotquot aſſerunt, tale non eſſe reuelare crimen occultum vni, vel duobus non nocituris, Caietanus, Ioannes de la Cruz, Marcus Serra, Nauarra, Graffius Zambellus, Bonacina, Trullench, & alij, quos dedi *Prop. Præcedenti nu.*1. qui vel ſequuntur, vel dicunt, eſſe probabile.

PROPO-

PROPOSITIO VII.

Si conuitia, & contumelias in te quis proferat, & potes licitè illi dicere: Mentiris. Hurtado de Mendoça 2.2. *vol.* 2. *diſp.* 170. *ſect.* 14. *n.* 117.

1. R. EST ſententia M. Soti *de Iuſtitia lib.* 5. *quæſt.* 9. *art.* 3. vbi ſic ait. [Nunquam licet crimen, defectúmve vllum, vel occultum, vel publicum, per modum vindictæ, in conuitiatorem reſpuere, ſed tantùm per modum defenſæ, vim vi repellendo: hoc eſt non licet obiicere, quod impertinens eſt ad obiciendam eius authoritatem, ſed illud prorſus, quod ad id neceſſarium eſt; vt ſi dicam (attende) eum eſſe hominem mendacem & ad eius confirmationẽ patefaciam aliqua mẽdacia, vt in eo quod mihi impingit infringatur eius fides.] Hæc Sotus; & ante illum Petrus Alciatus apud Hurtado. Quorum opinionem amplectũtur Aragon, Sayrus, Felinus, Pitigianus, Peregrinus, Frãciſcus, Corona, & alij, quos citatos ſequitur Paſqualigus *in dec. moral.* 473. & conſentit Diana 5 *p. tract.* 13. *Miſcel. reſ.* 26. Quando contumelioſus obiicit crimen ita occultum, vt peccet mortaliter ineuulgando.] Et abſolute defendit *part.* 6. *tractat.* 6. *Miſcel. reſ.* 16. vbi inquit. [Vtrum liceat, iniurianti reſpondere. Mentitis.] Et poſtquam multis partem affirmatiuam comprobauit; concludit. Et ideo noſtram ſententiam tenent Hurtado, Peregrinus, &c. Et Bartolus *in l. Quæ omnia num.* 1. *ff. de procura.* vbi ſic ait. [Nota, quòd ei, qui dicit te commiſiſſe aliquod crimen, licitè potes dicere: tu mentiris, licet enim retorquere in alium: ita ille. Cui addit Farinaciũ.] Hactenus Diana, qui hanc ſententiam iterum tradit *p.* 9. *tract.* 9. *reſol.* 43. plures pro ea citans Doctores, inter quos M. Bannez, & Salonium. Quos ſequitur Thomas Hurtado *to.* 2. *reſ. moral. tract. vltimo reſ.* 5. *n.* 151. addens Bonacinam, & Trullench. Vide etiam Criſpotium *in caſibus militaribus*, vbi recenſet caſus, in quibus liceat contumelioſo dicere: Mentitis.

2. Nota, quòd P. Hurtado de Mendoça non docet abſolutè opinionem præobiectam, ſed cum limitatione, ad quam attẽdere debuiſſes. Sic enim ait. Quando contumelioſus non ſpectatur ſe cohibiturus, ſed perſtiturus in contumelia ſemel dicta, aut aliàs aggreſſurus; is qui eam patitur, poteſt licitè illi dicere: Mentitis.] En ſtrictiùs loquitur, quàm Sotus, & reliqui Doctores.

3. Et ſanè difficile videtur, quòd hoc non liceat, quandoquidem per modum defenſæ, & ad infringendam contumelioſi authoritatem, poteſt, ſecundum quoſdam, abſque lethali, crimẽ falſum illi obiici. Ita docet M. Bannez 2. 2. *quæſt.* 70. *art.* 3. *dub.* 2. vbi ait. [Solùm eſſe peccatum veniale mendacij, obiicere crimen falſum teſti iniquo, quando talis obiectio prodeſt ad refutandũ eius teſtimonium.] Quẽ ſequitur M. Petrus de Ledeſma *in ſum. tract.* 8. *cap.* 15. *concl.* 15. *concl.* 11. *dub.* 3. dicens. [*En tal caſo la mentira no es pecado mortal de iniuſticia, ni es mentira perniciofa. Eſto enſeña Orellana, y comunmente los diſcipulos de ſanto Thomas.*] Quod putat probabile

babile M. Ioannes de la Cruz 1.*p. Direct. part. 8. de iniuſt. artic.* 3. *dub.* 17. ibi. (Etſi Bannez, Ledeſma, & Orella probabiliter ſentiant, eſſe ſolum mendacium veniale, obiicere teſti iniquo crimen falſum, ſecluſo periculo in obiiciente, teſtibus ad hoc inducendis, &c.] Et tuentur plures apud Dianam *part.* 9. *tract.* 9. *reſol.* 43. & ipſe dicit. [Hanc ſententiam eſſe ſatis probabilem.] videatur etiam Caramuel *in Theolog. fundam. nu.* 1151. vbi ait. [Viginti, & plures Doctores aſſerere: eum, qui imponit falſum teſtimonium alicui, vt ſuam iuſtitiam, & honorem defendat, non peccare mortaliter] Cur ergo peccabit ex eo, quòd conuitianti dicat: mentiris? Et quidem, ſi pro defenſione honoris licet alterum occidere, vt docent Sotus, Bannez, Salonius, Aragon, & alij, quos citatos ſequitur Diana 5. *part. tract.* 4. *reſ.* 9. dicens eſſe communem; cur non, & vocare mendacem?

4. Sed ne in praxi delinquas; notare oportet; opinionem *ſuprà* adductam, de obiiciente crimen falſum teſti iniquo, regulariter falſiſſimam eſſe, vt bene obſeruat Cardinalis Lugo *de Iuſtitia tom.* 2. *diſput.* 40. *ſect.* 2. *numero* 25. [Quia ſi non ſeruit, inquit, ad defenſionem, erit infamatio proximi ſine neceſſitate, atque adeò peccatum mortale. Si deſeruit, probando prædictum crimen per teſtes, qui cum debeant iurare, committent peccatum periurij, & conſequenter eos ad hoc adhortari, erit peccatum mortale.] Hæc ille, quæ iam prænotauerat M. Bannez *vbi ſup. concl. prima.*

PROPOSITIO VIII.

Vir Equeſtris ad Duellum prouocatus poteſt illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat. Layman Ieſuita *lib.* 3. *tract.* 3. *cap.* 3. *n.* 3. Cui intrepidè ſcripſit Hurtado de Mendoça Ieſuita 2. 2. *diſ.* 170. *ſect.* 12. *num.* 96. *&* 97.

1. ℞. SI prouocatus aliud non timeat, præter timiditatis notam. P. Layman contrariam ſententiam tenet. En eius verba. [Sed quæſtio eſt, vtrùm prouocatus ad pugnã, ſeu duellum acceptare poſſis, ne ignauiæ, aut timiditatis notam apud alios incurras? Aliqui affirmant apud Bannez 2. 2. *q.* 64 *art.* 7. *dub.* 3. ſed contraria ſententia eſt communis Bannez, Soti, Nauarræ, Rodriguez, Leſij, Molinæ, Sanchez, Becani, ordinariè non eſſe licitum prouocato ad duellum, id acceptare, quia nemo prodeuntium vitio tibi vertet, quod legẽ Dei obſerues.] Ex quibus conſtat, ad ignauiæ, & timiditatis incurrendam notam non ſufficere ſecundùm Layman, ad honeſtandam acceptationem duelli. Secùs forſan erit ſi aliæ adiungantur cauſæ. Quapropter *infrà* ſubnectit. [Si in rariſſimo caſu, eo loco res ſita ſit, vt miles in exercitu, vir equeſtris in aula Regia, officio, dignitate Ducis, aut Principis fauore, ob ignauiæ ſuſpicionem excidere debeat, niſi identidem prouocanti ſe ſiſtat, non audeo damnare eum, qui meræ defenſionis gratiâ, paruerit, iuxta doctrinam Nauarri *cap.* 15. *nu.* 3. *&* 4. Nã ſi, ob defẽſionem bonorum, hominum mutilare, vel occidere fas eſt, multo

ligione, quantum ad ea, quæ ſibi proponunt verbo, aut ſcripto, quæ pertinent ad veritatem doctrinæ, ita ſanè, nè, quòd tales conſtitutiones approbatæ à Pontifice, nihil contineant Euangelio, aut rectæ fidei, rationiſve naturali contrarium. Et hoc in ſenſu, iam certa eſt concluſio, vt oppoſitum non dubitet eſſe hæreticum.] Et *infrà concl.* 4. [Non poteſt Sūmus Pontifex errare, in approbatione alicuius Religionis, quantùm ad conſtitutiones, & leges ſibi propoſitas; ita vt approbet leges pernicioſas, aut nociuas ſaluti animarum. Hæc concluſio probatur, eiſdem rationibus, quibus probata eſt tertia concluſio, &c Quapropter, eiſdem cenſuris notandus, qui hanc cõcluſionem negaret, ſicut ille, qui negaret tertiam illam concluſionem præallegatam.] Huc uſque Bannez. Vnde meritò Palao *tom.* 1. *tractatu* 4. *diſput.* 1. *punct.* 5. §. 6. *num.* 6. [Dicendum, exiſtimo, de fide eſſe, non poſſe Pontificem errare, ita vt approbet, tanquam conſentaneum Euangelicæ perfectioni, quod conſentaneum non ſit.] Itaque dubitari non poteſt, Religioſis Societatis licere delationem occulti criminis, omiſsâ Correctione fraternâ.

2. Cuius ratio Theologica eſt, quia omnes huius Religionis alumni, quoad hanc partem, propriæ famæ renuntiarunt. Quod licitè, & meritoriè efficere potuerunt, iuxta cõmunem doctrinam Thomiſtarũ. Ex quibus M. Serra 2. 2. *q.* 66 *art.* 1. *dub.* 3. inquit. [Nos poſſe honorem, & famam diſperdere, ad noſtri humiliationem, ad vitandum peccatum ſuperbiæ, & ad petendum conſilium.] Idem docet Sotus *lib.* 5. *de iuſtitia quæſt.* 10. *artic.* 2. *concluſ.* 2. quem citatum ſequitur M. Ioannes Martinez de Prado *to.* 1. *Theolog. moral cap.* 25. *quæſt* 1. §. 5. dicens. [Nam, cum quiſque ſit ſuæ famæ Dominus, poteſt eius diſpendium, ex cauſa, facere.] Et M. Ioannes de la Cruz 1 *part. Direct.* 7. *præcept. de reſtitut. dubit.* 7. *concluſ.* 1. [Homo priuatus, inquit, eſt Dominus ſuæ famæ; ergo ex rationabili cauſâ poteſt eam expendere.] Et cum Nauarro, & Salon docet M. Corradus 1. *part. Reſp. caſu quæſt.* 95. ibi. [Homo abſolutè loquendo, eſt Dominus ſui honoris, & famæ; ſicut, & aliorum bonorum temporalium.] Et quod caput, ita tradit D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 64. *art.* 5. *ad* 3. & *quæſt.* 77. *art.* 4. *ad* 1. vbi ſic ait. (Sui arbitrij eſt, detrimentum ſuæ famæ pati, niſi hoc vergat in periculum aliorum.) Quamvis, contra illum ſentiat Caietanus 2. 2. *qu.* 73. *art.* 2. §. *Ad hoc dicitur*.

3. Propter hæc, prædictam conſtitutionem, ſoli ſtando rationi Theologicæ, vltra Doctores omnes Societatis, defendunt Freitas, Catena, Malderus, Trullench, & alij, apud Dianam *p.* 7. *tract.* 3 *reſ.* 45. & Portel *in dubiis Regul. verb. Correctio fraterna in fine in Addit. num.* 2. & 5. *ibi.* (Dixi, prædictum ſtatutum, factum tali conditione, eſſe licitum, & vtile; quia vt ait Sayro, *loco citato*, renuntiante ſubdito iuri famæ, reſultat inde maius decus totius Ordinis, maius Religionis augmentum, & conſeruatio, & maior ſecuritas ipſius renuntiantis, eiuſque maior profectus ſpiritualis, in ſummiſſione, humilitate, &c.) Sic perdoctus Franciſcanus. Idem tenent grauiſſimi, & ſapientiſſimi Dominicani M. Bannez 2. 2. *quæſt.* 33. *ar.* 8. *dub.* 2. §. *iam aliud*. Vbi rationem reddens inquit. (Nam tota ratio illius ordinis

Digitized by Google

ordinis (nempè fraternæ Correctionis) eſt, ne fiat iniuria fratri corripiendo, infamando ipſum plus quàm oportet, vt corrigatur; at verò ſcienti, & volenti non fit iniuria: poterit ergo aliquis renuntiare iuri ſuo, quod habet, vt cum illo ſeruetur ordo Correctionis fraternæ; ſed vnicuique ſcienti eius delictum, liceat ſtatim denuntiare Prælato, præſertim tanquam Patri.) Petrus de Ledeſma *in ſum. tom. 2. tract. 4. de Miſericor. cap. 1. poſt concluſion. 24. diff. 6.* [*La dificultad*, inquit, *es en caſo, que vn proximo renunciaſe el orden de la correccion fraterna, o alguna Religion, o Comunidad, ſi ſeria licito, que los que profeſſan en tal Religion, renuncien ſu derecho, de ſuerte, que ſea licito a los demas, denunciar immediatamente al Prelado de la tal Religion, ſin que preceda la correccion fraterna? A eſta dificultad reſpondo, que no ſe deſcubre razon, que conuença, que los tales no puedan renunciar ſu derecho, &c.*] Quibus adhæret M. Zanurdus *in Direct. 1. 2. de reſtitution. famæ capite 45. fol. mihi 116. ibi.* [Secundò quæritur, an liceat Prælato præcipere ſubditis ſuis, vt reuelent delicta fratrum ſuorum, & ſubditi, in hoc, debeant obedire, &c.] Et poſt alia, ad ſecundum, ſic reſpondet. [Illi autem religioſi qui ſe obligauerunt ad hoc, cùm ſuo iuri ceſſerint, obedire tenentur; ſed ſi ipſi ſcandalum, vel maius malum timeant, nec ipſi ad hoc obligantur, quia eſſet contra Charitatem, & Iuſtitiam.] Hæc quoad Religioſos Societatis.

4. Quoad alias verò Religiones, in quibus famæ renuntiatio non eſt in vſu, grauiſſima eſt difficultas. Nihilominus poſſe etiam in illis, omitti correctionem fraternam, & immediatè deferri crimen Prælato, vt Patri, eſt Doctiſſimorũ ſententia. Et in primis, hoc non eſſe contra præceptum Chriſti Domini *Matth. 18.* (dato quòd illa verba præceptum contineant) videtur doctrina expreſſa D. Tho. 2. 2. *quæſt. 33.* vbi apertè tradit, Chriſtum Dominum ſolùm fuiſſe loquutum de correctionis ordine præmittẽdo, ante denuntiationem publicam faciendam Eccleſiæ, ſeu Prælato, vt Iudici; ita *in art. 8.* [In correctione fraterna Dominus voluit, quòd principium eſſet occultum, finem autem voluit eſſe publicum; vt ſcilicet Eccleſiæ denuntiaretur, (id eſt, ait *ad 4.*) Prælato, ſicut in loco Iudicis reſidenti.] Item *in 4. ſenten. diſt 19. quæſt. 2. art. 3 ad 1. qu. ad 1.* (Dominus præcepit, vt ſecreta admonitio publicam denũtiationem præcederet.) Et expreſſius. *Quodl. 11. art. 13. ad 1.* vbi ſermonem inſtituens de illo, qui, omiſſa monitione ſecreta, defert ſtatim Prælato, vt priuatæ perſonæ, crimen occultum fratris: ait. (Non facit contra præceptum Euangelij; quia non dicit hoc Eccleſiæ, ſed perſonæ proficienti, vt dictum eſt.) Et iterùm *in diſputatis quæſtion. 3 de Correctione fraterna artic. 2. in fine.* (Sic autem dicere Prælato, non eſt dicere Eccleſiæ, ſed quando dicit in publico, quaſi in loco Iudicis reſidenti.) Conſtat ergo apertiſſime ex D. Thom. non eſſe contra præceptum Euangelicum, non præmittere correctionem fraternam, ante denuntiationem ſecretam, quæ fit Prælato, vt Patri; ſecùs ante publicam, quæ illi, vt Iudici, fit.

5. Ex quibus, abſque vlla doctrinæ inconſequentia, cum D. Auguſtino, & D. Thoma, tradũt communiter diſci-

puli, ante denuntiationem ſecretam Prælato, vt Patri, efficiendam, non eſſe opus adhibere teſtes. Non obſtante quod *Matth.* 18. dicatur. *Si te non audierit, adhibe tecum vnum vel duos teſtes.* Ita Sylueſter *verbo Correct. 5. ibi.* [Antequam inducantur teſtes, ſecundum Auguſtinum, prius oſtendi debet Prælato, vt ſingulari perſonæ, & ſi ſic nõ corrigitur, in publico corrigendus eſt. Eſt igitur ordo ſecũdùm Arch. vt primò moneatur ſecretò; ſecũdò dicatur Prælato, vt priuatæ perſonæ; tertiò, inducantur teſtes: quartò, ſi probari poteſt, & expectatur correctio, accuſandus eſt Eccleſiis, id eſt Prælato, vt eſt perſona publica.] Idem tradit M. Zanardus 1.2. *Direct. cap.* 45. *fol. mihi* 1127. *ibi.* (Si Prælatus ſit pius Pater, poterit ei, poſt correctionem tamen ſecretam, tanquam Patri indicari, aſſumendo potiùs eum, vt teſtem omni exceptione maiorem, ſed non vt Iudicem qui velit formare proceſſum.] Et M. Corradus 1. *part. Reſp. q.* 318. [Poſtremò dicendum, vt S Doctor ex Auguſtino ait, *in reſp. ad* 4. *artic.* 8. *quæſt.* 33 quòd prius dicat Prælato, quàm teſtibus, ſecundùm quod Prælatus eſt quædam ſingularis perſona, quę magis poteſt prodeſſe, quàm alij, non tanquam reſidenti in loco Iudicis.] Quibus adde M. Bannez 2. 2. *quæſt.* 33. *articul.* 8. *dub.* 2. §. *Iam verò.* Cæterùm inter Religioſos, inquit, multi poſſunt denuntiari Prælatis, tãquàm Patribus, qui ex Charitate ſpecialiter diligunt ſubditos, quoniam eiuſmodi denuntiationes non magis nocent, quàm ſi alter frater adduceretur in teſtem.] Huius aſſertionis rationem tradit, conſequentius ad ſuam doctrinam, D. Thom. *in* 4. *diſt.* 19. *q.* 2. *artic.* 4. *quæſt.* 2. *ad* 4. [Dicere, inquit, Prælato non eſt dicere Eccleſiæ, ſed perſonæ, quæ poteſt prodeſſe & non obeſſe, quia nullus magis poteſt prodeſſe, quàm Prælatus; & ſecundùm hoc debet priùs dici Prælato, quàm teſtibus oſtendi aliis.]

6. Quòd autem dici poſſit Prælato, non præmiſſa monitione ſecretâ, quãdo ei, vt Patri, non vt Iudici, crimen defertur, præterquam quod (vt conſtat ex D. Thoma, *pluribus in locis ſuprà datis,*) non eſt contra præceptum Euangelicum; eſt ſententia communis in Religioſiſſimâ, & acutiſſimâ Scholâ Sapiẽtiſſimorum P. Ordinis Minorum; vt ex eadem teſtatur Angelus *in ſum. verb. Denuntiatio, num* 10. [Publicam, inquit, denuntiationem debet præcedere ſecreta monitio, ex præcepto diuino, &c. Secretam autem denuntiationem non eſt neceſſe vt præcedat monitio, &c. Nec eſt in famæ fratris præiudicium, ſi talis eſt Prælatus, qualis eſſe debet. Huius ſententiæ eſt Auguſtinus, & communiter Doctores Ordinis noſtri.] Hæc ille, cuius aſſertionem comprobant. Diu. Bonauent. *in cap.* 17. *Lucæ* in ea verba *Attendite vobis.* (Ex quo, inquit, datur forma, quòd Prælato, qui vult prodeſſe, etiam nulla præcedẽte Correctione, poteſt, & debet culpa proximi accuſari, extra iudicium, ſi ſit occulta.] Richardus *in* 4. *diſt.* 19. *art.* 3. *quæſt.* 1 [Dico quòd ex præcepto diuino debet ſecreta monitio præcedere publicam denuntiationem, non tamẽ neceſſarium eſt, quòd præcedat denuntiationem ſecretam, quæ fit ſoli Prælato.] Bernardinus de Arenalo *in tractatu aureo de Correctione fraterna fol.* 152. (Si non liceret denuntiare Prælato ante admonitionẽ, hoc ideò eſſet, quia eſt cõtra ordinem Euange-

lij,

lij, vt ipſi dicunt: ſed hoc eſt falſum; quia ſi dicere Eccleſiæ eſt dicere Prælato, vt Iudici (ita interpretantur etiam aduerſarij) Profectò qui diceret. Prælato ſecretum, non tanquam Iudici, ſed vt perſonæ priuatæ prodeſſe potenti, non ideò dicit Eccleſiæ; & ita non violat ordinem Euangelij.) Et eiuſmodi denuntiationem poſſe licitè fieri, ſupponere videtur Syluester *verb. Correct. num.*5. Dum ait (Eo caſu, quo Prælatus eſt talis, quòd ea poſſit fieri ſecreta denunciatio, ante monitionem, ſine peccato; ſi ipſe iubet, vt ſic fiat, tenetur obedire ſubditus.

7. Et quando crimen, etſi occultum, redundare poteſt in damnum Religionis, defendit M. Bannez 2. 2. *quæſt.*33.*art.*8.*dub.*2.*verſ. Ad aliud verò*: vbi ſic ait. (Si ex eiuſmodi peccato religioſi, pararetur magnum periculum Religioni, tunc proculdubio, eiuſmodi peccatum immediatè denuntiandum eſt Prælato, ſaltem vt Patri, vt vigilet. Cui conſentit M. Petrus de Ledeſma *in ſum. tract.*4. *de Miſericordia cap.*4.*concl.*23. §. *Digo lo ſegundo*.Idémque ſentiunt communiter Doctores, quando crimen occultum, eſt contra bonum publicum. D. Thom. *quodlib.*11.*art.*12. (Si eſſet, inquit, aliquod peccatum carnale, ſeu ſpirituale, quod vergeret in detrimentum multitudinis, ſtatim eſt referendum.) Sic ille, quem ſequuntur diſcipuli D. Antonius, Margarita Confeſſorum, Paludanus, Sotus, Syluest. Tabiena, Armilla, & alij, quos refert Sanchez *in Conſiliis. tom.* 2. *lib.*6. *cap.*2. *dub.*5. Hac ſuper re deſiderabis forſan conſequentiam, ſi recolas *ſuperius dicta tractatu de Fide Prop.*9. *num.*2. Sed illic loquuntur de denunciatione iudiciali, hic de paterna.

8. Denique in quibuſcumque aliis peccatis, poſſe omitti monitionem ſecretam, quando exiſtimatur Prælatus melius delinquentem correcturus (in quo tantum caſu loquuntur Suarez, & Palao ab aduerſariis notati) tradit expreſsè D. Thom. *quodlib.*11. *art.*13. vbi ſic. (Secundò quæritur, vtrum, ſi aliquis ſciat peccatum proximi, peccat mortaliter referendo illud ſtatim Prælato ſuo? (reſpondet) ſi ego ſcio, quòd frater per me corrigetur, non debeo hoc denunciare Prælato: ſi autem videtur, quòd hoc melius fiat per Prælatum, & Prælatus ſit pius, diſcretus, & ſpiritualis, non habens rancorem, ſeu odium aduerſus illum ſubditum, tunc licitè poteſt denuntiare ſibi. Et tunc non dicit Eccleſiæ, quia non dicit ei ſicut Prælato, ſed ſicut perſonæ proficienti ad correctionem proximi, & emendam.) Hæc D. Thom. quem tranſcriptis verbis ſequuntur diſcipuli. D. Antonin. 2. *part. tit.*9.*cap.*6.& Syluester *verbo Correctio.* §. *Septimò quæritur.* Et M. Paulus de Leon, ex eadem familia, *in libro, quem inſcripſit. Dux in Cœlum. Typis dato anno* 1528. *cap.* 23. *de Correct. fraterna*, ibi. (Si videtur, inquit, quòd peccator meliùs, & ſaniùs, & ſine ira emendaretur, ſi id diceret Prælato, & Prælatus eſt vir cordatus, & prudens, & quòd id ſcit facere ad ſalutem correcti, melius eſſet dicere ſecretè Prælato; vt ipſe de ſuo id emendaret, & corrigeret.) Vide etiam Tabienam, Armillam, & alios apud Sanchez *in ſum. lib.*6. *cap.*18. *num.*46. Quibus adde M. Ioannem de la Cruz, M. Arauxo, & plures apud Ioannē Martinez de Prado, quos citatos

tos ſequitur *tom.1. cap.14. quæſt 5. &* *§.3. num.12.*

9. Eamdem ſententiam amplectuntur etiam Scotiſtæ. Nicolaus de Orbelli *in 4. diſt. 19. quæſt. 1. ibi.* [Hìc magis debet attendi finis correctionis, ſcilicet emendatio peccantis, quàm ordo verborum. Si igitur videatur frater peccans ſalubriùs corripi per alium, quàm per ſe, ſecurè poteſt ei indicare, & ſic dicit Auguſtinus exponens verba *Matth.*18.] Villalobos *in ſum. 2. part. tract.4. diff.12. num.* 4. [*A ſe de advertir, que ſi el Prelado fueſſe hombre muy prudente, y que lo podra corregir mejor, y que los recibira como Padre, en tal caſo ſe le deuria dezir, pues por eſte camino ſe haze mejor*] Idem tradit Vega *lib.3. caſ.*110. citans Sotum, Cordub.& alios. Et *lib.5. caſu* 425. inquit, (Hanc ſententiam eſſe plurimorum virorum Doctiſſimorum.) Cui conſonat Petrus de Nauarra *lib. 2. de reſtit. cap. 4. num.* 112. ſubnectens. (Tenuit Ricardus, Angelus, & videtur Durandi, pro qua Corduba citat D. Thomam, & Paludanum, ita tenent apertè Gabriel, & Bonauent. & Sylueſter expreſsè, & videtur Auguſtini ſententia.) Quibus adde ex Capuccinorum Ordine Caſpenſem *in curſu Theologico tom. 2. tr.17. diſ.6. ſect.3. num.25.* vbi de hac ſententia loquens ait. (Eſt probabiliſſima, tot Sanctorum Patrum, & Doctorum Scholaſticorum authoritate fulcita; imò oppoſitam cenſeo non tam probabilem, & quæ facilè poſſit eſſe occaſio ruinæ, & ſubuerſionis Religionis.) Videatur denique Sanchez *ſup.* vbi quinque ſuprà viginti Doctores pro hac opinione refert, & ſequitur.

10. Habemus igitur, ex dictis, aut ex ſe licitum eſſe, omiſſâ monitione ſecretâ, deferre Prælato, vt Patri crimen occultum fratris, vt tradunt Scotiſtæ; aut ſaltem, quando melius per ipſum corrigetur, vt tenent, cum aliis, Thomiſtæ. Quod, vt in plurimùm præſumi, docent non pauci, apud Dianam *part.7. tract.3. reſ.* 44. Quapropter huius opinionis praxis ſancita eſt, per ſtatutum, in obſeruantiſſimo Minorum Ordine, vt refertur *in eorum Speculo 3. part. in Conſtitutionibus Miniſtri Generalis Gulielmi Farinerij cap.7. verſ. Diſtrictè per obedientiam.* Vbi ſic decernitur, (Teneantur fratres per obedientiã euntes, in reditu ſuo, ſecretè Guardiano exceſſus notabiles intimare.) Quibus verbis (vt ait Portel eiuſdem Ordinis *infrà* citandus.) (Et ex mox *ibidem* ſequentibus, clarè patet, ſtatutum illud præcipere, vt omiſſa Correctione fraternâ, crimen occultum Prælato denuntietur, etiam antequam ſciat peccatum continuari.) Addunt præterea ſuprà citatæ Cõſtitutiones Minorum, [Dogmatizare, quòd frater, qui fratrem corripit, de aliquo exceſſu in occulto, nõ tenetur dicere Superiori ſuo, quamuis ab eo per obedientiam ſit requiſitus, &c. ex ſententia totius Capituli Generalis definitum eſt, hãc doctrinam eſſe peſtiferam, & non ſanam.] Hæc, & alia reperies apud Bernardinum de Areualo, eiuſdem Ordinis, *tractatu de Correctione fraterna fol.79. &* 80. qui, poſtquam ſuas adduxit Conſtitutiones, ſubnectit. [Idem habetur, quantùm ad primam partem, in ſtatutis Fratrum Prædicatorum *diſtinct.1. cap.18.* Quòd videlicet Fratres euntes extra Monaſterium teneantur, peccata grauia Prælato denuntiare.] Conſtitutionis verba ſapientiſſimorum PP. hæc ſunt. [Si quis

autem

autem tale quid (nempe peccatum graue) extra Monaſterium commiſerit, frater, qui cum eo eſt, ſtudeat eius exceſſum Prælato (attende) quantociùs corrigendum intimare.] Sic *ibi lect.5.* Videatur Antonius de Corduba, ex Minorum Ordine, *in commen. in Regulam cap 10. quæſt.1.* vbi ait: [non eſſe veriſimile, tot viros Doctos,& pios,hæc in parte,contra Euangelium errasse.] Verùm, quoad ſtatutum Ordinis Minorum, Laurentius Portel *in dubiis Regul.tom. 1. verb. correctio, in fine in Additionib. num.5.* ſic ſcribit. [Dico illud hodie non eſſe in vſu in Ordine noſtro, ſed per contrarium vſum eſt abrogatum.] Et quoad Conſtitutiones Ordinis Prædicatorum, quòd in eis nunquam hoc fuerit ſtabilitum, ſed potius oppoſitum, probat Ioannes Martinez de Prado *tem.1. cap.14 q.5. §.2. num.10.* [Et iſta, inquit, eſt indubitata, & perpetua totius Religionis praxis.] Sed quidquid de his ſit.

11. P. Filliucius *vbi ſuprà*, poſtquam probauit,ex communi Theologorum delictum fratris non emendatum, poſt monitionem ſecretam, & inductionem teſtium, indicandum eſſe Prælato tanquam Iudici, vt conſtat ex *n.160.* vbi ait. [Decimò quæro: quando in correctione deuenitur ad tertium gradum, debeátne indicari Prælato,tanquam Iudici?Reſp.debere indicari, &c.] Et poſtquam ſtatuit *num.161.* per notitiam habitam ex fraternâ denunciatione non poſſe delinquentem punire per pœnas iuris, ſed per alias arbitrarias ſic ait. (Duodecimò quæro. Quando liceat procedere viâ iudiciali aduerſus proximum denuntiatum? Supponimus, crimen poſſe probari, per duos, vel teſtes, & ſuper eo poſſe iuridicè inquiri Reſpondeo recenſeri apud Valentiam tres ſententias.Prima eſt Soti.*Memb. 2.quæſt.4.* negantis poſſe Prælatum infligere pœnas iuris ei, qui fraternè denunciatus eſt, ſi proponat ſe corrigere, ſecus autem ſi ſit incorrigibilis. Secunda eſt Caietani *art.8* eſſe id licitum, quando ſit ſpes, quòd per eiuſmodi pœnas legales, tandem corrigatur; illicitum,ſi non ſit ſpes correctionis. Tertia eſt Bánez *art.8.dub.4.* aſſerentis, in duobus caſibus,non ſolùm eſſe licitum,verùm etiam eſſe debitum. Primus eſt,quando oporteret denunciare iuridicè crimen,aut de illo inquirere, vt ſi eſſet perniciosum reipublicæ. *Secundus:* quando eſſet ſpes, fore vt per proceſſum iudicialem, corrigatur quoque delinquens, &c. Et hæc tertia ſententia videtur valdè probabilis & præferenda cæteris.) Hucuſque Filliucius. Quem, ferè eiſdem verbis, ſequuntur Trullench *in Decalogum tit.1. lib.1. cap.5. dub.15.num.8.*& Diana *part.7 tract.tr. 3.reſol.47 & 59.*

12. Sententiam Mag.Bannez,quam cæteris præferendam cenſuit Filliucius, quoad ſecundum caſum, defendunt etiam Caietanus. Sotus,Paludanus, & D.Antoninus apud Sanchez *in Conſiliis tom 2.lib.6. cap.1. dub.11.* Et quando peccator, monitus à Prælato,non corrigitur,debere puniri iudicialiter per ipſum,ſi peccatum probari poſſit, tradunt ex eodem Prædicatorum Ordine. M.Ioannes Viguerius *lib. inſtit. c.12. §.2. verſ 1.* & M. Conradus 1 *part.7. Reſponſ. quæſt.32.* *in Additione.* Vbi ſic ait.[Si non ſperatur emenda fratris,tunc aduerſus pertinacem,via iuris procedendum eſt.]

13. Sed hac ſuper re omnino videndus M. Acacius de Velaſco *tom. 2. reſ. moral. verb. Reo. Reſ. 382.* vbi ſic. [*Eſto ſupueſto, ſe dificulta, que puede hazer el Prelado (attende) en virtud de la noticia que tiene como Padre, por la denunciacion Euangelica, en delicto oculto, y ſolo perſonal, quando es prouable por dos ò tres teſtigos; en caſos que hechas las diligencias, ſe eſtuuiere el ſubdito pertinaz, è incorrigible.*] Sic ille. Vbi, poſtquàm primam ſententiam Martini de San Ioſeph propoſuit ſubiungit. [*La ſegunda dize, que en el caſo propueſto, ſi tuuiere el Prelado eſperença, de que por medio del orden Iudicial, ſe a de enmendar el tal delinquente, puede proceder vſando de todo lo dicho.* (Nimirum, vt prædixerat, *le puede encarcelar, y oprimir, y* ſi fuere neceſſario, *le puede dar tormento,*) *y por conſiguiente podra obligar con preceptos, y cenſuras al denunciador Euangelico, que lo ſea judicial, y ſino valerſe de la incorrigibilidad, como de acuſador virtual. Eſta ſentencia, con la limitacion dicha. la tiene Soto, y otros. Nauarro, Aragon, Nauarra.*] Quibus adde (licèt in aliam inclinet) ipſum Acacium *vbi ſup. num. 5.* dicentem. [*La ſegunda tengo tambien por muy prouable*] Et Villalobos *in ſum. tom. 2. tract. 4. diff. 14. nu. 5. & 6.* Vide etiam Sotum *de ſecreto, qua. 4. Memb. 2. poſt octauam concluſ. 5. Sed dubium eſt,* vbi addit. [Probabile eſſe denũtiantem fraternaliter poſſe eſſe teſtem, cum finito proceſſu fraternali, incipit forum iudiciale.] En opinionem Filliucij, quam ſcandaloſam, & erroneam vocaſti. En Doctores, quorum authoritati (quæ magna quidem eſt) innixus, eorum ſententiam valdè probabilem dixit. Quorum nullus in harum opinionum praxi, fraudem vllam contra Correctionis præceptum inuenit.

14. Ad calcem notandum venit; quod, dum ſub prælo eſſet hic tractatus, promulgatum eſt Decretum Cõgregationis Generalis Sanctæ Romanæ Inquiſitionis habitæ feria quinta, die octauo Iulij huius anni 1600. Coram Sanctiſſ. D N. Alexandro VII. ac Eminentiſ. Cardinal. Quod (cum antea non licuerit) neceſſum fuit hic aſſuere: tum quia non leuiter confirmat, quæ circa correctionem fraternam pro Ieſuitis tradita ſunt: tum præcipuè quia proſcindit, & proſcribit aliorum Doctorum opiniones *in tractatu præcedenti* relatas: tam hoc prætextu quam aliis retardantes delationem criminum ad ſanctum Inquiſitionis Tribunal pertinentium. Decreti verba ſunt. (Propterea idem Sanctiſſimus declarauit, pręfatos ſubditos, etiamſi nulla fraterna correctio, vel alia monitio præmiſſa fuerit, omnino teneri, & obligatos eſſe accedere ad denuntiandum Ordinariis, vel Inquiſitoribus locorum; quoſcumque, etiam confratres, ac Superiores, etiam Primarios ſuos eiuſdem Ordinis, & Religionis; quos nouerint eſſe de fide quomodolibet, etiam leuiter, ſuſpectus. Ac propterea eoſdem debere omnes, & quoſcumque etiam alios à ſe conſilium, *vt ſupra.* petentes monere, & obligare ad denuntiandum: nec poſſe illos à denuntiando, ſub dictæ fraternæ Correctionis, vel alio quovis prætextu, retrahere, aut retardare. Et præfatos omnes, tam ſuperiores, quam Subditos contra facientes Sanctitas ſua voluit, & declarauit, ſubiacere

re

Digitized by Google

re omnibus cenſuris in dicta Conſtitutione Pauli V. expreſſis, nec non priuationis quantumcumque dignitatum, ſiue Prælaturarum, ſeu officiorum ſuorum Ordinum, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ, perpetuæque inhabilitatis ad eadem, ipſo facto, abſque alia declaratione incurrendis.] Hactenus in prædicto Decreto. Quo prorſus corruêre opiniones plures, præcipuè quæ *Tract. de Fide. Prop.* 4. & 5. 9. & 10. ex aliorum mente referuntur.

PROPOSITIO V.

Prælati inferiores, licèt ſe ipſis poſſint occulta ſubditorum crimina corrigere, ea tamen poſſunt Generali Religionis reuelare. Palao Ieſuita *tom.* 1. *tract.* 6. *diſp.* 3. *num.* 6. *punct.* 11. (Huius doctrinæ praxis communis eſt inter Ieſuitas.)

1. ℞. Palaus *vbi ſuprà* contrariam ſententiam defendit: putat tamen probabile, non eſſe peccatum mortale, (non vero eſſe licitum) innixus authoritati Eminentiſſimi Caietani, & aliorum eiuſdem familiæ. Ex quibus M. Ioannes de la Cruz 1. *part. direct. præcept.* 8. *art.* 2 *de detract. dub.* 3. *concl.* 1. ſic ait (Ex mente Caietani 2. 2. *quæſt.* 73. *art.* 2. non erit peccatum mortale, reuelare crimen alterius occultum viro graui, & timorato, ſi ſcitur, quòd iſte alteri non reuelabit, nec nocebit. Hæc ſententia, etſi ob tantum Doctorem, probabilis ſit: oppoſita Soti & Bannez eſt communior.) Probabilem eſſe, dicit etiam M. Serra 2. 2. *quæſt.* 73. *art.* 2. & illam ſequuntur Petrus de Nauarra Graffius, Zambellus, Roſſeus, & alij apud Dianam 2. *part. tract.* 1. *Miſc. reſ.* 22. & 3. *part. tract.* 5. *Miſcel. reſ.* 33. & 6. *part. tract.* 7. *reſ.* 9. Quibus adde Cordubam, Cœleſtinum, Bonacinam, & Trullench apud M. Ioannem Martinez de Prado *tom.* 2. *Theol. moral. cap.* 25. *quæſt.* 2. § 2.

2. His igitur principiis ductus P. Caſtro Palao, rationem ſuæ præiactæ concluſionis, ſic reddit. (Si enim probabile eſſe diximus, in materia detractionis, reuelare peccatum vni, vel duobus viris grauibus, qui magis prodeſſe poſſunt, quàm obeſſe, non fore peccatum mortale, etiamſi ex leuitate, & loquacitate reueletur; à fortiori probabile erit, quando ex recto fine manifeſtatur, & ex alia parte non leuis conuenientia intercedit. Hæc ille. Cui multum facit, quod ex D. Thoma tradit Syluester *verb. Correct.* § *ſeptimò quæritur.* Vbi ſic ait. (Qui denuntiat Prælato, aut amico, aut cuicumque ex malitia, vt quis confundatur, aut deprimatur, peccat mortaliter; qui autem ex incautela hoc alicui dicit, ita tamen, vt infamia, aut vituperium non eueniat delinquenti, non peccat mortaliter. Hæc ex illo.) Ita Syluester. Et ſaltem, & ſi ſubditus meliùs per Generalem, quàm per Prælatum localem corrigendus iudicatur; Doctores omnes, qui ſentiunt omitti poſſe correctionem fraternã, ſeu ſecretam monitionem, quando per Prælatum meliùs foret; à fortiori iudicabunt, poſſe etiam omitti denunciationem coram Prælato in-

ſecrioni, quando exiſtimatur Superior meliùs delinquentem correcturus. Et hoc conuincit authoritas D.Thomæ *quodlib.*11. *articul.*3. quem, vt vidimus *Propoſ. præcedenti*, innumeri ſequuntur.

3. Verùm, licèt opinio Palai poſſit probabiliter, abſque lethali, ad praxim deduci, inter Ieſuitas non permittitur; quia oppoſitum apud ipſos ſtabilitum eſt in 6. Congreg. Generali decreto 60. Et in Congregatione ſeptima, decreto de manifeſtatione delicti *cap.*15. *num.*2. vbi dicitur [Sine vrgenti neceſſitate, & vtilitate, nemini eſſe crimen delati reuelādum.] Quæ quidem verba (vt notat Palao *ſupra*) non conuenientiam ſed neceſſitatem inducunt. [Nec aliter poteſt vnus Superior dicere rem ſibi delatā, & notā alteri Superiori eiuſdem delati.] Vt decernitur *in dicta Congreg.*6. *decreto* 63. Quo ergo fundamento aſſeris, praxim contrariam eſſe communem, inter Ieſuitas, ſuarum conſtitutionum obſeruantiſſimos.

PROPOSITIO VI.

Licèt proximus à crimine occulto emendatus ſit, & tibi certiſſimè conſtet, potes tamen præteritum eius delictum ſuperiori deferre. Valentia Ieſuita *tomo* 3. *diſp.*3. *quæſt.*10. *punct.*5.

1. R Pater Valentia pro contraria ſententia militat, licèt hanc probabilem videatur innuere, propter authoritatem Doctorum qui eam ſequuntur. Verba eius ſunt. [An ſi poſt primam monitionem emendatur, liceat nihilominus ſecretò peccatum eius indicare Prælato, vt eo ſit tutior recidiua.] Reſpondet. [Affirmat Richardus *in* 4. *diſt.*19. *artic.*3. *quæſt.*1. ſi Prælatus ſit talis, qui non videatur apud alios infamaturus fratrem. Et ſequitur Gabriel *lection.*74. *in Canonem.* Sed rectiùs hoc negant alij, nempe Adrianus, Paludanus, Sotus, & Nauarrus.] Hæc Valentia, & *paulò infrà*, cum Soto, & alijs, ſubnectit. [Quòd ſi caſus eſſet talis, vt certò, vel, probabiliter exſtimaretur proximus relapſurus, niſi præteritus eius lapſus indicetur Superiori, negari non debet, quòd id eſſet licitum, ſicut concedit quoque Adrianus, & Sotus *in relect. de ſecreto. Memb.*2 *qu.*4. *concluſ.*4. & inſinuat quoque D.Thom. *Quodlib.*11. *art.* 3. aliter verò (attende) non licet, niſi ad id habeat proximi conſenſum] Hæc ibi.

2. Valentiam ſequitur M. Contradus 1 *part. Reſponſ. quæſt.*327 *in Addit.* vbi ait. [Fratrem iam correctum, & emendatū per ſecretam monitionem, denuntiari debere, quando correctus adhuc manet in periculo veriſimili, ad iterum labendum] Subiungens, in hoc ſenſu veram eſſe ſententiam Ricardi *vbi ſuprà*: ſed exceſſit dum addit. [Cautè legendus Ricardus vbi dicit, quòd quando frater ſit correctus per ſecretam admonitionem, tamen denuntiandus eſt Prelato, vt obſeruet à recidiuo. Hoc dictum, niſi aliter declaretur, eſſet omninò falſum, & erroneum.]

3. Exceſſit

3. Exceſſit, inquam, in cenſura: quia pro opinione Ricardi ſtant grauiſſimi Doctores. Vide Bernardinum de Areualo *Tractatu de Correctione fraterna fol.*145. vbi adducit formalia verba Ricardi, ſubnectens.[Hanc Ricardi ſententiam ſequuntur Gerſon, Gabriel, & Angelus, & hanc quoque tenet S.Bonauentura.] Et, quod magis, communis eſt inter ſapientiſſimos Patres Ordinis Minorum, vt teſtatur Angelus *in ſum. verb.denuntiatio num.*10. [Secretam, inquit, denunciationem, non eſt opus vt præcedat monitio,& ideò ſiue ſecretè monuerim; ſiue non (attende) ſiue ſecretè correxerit ſe ad meam monitionem, ſiue non, teneor denuntiare prælato præcipienti, quia valet ad præcauenda peccata recidiui: nec eſt in famæ fratris præiudicium, ſi talis eſt Prælatus, qualis eſſe debet,&c. Huius ſententiæ eſt Auguſtinus. Hoc videtur etiam Gualtero *in ſum.* & Gullelmo de Mara. Et communiter Doctores Ordinis noſtri.] Hæc Angelus. Cuius ſententiam, licèt pro omnibus delinquentibus iam emendatis, non approbet D.Antoninus 2.*part. tit* 9. *capite* 6.ſubnectit verò [Circa Regulares perſonas non eſt tanta neceſſitas hunc ordinem obſeruandi, ſicut circa ſæculares.) Quibus, ſatis pro Regularibus, hanc opinionem probabilem indicat. Et abſolutè amplectitur Iacobus de Graffis Benedictinus *lib.*2. *cap.*49. *num.* 20. ibi. (Aduertendum eſt, quòd frater delinquens, non tantùm denuntiandus eſt Prælato, tanquam pio, & diſcreto & ſpirituali, ſicut priuatæ perſonæ, vt emendetur, ſed vt emendatus præſeruari poſſit à recidiuo.] Imò,& D.Thomã pro hac ſtare ſeutentia contendit Gabriel *in* 4. *diſtin* 19. *lect* 74. *in Can.* vbi ſic ait (Nota, quòd frater delinquens, non tantùm denuntiandus eſt Prælato, vt determinatæ perſonæ, vt emendet; ſed etiam emendatus, vt præſeruet à recidiuo. Ideo D.Thom.dixit, ſi intendat, emendationem fratris, vel cautelam in futurum) Verùm D.Thom.non ita clarè loquitur pro hac ſententia, vt benè obſeruant diſcipuli.

4. Inuenies etiam pro illa citatum P Valentiam pro Religioſis Societatis *tom.*3.*diſput.*3.*quæſt.*10.*punct.*5.apud Dianam *part.*7.*tract.*5.*reſol.*50. Verùm Valentia *ſuprà à* §. *Primo controuerſum eſt.* De omnibus abſolutè loquitur, & de omnibus, ſub conditione, affirmat. (Si ad id, inquit, habeat quis proximi conſenſum, &c. Si autem deſit proximi ad id conſenſus, falſum eſt id conſequens) Nec leniter innuit Religioſos Societatis, quoad hanc partem, conſenſum præſtitiſſe, & expreſsè, quòd non præſtiterint, docent P.Caſtro Palao *tomo* 1 *tract.*6 *diſput.*3. *punct.*13. & P. Sanchez *in ſum. tom.* 2. *libro* 6. *cap.*18. Cæterum, quoad omnes, videntur cogi fateri, non eſſe mortale, quotquot aſſerunt, tale non eſſe reuelare crimen occultum vni, vel duobus non nocituris, Caietanus, Ioannes de la Cruz, Marcus Serra, Nauarra, Graffius Zambellus, Bonacina, Trullench, & alij, quos dedi *Prop.Præcedenti nu.*1. qui vel ſequuntur, vel dicunt, eſſe probabile.

PROPO-

babile M. Ioannes de la Cruz 1.*p.Direct. part. 8. de iniuſt. artic. 3. dub.*17. ibi. (Etſi Bannez, Ledeſma, & Orella probabiliter ſentiant, eſſe ſolum mendacium veniale, obiicere teſti iniquo crimen falſum, ſecluſo periculo in obiiciente, teſtibus ad hoc inducendis, &c.] Et tuentur plures apud Dianam *part. 9. tract. 9. reſol.* 43. & ipſe dicit. [Hanc ſententiam eſſe ſatis probabilem.] videatur etiam Caramuël *in Theolog. fundam. nu.* 1151. vbi ait. [Viginti, & plures Doctores aſſerere: eum, qui imponit falſum teſtimonium alicui, vt ſuam iuſtitiam, & honorem defendat, non peccare mortaliter] Cur ergo peccabit ex eo, quòd conuitianti dicat: mentiris? Et quidem, ſi pro defenſione honoris licet alterum occidere, vt docent Sotus, Bannez, Salonius, Aragon, & alij, quos citatos ſequitur Diana 5. *part. tract.* 4. *reſ.* 9. dicens eſſe communem; cur non, & vocare mendacem?

4. Sed ne in praxi delinquas; notare oportet; opinionem *ſuprà* adductam, de obiiciente crimen falſum teſti iniquo, regulariter falſiſſimam eſſe, vt bene obſeruat Cardinalis Lugo *de Iuſtitia tom.* 2. *diſput.* 40. *ſect.* 2. *numero* 25. [Quia ſi non ſeruit, inquit, ad defenſionem, erit infamatio proximi ſine neceſſitate, atque adeò peccatum mortale. Si deſeruit, probando prædictum crimen per teſtes, qui cum debeant iurare, committent peccatum periurij, & conſequenter eos ad hoc adhortari, erit peccatum mortale.] Hæc ille, quæ iam prænotauerat M. Bannez *vbi ſup. concl. prima.*

PROPOSITIO VIII.

Vir Equeſtris ad Duellum prouocatus poteſt illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat. Layman Ieſuita *lib.* 3. *tract.* 3 *cap.* 3. *n.* 3. Cui intrepidè ſcripſit Hurtado de Mendoça Ieſuita 2. 2. *diſ.* 170. *ſect.* 12. *num.* 96. *&* 97.

1. R. SI prouocatus aliud non timeat, præter timiditatis notam. P. Layman contrariam ſententiam tenet. En eius verba. [Sed quæſtio eſt, vtrùm prouocatus ad pugnã, ſeu duellum acceptare poſſis, ne ignauiæ, aut timiditatis notam apud alios incurras? Aliqui affirmant apud Bannez 2. 2. *q.* 64 *art.* 7. *dub.* 3. ſed contraria ſententia eſt communis Bannez, Soti, Nauarræ, Rodriguez, Leſij, Molinæ, Sanchez, Becani, ordinariè non eſſe licitum prouocato ad duellum, id acceptare, quia nemo prodeuntium vitio tibi vertet, quod legẽ Dei obſerues.] Ex quibus conſtat, ad ignauiæ, & timiditatis incurrendam notam non ſufficere ſecundùm Layman, ad honeſtandam acceptationem duelli. Secùs forſan erit ſi aliæ adiungantur cauſæ. Quapropter *infrà* ſubnectir. [Si in rariſſimo caſu, eo loco res ſita ſit, vt miles in exercitu, vir equeſtris in aula Regia, officio, dignitate Ducis, aut Principis fauore, ob ignauiæ ſuſpicionem excidere debeat, niſi identidem prouocanti ſe ſiſtat, non audeo damnare eum, qui metæ defenſionis gratiâ, paturit, iuxta doctrinam Nauarri *cap.* 15. *nu.* 3. *&* 4. Nã ſi, ob defẽſionem bonorum, hominum mutilare, vel occidere fas eſt, multo

magis, ſi ita neceſſe ſit ad defendendum honorem, vel auertendam contumeliam, &c. Dummodò ſpes ſit contra iniuſtum aduerſarium præualendi: alioquin illicitum erit certo mortis periculosè exponere, ad vitandum dedecus, quod non ex hominis delicto, ſed ex Vulgi ſiniſtra opinione prouenit) Hactenus Layman. Cuius ſententiam amplectuntur Marchantius *in Tribun. tom. 2. tract. 6 tit. 3. quæſtio. 10. §. 5. concluſ. 2.* Diana *part. 5. tract. 13. reſol. 27. verſ. Nota etiam.* Et Leander à SS. Sacram. *tom. 5. de irregularitate tr. 2. diſp. 15. qu. 6.*

2. P. Hurtado de Mendoça, prædictæ ſententiæ, non poteſt dici abſque iniuria, intrepidè ſubſcripſiſſe; quia tot eam limitationibus induit, vt contendat non eſſe acceptationem duelli. Vide illum *ſup ſect. 13.* & præcipuè §. 113. vbi ſic ait. (Ita prouocatus debet dicere prouocanti. Ego in agrum egrediar, vt oſtendam me non eſſe timidum, non tamen egrediar ad pugnandum tecum, nolo enim pugnare, nec vllo pacto aggrediar, ſed potiùs pacem tecum componam. Quod ſi tu me comparentem in campo fueris aggreſſus iniuſtè, ego me viriliter defendam, cum defenſione inculpatæ tutelæ.) Præmiſerat autem, §. 107. in prædictis voluntatis actibus non apparere malitiam. (Nam media inquit, licita ſunt, nempè egreſſus in agrum, & in illo ambulatio, & ea, quæ amantur, conditionatè ſunt etiam honeſta: amat enim defenſionem inculpatam, per cędem aggreſſoris iniuſti, quando ſit medium vnicum, ad propulſandam violentiam iniuſtam.) Hæc Hurtado. Qui tamen, neque hanc ſententiam, modo quo ſupra explicatam, defendit; ſed §. 115. concludit, dicens, (Sic accepta ſententia videtur probabilis; practicè autem valdè difficilis.) non ergo intrepidè ſubſcripſit. Et partim ei conſentire videtur M. Bannez 2. 2. *qu. 64. art. 7 ad 3.* vbi ait. (Poterit tamen homo ſic irritatus ab alio, nempè ad ſingulare certamen) prudenter, & Chriſtianè reſpondere, pro defenſione ſui honoris, dicendo: vbicumque tu me fueris aggreſſus, vir ego ſum, qui me poſſum defendere, & fortè cum malo tuo atque periculo.) Sed opinionem Petri Hurtado Ieſuitæ, cum fundamentis, tuetur, laudato Authore, Thomas Hurtado ex Clericorum Minorum Sodalitio *tom. 2. reſol. moral. tract. vltimo reſol. 5. §. 5. num. 83.* Addens. (Quòd Theologi Morales non debent abſtinere à veritatibus edocendis, ex eo quòd interdum aliqua ſubſequantur incommoda.)

3. Verùm ſententiam, quam falsò impoſuit Anonymus Ieſuitis, (& quam, tanquam improbabilem, & contra Concil. Trident. reiicit Lugo *tom. 1. de Iuſt. diſp. 10. ſect. 8. num. 173.*) probabilem putant Baſſæus *in Floribus Theol. Moral. verb. duellum, nu. 6.* quia contrariam, quam ſequitur, vocat, veriorem. Et Caramuel *in Theolog. fundam. num. 231.* Poſſetque pro illa citari Doctores aſſerentes, honoris defendendi cauſa non ſolùm licere acceptare duellum, abſque animo pugnandi, ſed etiam ad illud prouocare. Quod tenent Florentius, Naldus, Volfangus à Vorburg quos citatos ſequitur Diana 3. *part. tit. 6 Miſc. reſ. 1.* addens cum Volfango id eſſe probabile. [Etiamſi haberet animum inferendi aliquos ictus, cum morali ſecuritate, quod nullum damnum ſequuturum ſit.] Fauent Sotus, Caietanus, Bannez,

Bannez, & alij citandi *tract. de iuſt. Prop.*1. aſſerentes licitum eſſe, in foro conſcientiæ, alterum occidere, pro defenſione honoris. Verba M. Bannez ſunt. [Pro defenſione rerum temporalium, & honoris licitum eſt inuaſorem occidere.] Ita 2.2. *q.*64. *artic.*7. *dubio.*2. ſi ergo aliter defendi non poſſit, quàm ad præſignatum locum egrediendo: cur oblatum duellum acceptare non licebit; non quidem animo pugnandi, ſed ſe defendendi, cum moderamine inculpatæ tutelæ, ſi iniuſtè ab aggreſſore impetatur? Quia, vt inquit ſubtilis Caramuel, *in Theolog. fundam. nu.*1146 *fol. mihi* 547. [Famam deperdere, etſi apud improbos tantùm, eſt graue damnum, etiamſi apud pios, & ſanctos conſeruetur; aliàs calumniæ, & detractiones apud improbos, non eſſet culpa grauis.] Quod multis probat *numero* 260. *fol.* 325.

4. Iam quòd honoris iacturam patiatur prouocatus ad duellum, ſi timiditatis notam apud alios incurrat, ſupponit expreſsè M. Bannez *vbi ſuprà* dum ait. (Quod prudenter, & Christianè pro defenſione honoris reſpondere poteſt, &c.) Et fauet etiam *ibidem art.*7. *dub.*4. *& concl.*2. vbi aſſerit: eum, qui infamiam ab altero iniuſtè imminentem, aliter vitare non poteſt, licitè poſſe ad duellum prouocare. Sic enim inquit. [Imò verò Caietanus 2.2. *quæſt.*95. *art.*8. *ad* 3. *in ſum. verb. duellum* ait, quòd innocens tunc (nimirum quando quis vadit ad iudicem, vt imponat falſum teſtimonium, propter quod erit infamandus) poterit prouocare accuſatorem ad duellum, & occidere, &c. & ſententia Caietani multò mihi probabilior eſt.] Verùm pro hac ſententia non benè citat Caietanum: tum quia ibi expreſsè inquit. [Indicere duellum, nunquam licet.] Tum quia *inferius* ait. [In vno caſu licitum mihi videtur acceptare duellum: quando ſcilicet, accuſator euidenter calumniatur, & præualet contra me innocentem (attende) ad mortem vel mutilationem; tunc enim ego, non habens aliud refugium, habeo iuſtum bellum defenſiuum contra eum, & propterea, ſi ipſe offert mihi duellum, ego poſſum acceptare, de conſenſu Principis.] Hæc Caietanus 2.2. *loco ſuprà citato*: & eadem fermè *in ſum. verb. Duellum.* Ex quibus clarè conſtat adduci non poſſe pro opinione M. Bannez aſſerentis, ad vitandam infamiam; licitum eſſe, non ſolùm acceptare duellum, ſed ad illud prouocare.

5. Sed abſolutè licere innocenti acceptare, vel offerre duellum ad bona temporalia, in notabili quantitate, tuenda, quando aliud remedium non ſuppetit, tradit cum pluribus, quos citat. R. P. Leander à SS. Sacram. *tomo* 5. *de irregul. tractat.*2. *diſput.*15. *quæſtio.* 8. omninò videndus, & tenet cum aliis M. Acacius de Velaſco *tomo* 1. *reſ. moral. verb. deſafio. reſ.* 233. *numero* 5. vbi ſic ait. [*Y por defender lo dicó* (nimirum vitam, aut honorem, aut diuitias) *es licito de ſafiar a quien trata de quitarlo, quando no ay otro medio eficaz para defenderlo, y en eſte caſo dize Caietano, que puede qualquiera acceptar el deſafio, y el Maeſtro F. Rafael de la Torre dize que no ſolo puede acceptar, ſino deſafiar.*] Hæc Acacius cum citatis, quos ſequitur Thomas Hurtado *tom.*2. *reſol. moral. tractat. vltimo. reſ.*5. *num.*281. vbi ſic ſcribit. [Ad vitandam infamiam, quādo prudenter iudicatur non ſuper

Digitized by Google

puli, ante denuntiationem ſecretam Prælato, vt Patri, efficiendam, non eſſe opus adhibere teſtes. Non obſtante quod *Matth.* 18. dicatur. *Si te non audierit, adhibe tecum vnum vel duos teſtes*, Ita Syluelter *verbo Correct.* 5. *ibi.* [Antequam inducantur teſtes, ſecundum Auguſtinum, prius oſtendi debet Prælato, vt ſingulari perſonæ, & ſi ſic nõ corrigitur, in publico corrigendus eſt. Eſt igitur ordo ſecũdùm Arch. vt primò moneatur ſecretò; ſecũdò dicatur Prælato, vt priuatæ perſonæ; tertiò, inducantur teſtes: quartò, ſi probari poteſt, & expectatur correctio, accuſandus eſt Eccleſiis, id eſt, Prælato, vt eſt perſona publica.] Idem tradit M. Zuoardus 1.2. *Direct. cap.* 45. *fol. mihi* 1127. *ibi.* (Si Prælatus ſit pius Pater, poterit ei, poſt correctionem tamen ſecretam, tanquam Patri indicari, aſſumendo potiùs eum, vt teſtem omni exceptione maiorem; ſed non vt Iudicem qui velit formare proceſſum.] Et M. Corradus 1. *part. Reſp.* q 328. [Poſtremò dicendum, vt S Doctor ex Auguſtino ait, *in reſp. ad* 4. *artic.* 8. *quæſt.* 33 quòd prius dicat Prælato, quàm teſtibus, ſecundùm quod Prælatus eſt quædam ſingularis perſona, quę magis poteſt prodeſſe, quàm alij, non tanquam reſidenti in loco Iudicis.] Quibus adde M. Bannez 2. 2. *quæſt.* 33. *articul.* 8. *dub.* 2. §. *Iam verò.* Cæterùm inter Religioſos, inquit, multi poſſunt denuntiari Prælatis, tã quàm Patribus, qui ex Charitate ſpecialiter diligunt ſubditos, quoniam eiuſmodi denuntiationes non magis nocent, quàm ſi alter frater adduceretur in teſtem.] Huius aſſertionis rationem tradit, conſequenter ad ſuam doctrinam, D. Thom. *in* 4. *diſt.* 19. *q.* 2. *artic.* 3. *quæſt.* 2. *ad* 4. [Dicere, inquit, Prælato non eſt dicere Eccleſiæ, ſed perſonæ, quæ poteſt prodeſſe & non obeſſe, quia nullus magis poteſt prodeſſe, quam Prælatus; & ſecundùm hoc debet priùs dici Prælato, quàm teſtibus oſtendi aliis.]

6. Quòd autem dici poſſit Prælato, non præmiſſa monitione ſecretâ, quãdo ei, vt Patri, non vt Iudici, crimen defertur, præterquam quod (vt conſtat ex D. Thoma, *pluribus in locis ſuprà datis,*) non eſt contra præceptum Euangelicum; eſt ſententia communis in Religioſiſſimâ, & acutiſſimâ Scholâ Sapientiſſimorum PP. Ordinis Minorum; vt ex eadem teſtatur Angelus *in ſum. verb. Denuntiatio, num* 10. [Publicam, inquit, denuntiationem debet præcedere ſecreta monitio, ex præcepto diuino, &c. Secretam autem denuntiationem non eſt neceſſe, vt præcedat monitio, &c. Nec eſt in famæ fratris præiudicium, ſi talis eſt Prælatus, qualis eſſe debet Huius ſententiæ eſt Auguſtinus, & communiter Doctores Ordinis noſtri.] Hæc ille, cuius aſſertionem comprobant. Diu. Bonauent. *in cap.* 17. *Lucæ* in ea verba *Attendite vobis.* (Ex quo, inquit, datur forma, quòd Prælato. qui vult prodeſſe, etiam nulla præcedẽte Correctione, poteſt, & debet culpa proximi accuſari, extra iudicium, ſi ſit occulta.] Richardus *in* 4. *diſt.* 19. *art.* 3. *quæſt.* 1 [Dico quòd ex præcepto diuino debet ſecreta monitio præcedere publicam denuntiationem, non tamẽ neceſſarium eſt, quòd præcedat denuntiationem ſecretam, quæ fit ſoli Prælato.] Bernardinus de Arenalo *in tractatu aureo de Correctione fraterna fol.* 152. (Si non liceret denuntiare Prælato ante admonitionẽ, hoc ideò eſſet, quia eſt cõtra ordinem Euangelij,

lij, vt ipſi dicunt: ſed hoc eſt falſum; quia ſi dicere Eccleſiæ eſt dicere Prælato, vt Iudici (ita interpretantur etiam aduerſarij) Profectò qui diceret. Prælato ſecretum, non tanquam Iudici, ſed vt perſonæ priuatæ prodeſſe potenti, non idcò dicit Eccleſiæ; & ita non violat ordinem Euangelij.) Et eiuſmodi denuntiationem poſſe licitè fieri, ſupponere videtur Syluester *verb. Correct. num.5.* Dum ait (Eo caſu, quo Prælatus eſt talis, quòd ea poſſit fieri ſecreta denunciatio, ante monitionem, ſine peccato; ſi ipſe iubet, vt ſic fiat, tenetur obedire ſubditus.

7. Et quando crimen, etſi occultum, redundare poteſt in damnum Religionis, defendit M. Bannez 2. 2. *quæſt.33.art.8.dub.2. verſ. Ad aliud verò:* vbi ſic ait. (Si ex eiuſmodi peccato religioſi, pararetur magnum periculum Religioni, tunc proculdubio, eiuſmodi peccatum immediatè denuntiandum eſt Prælato, ſaltem vt Patri, vt vigilet. Cui conſentit M. Petrus de Ledeſma *in ſum. tract.4. de Miſericordia cap.4.concl.23. §. Digo lo ſegundo.* Idémque ſentiunt communiter Doctores, quando crimen occultum, eſt contra bonum publicum. D. Thom. *quodlib.11.art.12.* (Si eſſet, inquit, aliquod peccatum carnale, ſeu ſpirituale, quod vergeret in detrimentum multitudinis, ſtatim eſt referendum.) Sic ille, quem ſequuntur diſcipuli D. Antonius, Margarita Confeſſorum, Paludanus, Sotus, Syluest. Tabiena, Armilla, & alij; quos refert Sanchez *in Conſiliis. tom. 2. lib.6. cap.2. dub.5.* Hac ſuper re deſiderabis forſan conſequentiam, ſi recolas *ſuperius dicta tractatu de Fide Prop.9. num.2.* Sed illic loquuntur de denunciatione iudiciali, hic de paterna.

8. Denique in quibuſcumque aliis peccatis, poſſe omitti monitionem ſecretam, quando exiſtimatur Prælatus melius delinquentem correcturus (in quo tantum caſu loquuntur Suarez, & Palao ab aduerſariis notati) tradit expreſsè D. Thom. *quodlib.11. art.13.* vbi ſic. (Secundò quæritur, vtrum, ſi aliquis ſciat peccatum proximi, peccat mortaliter referendo illud ſtatim Prælato ſuo? (reſpondet) ſi ego ſcio, quòd frater per me corrigetur, non debeo hoc denunciare Prælato: ſi autem videtur, quòd hoc melius fiat per Prælatum, & Prælatus ſit pius, diſcretus, & ſpiritualis, non habens rancorem, ſeu odium aduerſus illum ſubditum, tunc licitè poteſt denuntiare ſibi. Et tunc non dicit Eccleſiæ, quia non dicit ei ſicut Prælato, ſed ſicut perſonę proficienti ad correctionem proximi, & emendam.) Hæc D. Thom. quem tranſcriptis verbis ſequuntur diſcipuli. D. Antonin. 2. *part. tit.9. cap.6.* & Sylueſter *verbo Correctio. §. Septimò quæritur.* Et M. Paulus de Leon, ex eadem familia, *in libro, quem inſcripſit. Dux in Cœlum. Typis dato anno* 1528. *cap.23. de Correct. fraterna*, ibi. (Si videret, inquit, quòd peccator meliùs, & ſaniùs, & ſine ira emendaretur, ſi id diceret Prælato, & Prælatus eſt vir cordatus, & prudens, & quòd id ſcit facere ad ſalutem correcti, melius eſſet dicere ſecretè Prælato; vt ipſe de ſuo id emendaret, & corrigeret.) Vide etiam Tabienam, Armillam, & alios apud Sanchez *in ſum. lib.6. cap.18. num.46.* Quibus adde M. Ioannem de la Cruz, M. Arauxo, & plures apud Ioannē Martinez de Prado, quos citatos

tos ſequitur *tom.1. cap.14. quæſt 5. &* *§.3. num.12.*

9. Eamdem ſententiam amplectuntur etiam Scotiſtæ. Nicolaus de Orbelli *in 4. diſt. 19. quæſt. 1. ibi.* [Hìc magis debet attendi finis correctionis, ſcilicet emendatio peccantis, quàm ordo verborum. Si igitur videatur frater peccans ſalubriùs corripi per alium, quàm per ſe, ſecurè poteſt ei indicare, & ſic dicit Auguſtinus exponens verba *Matth.*18.] Villalobos *in ſum. 2. part. tract. 4. diff. 12. num.* 4. [*A ſe de advertir, que ſi el Prelado fueſſe hombre muy prudente, y que lo podra corregir mejor, y que los recibira como Padre, en tal caſo ſe le deuria dezir, pues por eſte camino ſe haze mejor*] Idem tradit Vega *lib. 3. caſ.*110. citans Sotum, Cordub. & alios. Et *lib. 5. caſu* 425. inquit. (Hanc ſententiam eſſe plurimorum virorum Doctiſſimorum.) Cui conſonat Petrus de Nauarra *lib. 2. de reſtit. cap. 4. num.* 112. ſubnectens. (Tenuit Ricardus, Angelus, & videtur Durandi, pro qua Corduba citat D. Thomam, & Paludanum, ita tenent apertè Gabriel, & Bonauent. & Syluester expreſsè, & videtur Auguſtini ſententia.) Quibus addè ex Capuccinorum Ordine Caſpenſem *in curſu Theologico tom. 2. tr. 27. diſ. 6. ſect. 3. num.* 25. vbi de hac ſententia loquens ait. (Eſt probabiliſſima, tot Sanctorum Patrum, & Doctorum Scholaſticorum authoritate fulcita; imò oppoſitam cenſeo non tam probabilem, & quæ facilè poſſit eſſe occaſio ruinæ, & ſubuerſionis Religionis.) Videatur denique Sanchez *ſup.* vbi quinque ſuprà viginti Doctores pro hac opinione refert, & ſequitur.

10. Habemus igitur, ex dictis, ante ex ſe licitum eſſe, omiſſâ monitione ſecretâ, deferre Prælato, vt Patri crimen occultum fratris, vt tradunt Scotiſtæ; aut ſaltem, quando melius per ipſum corrigetur, vt tenent, cum aliis, Thomiſtæ. Quod, vt in plurimùm præſumi, docent non pauci, apud Dianam *part. 7. tract. 3. reſ.* 44. Quapropter huius opinionis praxis ſancita eſt, per ſtatutum, in obſeruantiſſimo Minorum Ordine, vt refertur *in eorum Speculo 3. part. in Conſtitutionibus Miniſtri Generalis Gulielmi Farinerij cap. 7. verſ. Diſtrictè per obedientiam.* Vbi ſic decernitur. (Teneantur fratres per obedientiã exeuntes, in reditu ſuo, ſecretè Guardiano exceſſus notabiles intimare.) Quibus verbis (vt ait Portel eiuſdem Ordinis *infrà* citandus.) (Et ex mox *ibidem* ſequentibus, clarè patet, ſtatutum illud præcipere, vt omiſſa Correctione fraternâ, crimen occultum Prælato denuntietur, etiam antequam ſciat peccatum continuari.) Addunt prætereà ſuprà citatæ Cõſtitutiones Minorum, [Dogmatizare, quòd frater, qui fratrem corripit, de aliquo exceſſu in occulto, nõ tenetur dicere Superiori ſuo, quamuis ab eo per obedientiam ſit requiſitus, &c. ex ſententia totius Capituli Generalis definitum eſt, hãc doctrinam eſſe peſtiferam, & non ſanam.] Hæc, & alia reperies apud Bernardinum de Areualo, eiuſdem Ordinis, *tractatu de Correctione fraterna fol. 79. &* 80. qui, poſtquam ſuas adduxit Conſtitutiones, ſubnectit. [Idem habetur, quantùm ad primam partem, in ſtatutis Fratrum Prædicatorum *diſtinct. 1. cap.* 18. Quòd videlicet Fratres exeuntes extra Monaſterium teneantur; peccata grauia Prælato denuntiare.] Conſtitutionis verba ſapientiſſimorum PP. hæc ſunt. [Si quis

autem

autem tale quid (nempe peccatum graue) extra Monaſterium commiſerit, frater, qui cum eo eſt, ſtudeat eius exceſſum Prælato (attende) quantociùs corrigendum intimare.] Sic *ibi lect.5.* Videatur Antonius de Corduba, ex Minorum Ordine, *in commen. in Regulam cap 10. quæſt.1.* vbi ait: [non eſſe veriſimile, tot viros Doctos, & pios, hac in parte, contra Euangelium errasse.] Verùm, quoad ſtatutum Ordinis Minorum, Laurentius Portel *in dubiis Regul. tom. 1. verb. correctio, in fine in Additionib. num.5.* ſic ſcribit. [Dico illud hodie non eſſe in vſu in Ordine noſtro, ſed per contrarium vſum eſt abrogatum.] Et quoad Conſtitutiones Ordinis Prædicatorum, quòd in eis nunquam hoc fuerit ſtabilitum, ſed potius oppoſitum, probat Ioannes Martinez de Prado *tom.1. cap.14 q.5. §.2. num.10.* [Et iſta, inquit, eſt indubitata, & perpetua totius Religionis praxis.] Sed quidquid de his ſit.

11. P. Filliucius *vbi ſuprà*, poſtquam probauit, ex communi Theologorum delictum fratris non emendatum, poſt monitionem ſecretam, & inductionem teſtium, indicandum eſſe Prælato tanquam Iudici, vt conſtat ex *n.160.* vbi ait. [Decimò quæro: quando in correctione deuenitur ad tertium gradum, debeátne indicari Prælato, tanquam Iudici? Reſp. debere indicari, &c.] Et poſtquam ſtatuit *num* 161. per notitiam habitam ex fraternâ denunciatione non poſſe delinquentem punire per pœnas iuris, ſed per alias arbitrarias ſic ait. (Duodecimò quæro. Quando liceat procedere viâ iudiciali aduerſus proximum denuntiatum? Supponimus, crimen poſſe probari, per duos, vel teſtes, & ſuper eo poſſe iuridicè inquiri Reſpondeo recenſeri apud Valentiam tres ſententias. Prima eſt Soti. *Memb. 2. quæſt.4.* negantis poſſe Prælatum infligere pœnas iuris ei, qui fraternè denunciatus eſt, ſi proponat ſe corrigere, ſecus autem ſi ſit incorrigibilis. Secunda eſt Caietani *art.8* eſſe id licitum, quando ſit ſpes, quòd per eiuſmodi pœnas legales, tandem corrigatur; illicitum, ſi non ſit ſpes correctionis. Tertia eſt Bãnez *art.8. dub.4.* aſſerentis, in duobus caſibus, non ſolùm eſſe licitum, verùm etiam eſſe debitum. Primus eſt, quando oporteret denunciare iuridicè crimen, aut de illo inquirere, vt ſi eſſet perniciosum reipublicæ. *Secundus:* quando eſſet ſpes, fore vt per proceſſum iudicialem, corrigatur quoque delinquens, &c. Et hæc tertia ſententia videtur valdè probabilis & præferenda cæteris.) Hucuſque Filliucius. Quem, ferè eiſdem verbis, ſequitur Tamburini *in Decalogum tit.1. lib.1. cap.5. dub.15. num.8.* & Diana *part.7 tract.11. 3. reſol.47 & 59.*

12. Sententiam Mag. Bannez, quam cæteris præferendam cenſuit Filliucius, quoad ſecundum caſum, defendunt etiam Caietanus, Sotus, Paludanus, & D. Antoninus apud Sanchez *in Conſiliis tom 2. lib.6. cap.2. dub.11.* Et quando peccator, monitus à Prælato, non corrigitur, debere puniri iudicialiter per ipſum, ſi peccatum probari poſſit, tradunt ex eodem Prædicatorum Ordine. M. Ioannes Viguerius *lib. inſtit. c.12. §.2. verſ 1.* & M. Conradus 1 *part.7. Reſponſ. quæſt.32*. *in Additione.* Vbi ſic ait. [Si non ſperatur emendatio fratris, tunc aduerſus pertinacem, via iuris procedendum eſt.]

L 13. Sed

13. Sed hac ſuper re omnino videndus M. Acacius de Velaſco *tom. 2. reſ. moral. verb. Reo. Reſ.* 382. vbi ſic. [*Eſto ſupueſto, ſe dificulta, que puede hazer el Prelado (attende) en virtud de la noticia que tiéne como Padre, por la denunciacion Euangelica, en delicto oculto, y ſolo perſonal, quando es prouable por dos ô tres teſtigos; en caſos que hechas las diligencias, ſe eſtuuiere el ſubdito pertinaz, è incorrigible.*] Sic ille. Vbi, poſtquàm primam ſententiam Martini de San Ioſeph propoſuit ſubiungit. [*La ſegunda dize, que en el caſo propueſto, ſi tuuiere el Prelado eſperança, de que por medio del orden Iudicial, ſe a de enmendar el tal delinquente, puede proceder vſando de todo lo dicho.* (Nimirum, vt prædixerat, *le puede encarcelar, y oprimir, y* ſi fuere neceſſario, *le puede dar tormento*,) *y por conſiguiente podra obligar con preceptos, y cenſuras al denunciador Euangelico, que lo ſea judicial, y ſino valerſe de la incorrigibilidad, como de acuſador virtual. Eſta ſentencia, con la limitacion dicha. la tiene Soto, y otros. Nauarro, Aragon, Nauarra.*] Quibus adde (licèt in aliam incliner) ipſum Acacium *vbi ſup. num.* 5. dicentem. [*La ſegunda tengo tambien por muy prouable*] Et Villalobos *in ſum. tom. 2. tract. 4. diff.* 14. *nu.* 5. & 6. Vide etiam Sotum *de ſecreto, quæ. 4. Memb. 2. poſt octauam concluſ. 8. Sed dubium eſt*, vbi addit. [Probabile eſſe denũtiantem fraternaliter poſſe eſſe teſtem, cum finito proceſſu fraternali, incipit forum judiciale.] En opinionem Filliucij, quam ſcandaloſam, & erroneam vocaſti. En Doctores, quorum authoritati (quæ magna quidem eſt) innixus, eorum ſententiam valdè probabilem dixit. Quorum nullus in harum opinionum praxi, fraudem vllam contra Correctionis præceptum inuenit.

14. Ad calcem notandum venit; quod, dum ſub prælo eſſet hic tractatus, promulgatum eſt Decretum Cõgregationis Generalis Sanctæ Romanæ Inquiſitionis habitæ feria quinta, die octauo Iulij huius anni 1600. Coram Sanctiſſ. D N. Alexandro VII. ac Eminentiſ. Cardinal. Quod (cum antea non licuerit) neceſſum fuit hic aſſuere: tum quia non leuiter confirmat, quæ circa correctionem fraternam pro Ieſuitis tradita ſunt: tum præcipuè quia proſcindit, & proſcribit aliorum Doctorum opiniones *in tractatu præcedenti* relatas: tam hoc prætextu quam aliis retardantes delationem criminum ad ſanctum Inquiſitionis Tribunal pertinentium. Decreti verba ſunt. (Propterea idem Sanctiſſimus declarauit, præfatos ſubditos, etiamſi nulla fraterna correctio, vel alia monitio præmiſſa fuerit, omnino teneri, & obligatos eſſe accedere ad denuntiandum Ordinariis, vel Inquiſitoribus locorum; quoſcumque, etiam confratres, ac Superiores, etiam Primarios ſuos eiuſdem Ordinis, & Religionis; quos nouerint eſſe de fide quomodolibet, etiam leuiter, ſuſpectus. Ac propterea eoſdem debere omnes, & quoſcumque etiam alios à ſe conſilium, *vt ſupra.* petentes monere, & obligare ad denuntiandum: nec poſſe illos à denuntiando, ſub dictæ fraternæ Correctionis, vel alio quovis prætextu, retrahere, aut retardare. Et præfatos omnes, tam ſuperiores, quam Subditos contra facientes Sanctitas ſua volui, & declarauit, ſubiace-

re omnibus cenſuris in dicta Conſtitutione Pauli V. expreſſis, nec non priuationis quantumcumque dignitatum, ſiue Prælaturarum, ſeu officiorum ſuorum Ordinum, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ, perpetuæque inhabilitatis ad eadem, ipſo facto, abſque alia declaratione incurrendis.] Hactenus in prædicto Decreto. Quo prorſus corruêre opiniones plures, præcipuè quæ *Tract. de Fide. Prop.* 4. *&* 5. 9. *&* 10. ex aliorum mente referuntur.

PROPOSITIO V.

Prælati inferiores, licèt ſe ipſis poſſint occulta ſubditorum crimina corrigere, ea tamen poſſunt Generali Religionis reuelare. Palao Ieſuita *tom.* 1. *tract.* 6. *diſp.* 3. *num.* 6. *punct.* 11. (Huius doctrinæ praxis communis eſt inter Ieſuitas.)

1. ℞. PAlaus *vbi ſuprà* contrariam ſententiam defendit: putat tamen probabile, non eſſe peccatum mortale, (non vero eſſe licitum) innixus authoritati Eminentiſſimi Caietani, & aliorum eiuſdem familiæ. Ex quibus M. Ioannes de la Cruz 1. *part. direct. precept.* 8. *art.* 2 *de detract. dub.* 3. *concl.* 1. ſic ait (Ex mente Caietani 2. 2. *quæſt.* 73. *art.* 2. non erit peccatum mortale, reuelare crimen alterius occultum viro graui, & timorato, ſi ſcitur, quòd iſte alteri non reuelabit, nec nocebit. Hæc ſententia, etſi ob tantum Doctorem, probabilis ſit: oppoſita Soti & Bannez eſt communior.) Probabilem eſſe, dicit etiam M. Serra 2. 2. *quæſt.* 71. *art.* 2. & illam ſequuntur Petrus de Nauarra Graffius. Zambellus, Roſſeus, & alij apud Dianam 2. *part. tract.* 1. *Miſc. reſ.* 22. *&* 3. *part. tract.* 5. *Miſcel. reſ.* 33. *&* 6. *part. tract.* 7. *reſ.* 9. Quibus adde Cordubam, Cœleſtinum, Bonacinam, & Trullench apud M. Ioannem Martinez de Prado *tom.* 1. *Theol. moral. cap.* 25. *quæſt.* 2. § 2.

2. His igitur principiis ductus P. Caſtro Palao, rationem ſuæ præiactæ concluſionis, ſic reddit. (Si enim probabile eſſe diximus, in materia detractionis, reuelare peccatum vni, vel duobus viris grauibus, qui magis prodeſſe poſſunt, quàm obeſſe, non fore peccatum mortale, etiamſi ex leuitate, & loquacitate reueletur; à fortiori probabile erit, quando ex recto fine manifeſtatur, & ex alia parte non leuis conuenientia intercedit. Hæc ille. Cui multum facit, quod ex D. Thoma tradit Syluester *verb. Correct.* § *ſeptimò quæritur*. Vbi ſic ait. (Qui denuntiat Prælato, aut amico, aut cuicumque ex malitia, vt quis confundatur, aut deprimatur, peccat mortaliter; qui autem ex incautela hoc alicui dicit, ita tamen, vt infamia, aut vituperium non eueniat delinquenti, non peccat mortaliter. Hæc ex illo.) Ita Syluester. Et ſaltem, & ſi ſubditus meliùs per Generalem, quàm per Prælatum localem corrigendus iudicatur; Doctores omnes, qui ſentiunt omitti poſſe correctionem fraternã, ſeu ſecretam monitionem, quando per Prælatum meliùs foret; à fortiori iudicabunt, poſſe etiam omitti denunciationem coram Prælato in-

Digitized by Google

ſeniori, quando exiſtimatur Superior melius delinquentem correcturus. Et hoc conuincit authoritas D. Thomæ *quodlib.* 11. *articul.* 3. quem, vt vidimus *Propoſ. præcedenti*, innumeri ſequuntur.

3. Verùm, licèt opinio Palai poſſit probabiliter, abſque lethali, ad praxim deduci, inter Ieſuitas non permittitur; quia oppoſitum apud ipſos ſtabilitum eſt in 6. Congreg. Generali decreto 60. Et in Congregatione ſeptima, decreto de manifeſtatione delicti *cap.* 15 *num.* 2. vbi dicitur [Sine vrgenti neceſſitate, & vtilitate, nemini eſſe crimen delati reuelādum.] Quæ quidem verba (vt notat Palao *ſupra*) non conuenientiam ſed neceſſitatem inducunt. [Nec aliter poteſt vnus Superior dicere rem ſibi delatā, & notā alteri Superiori eiuſdem delati.] Vt decernitur *in dicta Congreg.* 6. *decreto* 63. Quo ergo fundamento aſſeris, praxim contrariam eſſe communem, inter Ieſuitas, ſuarum conſtitutionum obſeruantiſſimos.

PROPOSITIO VI.

Licèt proximus à crimine occulto emendatus ſit, & tibi certiſſimè conſtet, potes tamen præteritum eius delictum ſuperiori deferre. Valentia Ieſuita *tomo* 3. *diſp.* 3. *quæſt.* 10. *punct.* 5.

1. R. PAter Valentia pro contraria ſententia militat, licèt hanc probabilem videatur innuere, propter authoritatem Doctorum qui eam ſequuntur. Verba eius ſunt. [An ſi poſt primam monitionem emendatur, liceat nihilominus ſecreto peccatum eius indicare Prælato, vt eo ſit tutior recidiua.] Reſpondet. [Affirmat Richardus *in* 4. *diſt.* 19. *artic.* 3 *quæſt.* 1. ſi Prælatus ſit talis, qui non videatur apud alios infamaturus fratrem. Et ſequitur Gabriel *lection.* 74. *in Canonem.* Sed rectiùs hoc negant alij, nempe Adrianus, Paludanus, Sotus, & Nauarrus.] Hæc Valentia, & *paulò infrà*, cum Soto, & alijs, ſubnectit. [Quod ſi caſus eſſet talis, vt certò, vel, probabiliter exiſtimaretur proximus relapſurus, niſi præteritus eius lapſus indicetur Superiori, negari non debet, quòd id eſſet licitum, ſicut concedit quoque Adrianus, & Sotus *in relect. de ſecreto. Memb.* 2 *qu.* 4. *concluſ.* 4. & inſinuat quoque D. Thom. *Quodlib.* 11. *art.* 3. aliter verò (attende) non licet, niſi ad id habeat proximi conſenſum] Hæc ibi.

2. Valentiam ſequitur M. Conradus 1 *part. Reſponſ. quæſt.* 327 *in Addit.* vbi ait. [Fratrem iam correctum, & emendatū per ſecretam monitionem, denuntiari debere, quando correctus adhuc manet in periculo veriſimili, ad iterum labendum] Subiungens, in hoc ſenſu veram eſſe ſententiam Ricardi *vbi suprà*: ſed exceſſit dum addit. [Cautè legendus Ricardus vbi dicit, quòd quando frater ſit correctus per ſecretam admonitionem, tamen denuntiandus eſt Prelato, vt obſeruet à recidiuo. Hoc dictum, niſi aliter declaretur, eſſet omninò falſum, & erroneum.]

3. Exceſſit

3. Exceſſit, inquam, in cenſura: quia pro opinione Ricardi ſtánt grauiſſimi Doctores. Vide Bernardinum de Areualo *Tractatu de Correctione fraterna fol.*145. vbi adducit formalia verba Ricardi, ſubnectens. [Hanc Ricardi ſententiam ſequuntur Gerſon, Gabriel, & Angelus, & hanc quoque tenet S. Bonauentura.] Et, quod magis, communis eſt inter ſapientiſſimos Patres Ordinis Minorum, vt teſtatur Angelus *in ſum. verb. denuntiatio num.*10. [Secretam, inquit, denuntiationem, non eſt opus vt præcedat monitio, & ideò ſiue ſecretè monuerim; ſiue non (attende) ſiue ſecretè correxerit ſe ad meam monitionem, ſiue non, teneor denuntiare prælato præcipienti, quia valet ad præcauenda peccata recidiui: nec eſt in famæ fratris præiudicium, ſi talis eſt Prælatus, qualis eſſe debet, &c. Huius ſententiæ eſt Auguſtinus. Hoc videtur etiam Gualtero *in ſum.* & Guillelmo de Mara. Et communiter Doctores Ordinis noſtri.] Hæc Angelus. Cuius ſententiam, licèt pro omnibus delinquentibus iam emendatis, non approbet D. Antoninus 2. *part. tit* 9. *capite* 6. ſubnectit verò [Circa Regulares perſonas non eſt tanta neceſſitas hunc ordinem obſeruandi, ſicut circa ſæculares.) Quibus, ſatis pro Regularibus, hanc opinionem probabilem indicat. Et abſolutè amplectitur Iacobus de Graffis Benedictinus *lib.*2. *cap.*49. *num.* 20. ibi. (Aduertendum eſt, quòd frater delinquens, non tantùm denuntiandus eſt Prælato, tanquam pio, & diſcreto & ſpirituali, ſicut priuatæ perſonæ, vt emendetur, ſed vt emendatus præſeruari poſſit à recidiuo.] Imò, & D. Thomã pro hac ſtare ſententia contendit Gabriel *in* 4. *diſtin* 19. *lect* 74. *in Can.* vbi ſic ait (Nota, quòd frater delinquens, non tantùm denuntiandus eſt Prælato, vt determinatæ perſonæ, vt emendet; ſed etiam emendatus, vt præſeruet à recidiuo. Ideo D. Thom. dixit, ſi intendat, emendationem fratris, vel cautelam in futurum) Verùm D. Thom. non ita clarè loquitur pro hac ſententia, vt benè obſeruant diſcipuli.

4. Inuenies etiam pro illa citatum P. Valentiam pro Religioſis Societatis *tom.*3. *diſput.*3. *quæſt.*10. *punct.*5. apud Dianam *part.*7. *tract.*3. *reſol.*50. Verùm Valentia *ſuprà à* §. *Primo controuerſum eſt.* De omnibus abſolutè loquitur, & de omnibus, ſub conditione, affirmat. (Si ad id, inquit, habeat quis proximi conſenſum, &c. Si autem deſit proximi ad id conſenſus, falſum eſt id conſequens) Nec leuiter innuit Religioſos Societatis, quoad hanc partem, conſenſum præſtitiſſe, & expreſsè, quòd non præſtiterint, docent P. Caſtro Palao *tomo* 1 *tract.* 6 *diſput.* 3. *punct.*13. & P. Sanchez *in ſum. tom.* 2. *libro* 6. *cap.*18. Cæterum, quoad omnes, videntur cogi fateri, non eſſe mortale, quotquot aſſerunt, tale non eſſe reuelare crimen occultum vni, vel duobus non nocituris, Caietanus, Ioannes de la Cruz, Marcus Serra, Nauarra, Graffius Zambellus, Bonacina, Trullench, & alij, quos dedi *Prop. Præcedenti nu.*1. qui vel ſequuntur, vel dicunt, eſſe probabile.

PROPO-

babile M. Ioannes de la Cruz 1.*p.Directt. part.* 8. *de iniuſt. artic.* 3. *dub.*17. ibi. (Etſi Bannez, Ledeſma, & Orella probabiliter ſentiant, eſſe ſolum mendacium veniale, obiicere teſti iniquo crimen falſum, ſecluſo periculo in obiiciente, teſtibus ad hoc inducendis, &c.] Et tuentur plures apud Dianam *part.*9. *tract.*9. *reſol.*43. & ipſe dicit. [Hanc ſententiam eſſe ſatis probabilem.] videatur etiam Caramuël *in Theolog. fundam. nu.*1151. vbi ait. [Viginti, & plures Doctores aſſerere: eum, qui imponit falſum teſtimonium alicui, vt ſuam iuſtitiam, & honorem defendat, non peccare mortaliter] Cur ergo peccabit ex eo, quòd conuitianti dicat: mentiris? Et quidem, ſi pro defenſione honoris licet alterum occidere, vt docent Sotus, Bannez, Salonius, Aragon, & alij, quos citatos ſequitur Diana 5. *part. tract.*4. *reſ.*9. dicens eſſe communem; cur non, & vocare mendacem?

4. Sed ne in praxi delinquas; notare oportet; opinionem *ſuprà* adductam, de obiiciente crimen falſum teſti iniquo, regulariter falſiſſimam eſſe, vt bene obſeruat Cardinalis Lugo *de Iuſtitia tom.*2. *diſput.*40. *ſect.*2. *numero* 25. [Quia ſi non ſeruit, inquit, ad defenſionem, erit infamatio proximi ſine neceſſitate, atque adeò peccatum mortale. Si deſeruit, probando prædictum crimen per teſtes, qui cum debeant iurare, committrent peccatum periurij, & conſequenter eos ad hoc adhortari, erit peccatum mortale.] Hæc ille, quæ iam prænotauerat M. Bannez *vbi ſup. concl. prima.*

PROPOSITIO VIII.

Vir Equeſtris ad Duellum prouocatus poteſt illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat. Layman Ieſuita *lib.*3. *tract.*3 *cap.* 3. *n.*3. Cui intrepidè ſcripſit Hurtado de Mendoça Ieſuita 2. 2. *diſ.*170. *ſect.*12. *num.*96. *&* 97.

1. ℞. SI prouocatus aliud non timeat, præter timiditatis notam. P. Layman contrariam ſententiam tenet. En eius verba. [Sed quæſtio eſt, vtrùm prouocatus ad pugnã, ſeu duellum acceptare poſſis, ne ignauiæ, aut timiditatis notam apud alios incurras? Aliqui affirmant apud Bannez 2. 2. *q.*64 *art.*7. *dub.*3. ſed contraria ſententia eſt communis Bannez, Soti, Nauarræ, Rodriguez, Leſij, Molinæ, Sanchez, Becani, ordinariè non eſſe licitum prouocato ad duellum, id acceptare, quia nemo prodeuntium vitio tibi vertet, quod legẽ Dei obſerues.] Ex quibus conſtat, ad ignauiæ, & timiditatis incurrendam notam non ſufficere ſecundùm Layman, ad honeſtandam acceptationem duelli. Secùs forſan erit ſi aliæ adiungantur cauſæ. Quapropter *infrà* ſubnectit. [Si in rariſſimo caſu, eo loco res ſita ſit, vt miles in exercitu, vir equeſtris in aula Regia, officio, dignitate Ducis, aut Principis fauore, ob ignauiæ ſuſpicionem excidere debeat, niſi identidem prouocanti ſe ſiſtat, non audeo damnare eum, qui meræ defenſionis gratiâ, paturit, iuxta doctrinam Nauarri *cap.*15. *nu.*3. *&* 4. Nã ſi, ob defẽſionem bonorum, hominum mutilare, vel occidere fas eſt, multo

Bannez, & alij citandi *tract. de iuſt. Prop.*1. aſſerentes licitum eſſe, in foro conſcientiæ, alterum occidere, pro defenſione honoris. Verba M. Bannez ſunt. [Prò defenſione rerum temporalium, & honoris licitum eſt inuaſorem occidere.] Ita 2.2. *q.*64. *artic.*7. *dubii.* ſi ergo aliter defendi non poſſit, quàm ad præſignatum locum egrediendo: cur oblatum duellum acceptare non licebit; non quidem animo pugnandi, ſed ſe defendendi, cum moderamine inculpatæ tutelæ, ſi iniuſtè ab aggreſſore impetatur? Quia, vt inquit ſubtilis Caramuel, *in Theolog. fundam. nu.*1146 *fol. mihi* 547. [Famam deperdere, etſi apud improbos tantùm, eſt graue damnum, etiamſi apud pios, & ſanctos conſeruetur; aliàs calumniæ, & detractiones apud improbos, non eſſet culpa grauis.] Quod multis probat *numero* 260. *fol.* 125.

4. Iam quòd honoris iacturam patiatur prouocatus ad duellum, ſi timiditatis notam apud alios incurrat, ſupponit expreſsè M. Bannez *vbi ſuprà* dum ait. (Quod prudenter, & Chriſtianè pro defenſione honoris reſpondere poteſt, &c.) Et fauet etiam *ibidem art.*7. *dub.*4. *& concl.*2. vbi aſſerit: eum, qui infamiam ab altero iniuſtè imminentem, aliter vitare non poteſt, licitè poſſe ad duellum prouocare. Sic enim inquit. [Imò verò Caietanus 2.2. *quæſt.*95. *art.*8. *ad* 3. *in ſum. verb. duellum* ait, quòd innocens tunc (nimirum quando quis vadit ad iudicem, vt imponat falſum teſtimonium, propter quod erit infamandus) poterit prouocare accuſatorem ad duellum, & occidere, &c. & ſententia Caietani multò mihi probabilior eſt.] Verùm pro hac ſententia non benè citat Caietanum: tum quia ibi expreſsè inquit. [Indicere duellum, nunquam licet.] Tum quia *inferius* ait: [In vno caſu licitum mihi videtur acceptare duellum: quando ſcilicet, accuſator euidenter calumniatur, & præualet contra me innocentem (attende) ad mortem vel mutilationem; tunc enim ego, non habens aliud refugium, habeo iuſtum bellum defenſiuum contra eum, & propterea, ſi ipſe offert mihi duellum, ego poſſum acceptare, de conſenſu Principis.] Hæc Caietanus 2.2. *loco ſuprà citato*: & eadem fermè *in ſum. verb. Duellum*. Ex quibus claiè conſtat adduci non poſſe pro opinione M. Bannez aſſerentis, ad vitandam infamiam; licitum eſſe, non ſolùm acceptare duellum, ſed ad illud prouocare.

5. Sed abſolutè licere innocenti acceptare, vel offerre duellum ad bona temporalia, in notabili quantitate, tuenda, quando aliud remedium non ſuppetit, tradit cum pluribus, quos citat. R. P. Leander à SS. Sacram. *tomo* 5. *de irregul. tractat.*2. *diſput.*15. *quæſtio.* 8. omninò videndus, & tenet cum aliis M. Acacius de Velaſco *tomo* 1. *reſ. moral. verb. deſafio. reſ.* 233. *numero* 5. vbi ſic ait. [*Y por defender lo dico* (nimirum vitam, aut honorem, aut diuitias) *es licito de ſafiar a quien trata de quitarlo, quando no ay otro medio eficaz para defenderlo, y en eſte caſo dize Caietano, que puede qualquiera acceptar el deſafio, y el Maeſtro F. Rafael de la Torre dize que no ſolo puede acceptar, ſino deſafiar.*] Hæc Acacius cum citatis, quos ſequitur Thomas Hurtado *tom.*2. *reſol. moral. tractat. vltimo. reſ.*5. *num.*281. vbi ſic ſcribit. [Ad vitandam infamiam, quãdo prudenter iudicatur non ſuper

eſſe aliud remedium, niſi acceptatio, & in præfixum locum egreſſio; quamuis ſequatur congreſſio, & ex iſta mors, vel vulneratio alicuius concertantium, licitè poteſt acceptari. idem dici debet de oblatione.] Addit inſuper *nu.* 226. [Quando oblatio ſingularis certaminis eſt vnicum medium moraliter ad famam, honorem, vel facultates recuperandas, vel ad vitam defendendam; nullum ius humanum Eccleſiaſticū, vel ſæculare mihi prohibere poteſt, ſub pecc. ti mortalis pœna, & cenſuris Eccleſiaſticis, quòd tale ſingulare certamen circumſtā iis dictis, nō offerā.] Hactenus ille.

PROPOSITIO IX.

Maritus, qui vxorem adulteram ſuſpicatur, poteſt ei occaſionem offerre, vt in adulterio deprehenſam corrigat. Layman Ieſuita *lib.* 2 *tract.* 3. *cap.* 13. *num.* 5.

1. R. DOctor citatus non loquitur de adulterio, ſed de furto, licèt per bonam conſequentiam, idem de illo aſſertum deducatur. Verba eius ſunt, (Tertiò reſolues, fas eſſe patrifamilias, famulo, vel filio, quem de furtis ſuſpectum habet pecuniam apponere, vt eum deprehenſum efficacius emendet, vel grauiori malo occurrat, ſicuti docet Petrus de Nauarra *lib.* 2. *de reſtit. cap.* 4. *n.* 127.) Et vniuerſaliter occaſionem peccandi offerre, eſſe licitum, ob bonum finem, tradit Ioannes Sanchez *in Selectis diſp.* 15. *n.* 12. ibi. (Adhæreo, inquit, opinioni aſſerentium, offerentem alicui occaſionem ad peccatum, vt deprehenſus in illo reſipiſcat, vel ob aliud bonum finem, non peccare.) Hæc ille, quem ſequitur Guilinus *verb. peccatum.* Et eſt ſententia expreſſa D. Thomæ *qu.* 13. *de Malo art.* 4. *ad* 19. vbi ſic. (Pro nullo incommodo corporali vitando, debet homo conſentire in peccatum alterius, ſed tamen pro aliquo incommodo vitando, poteſt homo licitè vti malitia alterius, vel materiam ei non ſubtrahere, ſed præbere. Quid clarius? Ideò in terminis, ſcilicet, de marito offerente occaſionem vxori ad adulterium, tenet Diana 3. *part. tractat.* 5. *Miſc. reſ.* 18. (Quia id, inquit, non eſt formaliter cooperari ad peccatum, ſed materiam, & occaſionem peccati ſubminiſtrando, illud permittere.) Limitat verò Layman ſuam ſententiam dicens. (Rectè aduertit Petrus de Nauarra, id homini ordinariè conceſſum non eſſe, cum ipſe non ſit Dominus rerum abſolutus, & vniuerſalis.)

2. Fauent ſententiæ Dianæ, quotquot aſſerunt, licere proximi peccatum permittere ex bono fine. Sotus *de ſecreto. Memb.* 2. *quaſt.* 1. *paulò ante quintam concluſionem.* Vbi inquit. [An liceat, & expediat quando perditum hominem permittere in peiora prolabi crimina, vt ignominia peccatorum confuſus, facilius reſipiſcat, & emendetur.] Et reſpondet. [Licet nobis aliquando permittere peccatorem, ad tempus, peius cadere, vt cautius reſurgat.] Idem docet Nauarrus in

in ſum. Latina c.21. num 13.& in Hiſp. n.19.& c.inter verba Corol.59.num.623. inde inferens licere, permittere pueris furta minora, vt propter illa pœnas dantes, à grauioribus caueant. Quod tradit etiam Cordubâ *in ſum. q.5. Corol.4. in fine.*

3. Fauent etiam quotquot tenentur, viro ſuſpicanti adulterium vxoris licere, non auferre adulteræ occaſionem, vt eam poſſit, adhibitis idoneis teſtibus, de adulterio cõuincere, quod tenent apud Sanchez *de Matrimoni. lib.10.diſput.12.numer.52.* Sotus, Petrus de Ledeſma, & alij. Dixi hos Doctores fauere, quia licèt non loquantur de offerente, ſed de non auferente occaſionẽ peccandi; difficilis eſt diſparitas; quando occaſio offertur medio aliquo indifferenti v.g. ſi Pater in arca clauem, quaſi oblitus, deſinat, apponátq; nummos in loco, quo cõmodè poſſit filius ſubripere, & maritus vxorem ſolam relinquat, vel conſulat, vt conſanguineam viſitet. Nam ſubminiſtrare materiam indifferẽtem eâ abuſuro, nõ eſt peccatũ mortale, vt tradunt Petr. de Ledeſma *tom.1.tr.1.17. dub.4* & Caietanus *2. 2. qu.147.art 4. in fine,* & plures alij aſſerentes licere tabernarijs, & cauponibus cibaria miniſtrare eis, qui Ieiunium ſoluent, & ſimilia. Nam, vt ait Caietanus *ſup.* [Si omnino cœnaturi ſunt, & ego inuito eos ad mecum cœnandum, non inuito eos niſi ad locum, & ſocietatẽ cœnæ, & miniſtro illis cibos: ex nullo autem horum apparet peccatum aliquod.] Ergo ſi omninò vxor adulteratura eſt, non inuitat maritus, niſi ad locum, & domum cõſanguineæ, vt adductis teſtibus poſſit de adulterio conuincere, vel in adulterio deprehenſam corrigere. Ergo in his nullum apparet peccatum, iuxta doctrinam Caietani.

4. Fauet denique M. Ioannes de la Cruz *p. direct. precep. 6.dub.3.* vbi ſic ait. [Concluſio ſecunda, licet locare domos meretricibus non intẽtione vt peccent, ſed vt ibi habitent.] Et *infrà,* (Imò Nauarrus ait, poſſe ſeruos deferre litteras, quibus vocãtur ad peccandum, & eos verbis à ſua Domina prolatis vocare, dum tamen, neque eos ad malum incitent, ſed ſolùm ſimpliciter proponãt verba Dominæ ſuæ. Oppoſitum tenet Ledeſma, ſed videtur eſſe idem, ac de ſecunda cõcluſione.] Hactenus M. Cruz. Patet autẽ ex terminis, hoc eſſe offerre occaſionẽ ad peccatum. Vide etiam Nauarrũ *lib.5. Conſil. in 2. editione conſ.5 de pœnit. circa finem* vbi poſt prædicta, & alia adhibita exempla, concludit. [Ex his videtur colligi ratio defendendi omnes prædictos (nẽpe famulos, & ſeruos) à peccato ſaltem mortifero modo non placeat eis peccatum, & faciant obſequia prædicta ob aliquem bonũ finẽ, puta eò quòd habeant illa, causâ officij ſui, vel ob iuſtam mercedem, licet enim hæc officia, & obſequia ſint cõiuncta peccato, non tamẽ ſunt ſecundum ſe, & ſuapitè natura peccata; & ideò ſeiungi poſſunt à peccato per finem diuerſum, & ſeiũctum.] Hæc ibi; ſi ergo hæc licent, quare nõ, & apponere pecuniã in loco patenti, & vxori conſulere, vt conſanguineam viſitet? Nam etſi coniuncta ſint peccato, tamen ſecundum ſe, & ſuapte natura non ſunt peccata, & conſequenter, propter bonum finem, ſeiungi poterunt à peccato,

PROPOSITIO X.

Licitè poſſum deſiderare, & à Deo petere, vt inimicum è viuis tollat, ſi damna mihi inferenda nequeam aliter euadere. Hurtado de Mendoça 2.2. *tom.* 2. *de Charitate diſp.* 153. *ſect.* 4. §. 48.

1. R. HÆc ſententia eſt expreſſa Diui Thomæ 2. 2. *quæſt.* 76. *articul.* 1. & *in* 3. *ſentent. diſtinction:* 30. *quæſt.* 1. *artic.* 1. *ad* 4. cuius verba dedi *tractat de peccatis Prop.* 8. Quem ibi ſequuntur Caietanus, M. Ioannes de la Cruz. M. Conradus, M. Zanardus; & alii. Et in terminis tenet Sotus *de Iuſtitia lib.* 5. *quæſt.* 12. Quem citatum ſequitur M. Serra 2. 2. *quæſt.* 76. *artic.* 1. *fol. mihi* 651. En verba Soti. [Chriſtianis hoſtibus, qui nos perſequuntur, quando alia non patuiſſet via, licitum eſt id ipſum (nempe mortem) optare.] Et eiſdem verbis, id tradit ex Soto M. Ioannes Martinez de Prado *tom* 2. *Theolog. moral. capite vigeſimoquinto, quæſt.* 4. §. 1. *numero* 2. dicens. (Nunc addenda verba Soti, &c.) Et expreſſius M. Ioannes de la Cruz *in directl. prima parte, tractat. de homicidio dub.* 3. vbi ſic ait. [Licet deſiderare alteri mortem, aut aliud malum, non, vt ſic, ex odio, ſed ſub ratione boni, vt ceſſet à peccando, aut ab aliorum damno, & ſic poſſumus deſiderare iſta inimico iniuſtè inuadenti pro noſtra defenſione, ſi aliter non poſſumus ab eo liberari.] Sic ſentiunt diſcipuli Diui Thomæ tanti Magiſtri veſtigiis inhærentes: quæ premens Hurtado vbi ſuprà dixit. [Si inimicus iniuſtè eſt me vexaturus, ego poſſum deſiderare, orareque Deum, vt eum è viuis tollat, ſi aliter inferenda mala vitari non poſſunt.] Sic Hurtado. Gaudeat ergo immunitate.

EX

EX TRACTATV DE IVSTITIA ET IVRE.

PROPOSITIO I.

Licitum eſt Clerico, vel Religioſo, calumniatorem grauia crimina de ſe, vel de ſua Religione ſpargere minantem occidere, quando alius defendendi modus non ſuppetit. Amicus *de iuſtitia tom.5. diſp.36. ſect.7. num.*118.*verſ.* (*Vnde licebit.*)

1.N. FRANCISCVS Amicus, licèt huius opinionis fundamenta, *loco ſupra allegato*, propoſuerit, eam tamen non defendit; ait enim. [Se hæc proponere ſolâ diſputandi gratiâ, quia non vult communi ſententiæ aduerſari.] Cæterùm illam tuentur Petrus de Nauarra *de reſtit. lib.2.cap.3.à nu.*371. & præcipuè *num.*376. vbi ſic ait. [Ex omnium ſententia, licet contumelioſum occidere, vt diximus, cum aliud non manet remedium eam iniuriam arcendi; cum tamen armis non inuadat. Igitur qui murmuratione, & detractione, iniuriam, maculámque inferre conatur, licebit, ſi aliter infamiam, & dedecus fugere non poteſt, occidere.] Hæc ille loquens de honore. (Qui ex ſpirituali bono reſultat, ſiue ex parte intellectus ſapientia, prudentia, ſcientia, &c. ſiue voluntatis, vt virtutis.] Et *numero* 391. (Sed an liceat illis [nempe Clericis, & Religioſis] occultos detractores. & bonæ ſuæ famæ iniquos aggreſſores occultè occidere? Ex *ſupra* dictis de laïcis conſtat reſolutio. Si enim laïcis licet, &c. licebit etiam Clericis, qui honoris, & bonæ famæ curam habere poſſunt, & debēt. Sic enim honos non ex viribus, ſed ex litteris, & virtute naſcitur. Qui certè cum omnibus ſit neceſſarius, tum maximè Sacerdotibus, & Religioſis, qui debent eſſe & ſapientiæ, & virtutis exempla, quē honeſtiſſimū, & honorē, & bonum nomen tueri, nō illis vitio dari debet.] Sic Nauarra. Idem tradit Sayrus *de Cenſuris lib.6. capite* 17. *n.*23. *& paulò anteà n.*22. [Hoc, inquit, quod diximus, non ſolum in laïcis, ſed etiam in Clericis locum habet: ſiquidem principium illud, vim vi repellere licet, etiam in illis bona ſua tuētibus procedit.) Et hanc opinionē adeò certā putat acutiſſimus Caramuël, vt

 dixerit

dixerit, oppoſitâ eſſe improbabilem: ita *in Theol. fundamentali. Fundam. 55. §. fol. mihi 544. à num.* 1140. Et conſentire videtur Henricus Stroverdoff. 2. 2. *quæſt.* 64. *artic* 7. *conclaſ.* 5. Vbi ſic ait. (Poteſt etiam interfici, qui virum aliquem honoratum conuiciis, & maledictis afficit, nec poteſt aliter cogi, vt taceat; talis enim eſt inuaſor honoris.) Cui adde Ioannem de Eſcobar *parte prima, de puritate, & nobilitate probanda quæſtione prima, gloſſ. 4. numero* 4. apud Dianam 5. *parte tractatu* 4. *reſol.* 12.

2. Idem abſolutè tradit cum pluribus R. P. Leander à SS. Sacramento totius ſui Ordinis meritiſſimè clauum tenens *tom.* 5. *de irregular. tract.* 2 *diſput.* 12. *quæſt.* 30. vbi ſic ait. (Reſpondeo eſſe cuipiam licitum prædictum iniuriantem, & detrahentem notabiliter famam alterius, clam occidere, ſi nullâ aliâ via, talis famæ læſionem vitare queat. Sic Bannez, Petrus de Nauarra, &c.) Idipſum tenent Antonius Gomez, Iulius Clarus Bonacina, & Ludouicus Lopez apud Gaſparem Hurtado *tract. de Iuſtitia diſput* 11. *diff.* 11. Adde idem dicendum, ſecundum plures, licèt actu non lædat, ſed velit in praxi lædere. Ita M. Ioannes Martinez de Prado *tom.* 2. *Theol. moral. cap.* 20. *q.* 4. *num.* 14. (Dico licitum eſſe occidere iniuſtum aggreſſorem honoris, qui in praxi vult lædere. Ita Sotus, & communiter Thomiſtæ.) Et *num.* 14. Prædixerat hanc ſententiam eſſe communem citans Ludouicum Lopez, Serram, Bannez, Ioannem à Sancto Thoma, Nauarrum, Gomez & alios, & Dianam *part.* 6. *tr.* 7. *reſ.* 45. referentem pro illa 49. Doctores, ex quibus Gaſpar Hurtado *vbi ſupra* ſic ait. (Licitum eſſe occidere eum qui detractionibus nititur graue damnum inferre, & inferet, niſi occidatur, aduertunt Petrus de Nauarra, & Bannez, *quæſt* 64. *art.* 7 *dub.* 4. Qui addit id eſſe verum, quamvis defectus, qui detractione publicatur, ſit verus, ſi occultus; quia etiam tunc, eum defectum pandendo, fit grauis iniuria. In praxi tamen difficile eſt hoc modo defenſionis licitè vti, vt aduertit Leſſius.) Putant itaque *ſupra* citati Doctores id ipſum licere ad defenſionem. Nec mirum: quia pro fama quandoque exponendam eſſe vitam, non pauci exiſtimant. M. Ludouicus Lopez, cum Armilla *prima parte inſtruct. cap.* 65. (Si fama, inquit, noſtra neceſſaria nobis eſt ad honorem Dei, ad ſalutem ſpiritualem noſtram, aut proximi conſeruandam pro ea tuenda licitum eſt vitam corporalem exponere.) Et *infra* (quoniam ſecundum D. Auguſtinum fama nobis neceſſaria eſt pro bono ſpirituali proximorum: crede, poſſe dici, quòd licet, pro tuenda fama, exponere vitam.) Hæc autem in Clericorum, & Religioſorum fama præcipuè locum habent; vt per ſe notum eſt.

3. Ideò prædictam ſententiam tradit expreſsè M. Michaël Zanardus 1. 2. *Director. de Homicidio capite* 2. §. *Octauò dico.* Vbi ſic ait. (Licet proprium honorem defendere, cum moderamine inculpatæ tutelæ. Vnde, ſi non poteſt defendi (attende) niſi cum morte tentantis inferre infamiam, talis poteſt occidi. Hoc autem primò verum eſt in Nobilibus, Secundò hoc etiam eſt verum in ignobilibus, & Clericis; quia quilibet, in ſuo ſtatu, curam habere debet de proprio honore: quamvis hi poſſint defectus patienter ferre, quando non

eſt tale, vt illis notabile damnum inferat; tamen, cum non ſint Domini ſuæ famæ, & honoris neceſſarij ad benè tectéque viuendum, ad hoc vt aperta facie poſſint ſuggeſtus, & Cathedras aſcendere, in altaribus miniſtrare, & coram honeſtis perſonis comparere; ſi vellent, ſe defendendo, inuadentem occidere, immunes eſſent à peccato.] Hactenus M. Zanardus.

4. Accedit Caietanus, *in ſum. verb. Homicidium per accidens.* Vbi ait. (Licet alterum occidere, tuendo neceſſaria ad vitam, & virtutem, ne perdat res ſuas, & ſuorum) Et 2.2. *q.64.art.7.§ad hoc dub.* [Eſt, inquit, ſententia D. Thomæ, & Auguſtini, quia Auguſtini authoritas loquitur, non ſolum de vita corporali, ſed de aliis, quæ inuiti perdere poſſumus, ſub quo ordine ponit honores, & diuitias.] Eandem ſententiam defendit M. Serra *de Iuſtitia* 2. 2. *quæſtio. 64. dub.1.§. Ex hoc ſequitur.* Vbi ait. [Ex hoc infert Bannez, licitum eſſe occidere eum, qui vadit ad iudices, vt mihi imponat falſum teſtimonium propter quod ero occidendus, vel infamandus, ſi aliter non poſſum me, aut mea defendere.] Et paulò *infrà* [Idem erit, ſi quis vadit ad me accuſandum de crimine vero, ſed occulto, ex cuius accuſatione mihi certum periculum imminet mortis, vel infamiæ.] Hæc Serra: ſubnectit verò. [Hoc non eſſe in publico prædicandum nimirum propter ruditatem vulgi, vt aſſerit M. Soto, poſt factum tamen poſſe ad pacandas conſcientias deſeruire.] Sed exſcribere non omittam M. Bannez verba 2. 2. *quæſt.64. art.7. §.dubitatur quartò* vbi, inquirit, [An habeat rationem defenſionis, ſi quis occidat eum, qui vadit ab iudicem, vt imponat falſum teſtimonium, propter quod erit occidendus, vel infamandus, vel amiſſurus bona temporalia?] Et reſpondet *§.ſecunda concluſio.* [Similiter dico, quod ſi ille, qui vadit ad Iudicem, fuerit admonitus, & noluerit retrocedere, poterit is qui iniuriam patitur, occidere illum defendendo ſe, vel ſua, ſi aliter non poteſt.] Sic Bannez, quem, eius adductis verbis, ſequitur Leander à SS. Sacram. alios citans. *tom. de Irregul. tractat.2. diſp.11.quæſt.82.*

5. Denique pro hac ſententia adduci poſſunt Doctores, qui aſſerunt, licere viro honorato occidere inuaſorem, qui fuſtem, vel alapam infligere conatur. Sotus, Syueſter, Ludouicus Lopez, & Nauarrus, apud Leſſium *de Iuſtitia lib.2.cap.9.dub.11.n.77.* Villalobos, Marchiantius, Faber, Strotberdoff. Molfeſius, & alij, quibus citatis ſubſcribit Diana *part.5. tractat.4. reſol.4.* (Et ratio, inquit, huius ſententiæ eſt, quia talis conatur auferre honorem, qui pluris meritò æſtimatur, quam damnum multarum pecuniarum; ergo ſi poteſt occidere, vt *infrà* dicemus; ne damnum pecuniarum accipiat, poteſt etiam ne hanc ignominiam cogatur ſuſtinere.) Quod autem Religioſis etiam liceat pro defendendis proprijs bonis externis, inuaſorem occidere tradit ipſe Diana *tract.4. citat.reſol.16.* cum Sylueſ., Maldero, & aliis, & eſt communis inter Doctores, quos citatos ſequitur Leander *tom.5. de irregul. diſp.15. quæſt.2. & 3.* Et eſt ſententia M. Zanardi 1.2. *Direct. de Homicid. cap.2. §. 10.* vbi ita inquit. [Secundò dico, hoc etiam licere Religioſis Regularibus, quia, etſi non habeant dominium rerum ſuarum in particulari;

particulari; illud tamen habent in communi.] Idem ergo eis licebit ad vitandam infamiam, quando aliter vitari non poteſt, quia iuxta illud Proverb 22. *Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ.*

6. Hæc ſunt, quæ pro opinione, ab Amico diſputandi gratia propoſita, militare videntur; quam ipſe, vt vidimus, non ſuſtinet, nec eſt ſuſtinenda, ſed reiicienda prorſus. Hæc enim eſt doctrina, quam Ieſuitæ omnes verbo docent, & exemplo confirmant, dicentes cum Apoſtolo. *Maledicimur, & benedicimus, perſecutionem patimur, & ſuſtinemus.*

7. Sed circa præſentem quæſtionem, omnino videndus Angelicus Præceptor *quodlib.5 art.26*, vbi inquirit. (Vtrum Religioſi teneantur patienter tolerare iniurias ſibi factas?) Ex cuius ſolutione nouam lucem accipient *ſuperius* dicta. (Perfecti, inquit, viri dupliciter impugnari poſſunt. Vno modo, quantum ad perſonas proprias, vtpotè cum inferuntur eis iniuriæ perſonales; alio modo poſſunt impugnari, quantum ad ſtatum eorum, vt purà cum aliquis verbis, vel factis, perfectionis ſtatui derogat. In iniuriis ergo perſonalibus decet perfectos viros eſſe maximè patiẽtes, & etiam paratos plura ſufferre. Statum verò ſuum impugnari, non debent pati, quantum reſiſtere poſſunt, hoc enim vergeret in iniuriã Dei.) Ideòque *quodlib.*10. *art.*13. ait. (Illi ergo quibus incumbit ex officio, vel ex ſtatu perfectionis aliorum ſaluti prouidere, peccant, niſi infamiam propriam iuxta poſſe repellant.) Et *paulò infrà* ait. (Teneri detrahentium linguas compeſcere, qui debent ſaluti proximorum prouidere. Et hoc eſt, inquit, quod dicit Greg. *Homil.9 ſuper Ezechielem.* Ne, dum de nobis mala diſſeminant, eorum, qui nos audire poterant, corda innocẽtium corrumpant, &c. & in prauis moribus remanentes, benè viuere contemnant.)

8. His coactus D. Thom. opuſculum aureum contra impugnantes Religionem ſcripſit, quod ad Ieſuitarum præſertim, perſecutionum ventis ab hæreticis agitatam, prophetice direxiſſe videtur. Nam poſtquam in Proœmio adduxerat verba Gregorii *in* 13. *lib. Moral.* vbi exponens illud Iob.16. *Aperuerunt ſuper me ora ſua*, dixerat. (Illos, præcipuè reprobi, in Sancta Eccleſia perſequuntur, quos multis conſpiciunt eſſe profuturos.) Sic inquit. (Duo autem contra ſanctos cogitant. Primò vt ipſos annihilent. Secundò, vt ſi hoc non poſſint, ſaltem vt eorum famam deſtruant apud homines, vt in eis fructificare non poſſint.) Et *infrà* (Sanctorum expulſionem de mundo Tyranni antiquitus per violentiam procurare conati ſunt, &c. Sed nunc idem peruerſi homines, aſtutis conſiliis attentant, quantum ad Religioſos ſpecialiter, qui verbo, & exemplo fructificare poſſunt, perfectionem profitentes: volentes quædã adſtruere, per quæ eorum ſtatus totaliter deſtruitur. Primò enim eis, pro poſſe, ſtudium, & doctrinam auferre conantur, vt ſic aduerſariis ventis reſiſtere non poſſint, & hæc eſt aſtutia Philiſtinorum 1. Reg. 13. *Cauerant Philiſtiim, ne forte facerent Hebræi gladium, aut lanceam.* Quod gloſſa exponit de prohibitione ſtudij litterarum. Secundò à conſortio ſtudentium eos, pro poſſe, excludendo, vt per hæc Sãctorum vita veniat in contemptum. Apocalyp. 13. *Ne quis poſſit emere, aut vendere,*

Digitized by Google

vendere niſi, qui habet characterem, aut nomen beſtiæ.] Eorum ſcilicet malitiæ cōſentiendo (Tertiò. Eorum prædicationem, & confeſſionum audientiam, quibus in populo fructificār, impedire nituntur. 1. ad Theſſ. 2. *Prohibentes nos gentes loqui, vt ſalua fiant.*) Et *inferius.* (Septimò famam Sanctorum prædicti miniſtri diaboli nitūtur corrumpere, in tantùm, vt nō ſolùm per ſe, apud præſentes, Sanctos Dei infamēt verbo, ſed etiam litteras per vniuerſum orbem dirigant.) Et iterùm *in eodem Opuſculo, 19. cap. 20.* vt prædictis occurratur. Sic ait. (vt ergo eorum detractionibus reſiſtatur, ſciendū eſt, quod ipſi, in ſua detractione quadrupliciter procedunt. De viris enim ſpiritualibus, mala, ſi qua ſunt vera, extendunt: dubie aſſerunt: falſa confingunt: bona peruertunt.) Et poſtquam efficaciſſimè oſtendit friuola, & futilia eſſe omnia, quibus aduerſarij Religioſos opprimere nituntur, concludit *in Epilogo.* (Sic igitur, diuina auxiliante gratia, malignorum detractionibus expreſſis, euidenter apparet, quod nil damnationis eſt, in his, qui ſunt in Chriſto Ieſu. Qui non ſecundùm carnem ambulant, ſed Crucem Domini baiulantes, operibus ſpiritualibus inſiſtunt, carnalia deſideria contemnentes.) Hactenus D. Thom.

9. Ex quibus planum fit, Religioſos, qui ſunt in Chriſto Ieſu, contemnere debere perſecutionum procellas à peruerſis hominibus excitatas, nam vt ait Angelicus Doctor *vbi ſup. cap. 17.* (Quando aliquis, quod in ſe eſt facit exterius, & tamen ab aliis temerariè iudicatur, tunc ſibi debet ſufficere, quod Deo Placeat, in conſcientia; non curans, quòd hominibus non placeat, qui peruersè iudicant. Et hoc eſt, quod habetur *in Gloſſa ad Galatas* 1. ſuper illud, *ſi adhuc hominibus placerem.* Sunt homines temerarij iudices, detractores, ſuſurrones, murmuratores, quærentes ſuſpicari, quod non vident; quærentes etiam iactare, quæ non ſuſpicantur; contra tales ſufficit teſtimonium conſcientiæ noſtræ.) Hæc D. Thom. Et hæc ſatis.

PROPOSITIO II.

Licitum eſt, ad honorem tuendum, inuaſorem, poſt impactam alapam, vel fuſtem, fugientem inſequi, & repercutere. Henriquez Ieſuita *in ſum. lib. 14. cap. 10. num. 3.*

1. ℞. Hanc ſententiam tuentur Nauarrus *in Manual. cap. 15. num. 3. in fine.* Petrus de Nauarra *de reſtitutione lib. 2. c. 3. nu. 383.* Marchantius *in ſum. reſol. Paſtoral. ad Decalog. c. 5. quæſt. 3. caſ. 3.* & viri alij doctiſſimi, ex Illuſtriſſima Familia Dominicana ſcientiarum Emporio. M. Mancius, M. Penna, M. Fumus, & D. Antoninus, apud Enriquez *ſup lit. T.* M. Mercatus, & alij apud Perrum de Nauarra *ſup. num. 379.* & M. Ludouicus Lopez *in Inſtruct. 1. part. cap. 61.* vbi ita inquit. [Si velit Nauarrus dicere, quod illa repercuſſio honoris defēſio ſit, quia quaſi in continenti, percuſſorem

rem ſtatim inſequendo, fit. Bene quidem, ſed ante factum non approbo, ſicut nec poſt factum damnabo: quia, & pro Nauarro, facit dictum Soti.]

2. Expreſſius id tradit M. Victoria *in Relect. de iure belli numero* 5. ibi. [Credo, inquit, quod per iniuriam percuſſus poſſit ſtatim repercutere, etiamſi inuaſor non deberet vltrà progredi, ſed ad vitandam ignominiam, & dedecus, poſſet, qui colaphum, exempli gratia, accepit, gladio ſtatim repercutere, non ad ſumendam vindictam, ſed, vt dictum eſt, ad vitandam infamiam.] Hæc victoria & quem ſequitur, M. Serra 2. 2. *quæſtio*. 64. *articulo* 7. §. *Poſtquam, in fin.* Vbi ſic ait. [Hæc ſententia mihi videtur probabilis: quamuis non ſit publicè prædicanda.] Et tenent plures alij, quos citatos ſequutus eſt P. Enriquez *ſup. in Gloſſa litt. T.* vbi ſic ait. [Addunt Nauarrus cum Iaſone. Et Gloſſa, & Victoria, Corduba, Mantius, Penna quod vir nobilis dehoneſtatus, aut percuſſus poteſt incontinenti læſorem inſequi, vt impreſſo vulnere honorem recuperet. Idem D. Antonius, Armilla, Ant. Gomez, Plaza, Gabriel ex Claro, Couarruuias, Abulenſis, & multò licentioſius Victoria & Caietanus propendet Soto; ſed negat prædicandum, ne abutantur licentiâ.] Hæc Henriquez.

3. Pro eadem opinione militat Philippus Faber *de reſtit. in* 4. *ſent. diſtinct.* 15. *quæſt.* 3. *diſput.* 51. *capit.* 1. *nu.* 19. vbi citato Nauarro. Sic ait. [Et hæc opinio videtur mihi probabilior, intelligendo hoc de inconuenienti percuſſione, vt ſi quis inſligat vulnus, vel alapam, aut fuſte, quem percutiat, & ſtatim fugiat: nam in hoc caſu; ſi offenſus inſequatur, & occidat, cenſetur occidere in actu ipſius congreſſus.] Hanc ſententiam dicit eſſe probabilem Villalobos *in ſumm. tomo* 1. *tractat.* 12. *dif.* 12. *numero* 3. & defendunt plures, quibus adhæret Diana 2. *part. tractat.* 1. *Miſc. reſ.* 15. & 5. *part. tractat.* 4. *reſ.* 11. & *part.* 8. *tractat.* 7. *reſ.* 48. & *part.* 9. *tractat.* 4. *reſ.* 25. apud quem Rodriguez, Bonacina, Trullench, Franciſcus Cuenca, Peguera, & alij, quos ſequitur R. P. Leander à SS. Sacram. *tom.* 5. *de irregul. tractat.* 2. *diſput.* 14. *quæſt.* 3. & nouiſſimè probabilem eſſe dicit Illuſtriſſimus ac Reuerendiſſimus M. Acacius de Velaſco, *tom.* 2. *reſol. moral. verb. Homicidio. reſ.* 42. *numero* 3. vbi ſic. [*Algunos Dotores graues ſienten con probabilidad, que para recuperar la honra, que a vno le han quitado, es licito immediatamente deſpues de auer recibido el boſeton, ò otro agrauio, ſeguira quien le dio, y darle vn golpe, ò hazerle otra injuria, la que baſtare para recuperar la honra.*] Sic ille.

PROPO-

PROPOSITIO III.

Si mater Iudicem ad mortem damnata, morbo lethali corripiatur, licitum eſt ante mortem eam ſecare, vt infans vi extractus baptizetur. Ægidius Ieſuita *de Sacram. tom.* 1. *quæſt.* 68. *art.* 11. *num.* 92.

1. ℞. Ægidius hanc propoſitionem non defendit, ſed diuerſam. Prætermiſit Anonymus omnes circuſtantias eiuſmodi actionem honeſtantes. Authoris verba ſunt. [Etiamſi nullo modò liceat matrem innocentem etiam ex ſe ad id paratam occidere, vt proles exſecta poſſit baptizari, etiamſi aliàs vtraque neceſſariò ante partum deberet mori, vt dixi *ſup. quæſt.* 66. Si tamen aliqua eſſet merita mortem, & ad eam iam condemnata; eſſetque periculum (attende) ne aliquo morbo ante partum vna cum prole moreretur. Poſſet ſeruato iuris ordine, prius ſecari, ſi eſſet ſpes, fore vt proles hoc modo poſſet baptizari. Ratio eſt quia in hoc facto nil fit contra vllum ius.] Hucúſque Ægidius. Quem ſequitur Diana 2. *par. tract.* 1. *Miſc. reſ.* 44. & 5 *part. tract.* 5. *reſ.* 13. & plures doctiſſimi apud illum.

2. Et eſt iuxta mentem Caietani *in ſum. verb. Peccatum homicidij.* vbi occiſionem ex parte modi illicitam, eam ſolum agnoſcit, quæ fit [Non ſeruato iuris ordine] ergo eo ſeruato licita erit. Quo enim iure naturali, aut diuino hoc ſupplicij genus, ita prohibitum eſt, vt ſub Iudicis humani poteſtate non cadat; etiamſi æterna innocentis ſalus ex illo dependeat? Nec communis opinio eſt in contrarium; non enim procedit in his circumſtantiis, nec quando ſeruato iuris ordine fit, vt videre eſt apud M. Conradum, 2 *par. Reſponſ. quæſt.* 61. & præcipuè apud Diu. Thom. 3. *part. qu.* 68. *art.* 11. Qui loquitur expreſsè de matre, quæ aliàs, abſque homicidij crimine, occidi non poterat. Cui conſonat *in* 4. *diſt.* 6. *qu.* 1. *artic.* 1. *quæſt.* 1. *ad* 4. vbi ait. [Homo potius debet dimittere perire infantem, quàm ipſe pereat, homicidij crimen in matrem committens.] Ab hoc autem crimine longè eſſet Iudex, in noſtro caſu, qui, vt ait ipſe D. Thom. 1. 2. *qu.* 88. *art.* 6. *ad* 3. [Homicidium eſt occiſio innocentis, & hoc nullo modo bene fieri poteſt. Sed iudex (attende) qui occidit latronẽ, vel miles qui occidit hoſtem Reipublicæ, non appellantur homicidæ, vt Auguſtinus dicit de libero arbitrio.] Ex quibus patet ſectionem matris nocentis, ei tantùm licere, qui, authoritate publica, malefactores occidere poteſt. Secùs minimè, vt obſeruat Diu. Thom. 3. *part. quæſt.* 68. *art.* 11. *ad* 3. vbi rationem reddens inquit. [Dicendum, quòd non ſunt facienda mala, vt eueniant bona, & ideò non debet homo occidere matrem, vt baptizet puerum, ſi tamen mater mortua fuerit, viuente prole in vtero, debet aperiri, vt puer baptizetur.] Quod non ſemel contigiſſe teſtatur Dicaſtillo quem citatum, ſequitur M. Ioannes Martinez de Prado *tom.* 1.

tom. 2. *Theolog. moral. cap.*20. §.2. *numero* 23.

3. Fateor, vel hoc etiam ſuperfluum fore, ſi vera eſſet ſententia Caietani aſſerentis. pueros, qui in vtero moriuntur, ſaluos fieri abſque Baptiſmo. [Sed licet hic meticuloſè loquatur, & ſub correctione (ait Sotus *in* 4 *diſt.*5. *quæſt.vnic.a art.*11.§. *Faceſſit.*) Vix poteſt à temeritate defendi.) Et *infrà.* [Licèt hanc opinionem temerariam dixerim, arbitror profectò peiorem illi notam inurendam.] Sic ille, & merito: qui contra fidem eſſe vltrò fatetur. M. Ioannes de la Cruz, *in direct.*1.*part.vbi de Bapt.quæſt.*3.*dub.* vbi ſic. [An poſſit quis ſaluari ſine Baptiſmo? Concluſio negatiua definita eſt in Concil. Trident. *ſeſſ.*7.*can.* 5.) Et *infrà dub.*7. [An pueri ſint baptizandi, vt ſaluentur? Concluſio affirmatiua definita eſt in Concil. Tridentino *ſeſſ.*7. *can.*13.]

4. Quod ſi quis dubitet, An Iudex in prædicto caſu, teneatur illo ſupplicij genere matrem occidere; quando infans aliter ſine Baptiſmo diſceſſurus probabiliſſimè timetur? Adeat DD. & ponderet, an rectè id inferatur, ex his, quæ ſubiicit. M. Ioannes Martinez de Prado, *vbi ſuprà, cap.*18. *quæſt.*1. §.3. *num.*27. [Certa (inquit) & Theologorum communis ſentẽtia tenet, quod proximum exiſtentem in extrema neceſſitate, qui, niſi à me adiuuetur, peribit in æternum, teneor, cum aperto vitæ diſcrimine, eum iuuare. Ita D.Thom. Caietanus, & quòd eſt ſentẽtia omnium, dicit Hurtado,] Et iterum, *capite* §. 2. *num.* 21. [Mater cum vitæ propriæ periculo tenetur abſtinere à medicamentis directè cauſatiuis ſanitatis, ſi in eis prævideatur ſequutura per accidens mors, fœtus animati quando ſpes probabiliſſima à Medicis conciperetur, quòd, ea abſtinẽte, fœtus in lucem prodiret, & baptizari poſſet. Quia quilibet tenetur præferre ſalutem æternam proximi, ſuæ vitæ corporali, & pro illa exponere.] Sic fere tradit *ibi* citans Armillam, Candidum, Serram, & Nauarram, & eſt ſententia expreſſa Diu. Thom. *in* 3. *ſentent. diſt.*19. *quæſtione* 1. *art.*8. *ad* 2. *quæſt. ad* 2. vbi ſic. [Cum ſcimus fratrem poſſe liberari per mortem corporis à morte animæ, ſine periculo animæ noſtræ; tunc tradere animam pro fratribus, non eſt perfectionis, ſed neceſſitatis.] His poſitis.

5. Inquire ab his Doctoribus. Cur non ſola mater, ſed quilibet alius, propriam vitam corporalem exponere teneatur, ne infans ſine Baptiſmo decedat; & iudex ob eandem cauſam, non ſolùm non teneatur, ſed nec poſſit, quam aliàs capitis, ventris ſectione plectere? inquirere etiam, cur, ſi poſſit, non teneatur? Quid ad hæc M. Dominicus de Soto, qui auſus eſt dicere, licitum eſſe, emere Sacramentum, & gratiam ipſam ſacramentalem, ſi puer aliter, pro Sacerdotis malitia, ſine Baptiſmo foret diſceſſurus. Cuius Verba referam, & refellam *infrà tractatu de Simonia Prop.*1.

PROPO

PROPOSITIO IV.

Non peccat maritus occidens, propriâ authoritate, vxorem in adulterio deprehenſam. Leſſius Ieſuita *lib.2. cap.9. num.16.* Sà Ieſuita *in 1. editione correctus per M. Sacri Palatij. Quia eſt expreſſè contra deciſionem in cap. inter hæc 33. quæſt. 2.*

1.R. HÆc calumnia in multis deficit 1. quia Leſſius non diſputat. An maritus poſſit occidere vxorem in adulterio deprehenſam; ſed an adulterum 2. [quia iure, inquit, Cæſareo non permittitur maritis, vt occidant vxores; vt quidam recentiores Theologi putant, ſed tantum, vt occidant adulterum, & tunc vxorem accuſent in iudicio, vt puniatur.] 2. Quia Leſſius non defendit hanc ſententiam, ſed proponit fundamenta, quibus nititur, quorum præcipuum eſt. (Non fieri authoritate propriâ, ſed publicâ conceſſa per leges Ciuiles facientes poteſtatem occidendi adulterum.] Sicut alicubi faciunt occidẽdi bannitum. Quibus poſitis concludit. [Ob has rationes videri poſſet hæc ſententia non improbabilis. Dico tamen, contrarium (nempe, in foro animæ, non eſſe licitum ante ſententiam) eſſe tenendum. Primò, quia eſt communis ſententia; ſecundò, quia iſtæ leges videntur improbatæ per Canones) Hæc Leſſius.

2. Nec P. Sà hanc ſententiam amplectitur, in prima editione, ſed contrariam, licèt illam probabilem innuat per illa verba. [Licere aiũt quidam, alij melius negant.] Vnde melius pro cõtraria citari poſſet. Renuit dicere improbabilem, quia grauiſſimi Doctores eam tuentur. Caſtillo *in l. Tauri, nu.6. in fine* Antonius Gomez, *ibidem num.42.* Azeuedo *lib.8. tit.20. leg.1. in fin.* Menchaca, & alij apud Dianam *3. part. tract.4. reſ. 223.* Et apud Sanchez *lib.10. de Mat. diſp.8. num.37.* & huic opinioni, ait Baſilius de Leon *lib.9. de Mat. cap.15. numero 4. in fine.* (Subſcripſere, apud Salmanticenſes, non pauci, quorum alij veram, alij probabilem, & omni cenſura liberam aſſeruerunt.) Sic ibi: licèt improbabilem, & omnino falſam ipſe iudicet. Et eã expreſsè tenet Albericus de Roſate *4. Paſtor. quæſt.10.* vbi ait, non ſolum non peccare, verùm mereri, Et non diſplicet Iaſoni *in L. vbi peccatum, numero 16.* & tradit Barboſa *in l. ſi ab hoſtibus, §. finali, numero 56. fol. 129. col.2.* vbi ait. Leges, in ea re, maritos, & patres facere executores delicti quamvis nulla præcedat ſententia, & iuſtiſſimas eſſe, ob bonum commune, pacemque publicam Reipublicæ. Et citat pro hac parte Felinum *in cap. Quæ in Eccleſ. numer.13. de conſtit.*

3. Et nouiſſimè hanc ſententiam defendit Thomas Hurtado ex Clericorum Minorum familia *tom.2. Reſol. Moral. tract. vltimo reſ.5. §.7. nu.204.* vbi ſic ait. [Licitum eſt patri, occidere propriam filiam coniugatam, & adulterum ei commixtum; ſi eos vel in ſua domo, vel in domo generi, re-

periat actualiter adulterantes: nam ciuiles leges, non ſolùm impunitum relinquunt Patrem ita occidentem, ſed etiam ei conferũt ad talem occiſionem poteſtatem, & pœnæ executorem conſtituunt. Ita expreſsè, *L.21. 21. & 23.ff.de Adulteris, L.Gracchus 4. Cod.de Adulteriis.* Et leges Hiſpaniæ *L.5. tit.20. lib.8.* & aliæ plures.) Et paulò *infrà.* (Authores, quos citat Sanchez, & Sà expurgatus, intelligũtur, quòd non liceat marito auferre vitam vxori adulteræ propria authoritate; benè tamen authoritate publica, & Regia, & ita omnia argumenta, quæ affert Baſilius Legionenſis *numero* 5. poſſunt ſolui facillimè.) Hactenus Hurtado. Quem ſequitur Illuſtriſſimus Caramuël *in Theolog. fundanum. milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſeptimo, fol.mihi* 373. Vbi ſic. (Neſcio ab alio quàm à Baſilio Pontio, improbabilem dici (opinionem aſſerentem Patrem poſſe occidere filiam in adulterio deprehenſam, & maritum ſimiliter vxorem.) Me enim Iudice, ſtando authoritati, eſt probabilis, & ſtando rationi, quam debuiſſet percallere Baſilius, certa, & euidens.) Hæc Caramuël.

PROPOSITIO V.

Licitum eſt militibus in bello nauali ignem pulueri adiicere, & ſe mari committere, ne ipſi, & ſua in hoſtium poteſtatem veniant. Leſſius Ieſuita *de iuſt.lib.2.cap.9.dub.6.n.*34. Fagundez Ieſuita *in præcepta Decalog.tom.*1. *lib.*5. *cap.*11.*in fide.*

1. R. OPinio Patris Leſſij longe diuerſa eſt: quia ſolum aſſerit, hæc licere ad vitandam mortem, quam certiſſimè aliter ſubeundam timent. Verba eius ſunt. [Hoc modo excuſari poſſunt noſtri milites, & ſocij nauales, qui ſæpe fortiſſimè cum hæreticis prælio nauali dimicãtes, cum iam vident nauim in poteſtatem hoſtium venturam, cõmuni conſenſu ignẽ pulueri iniiciũt, & ſe mari committunt; ne ipſi, & nauis veniant in hoſtium poteſtatem: nõ enim intẽdunt ſui interitum; ſed ne hoſtis naui, cum damno publico potiatur, & vt ſe ipſi (attende) ſi quâ ratione poſſint morti certiſſimæ ab hoſte inferendæ eripiant.] Hæc Leſſius. Cuius doctrinam cum Maldero approbat Diana *5 part. tract.4.reſ.26. & part.11.tract.6. Miſc. reſ.*36. & videntur conſentire M.Serra *2.2.q.64.art.5.in fin.* Et tradit Vvigers *de iuſtitia, tract.2.ca 2.dub.18. num.*106. Vbi ſic ait. [Si tamen, qui in naui ſunt, & certo occidendi cum aliqua ſpe enatandi, in mare ſe conijcerent; & ſic nauem incenderent, tunc non ita difficile videbitur eiuſmodi factum ab homicidio proprio excuſare. Quantumvis fortaſſis etiam authores incendio interirent.]

2. Sententiam P. Leſſij expreſſius tenent M. Ioannes Martinez de Prado *tom.2. Theol.mor.c.10.q.2.§.3.n.30.* Vbi ſic. (Verum duces, & milites, qui bello nauali hoſtes effugere non valent,

lent, poſſint igne nauim abſumere,ne ipſi, & eorum bona in manus hoſtiũ deueniant? Negat Saluius, &c. Affirmant Leſſius, Malderus, Marchantius,Fagundez & Bonacina,Trullenc, Lugo, Serra. Hæc ſententia eſt probabilis,dum tamen,vt aduertit Lugo, grauiſſima intercedat cauſa boni publici, &c. Et exigitur, quod hoc maximè conducat; vt hoſtes debilitentur,& moralis certitudo,quod ab hoſtibus captus occidendus ſit.]

3. Pater verò Fagundez latiùs opinatur:putat enim probabile id licere, non ſolum ad vitandam mortem[Sed etiam ad eneruandos hoſtes, priuandóſque eâ prędâ,ne poſtea inſolentiores,& potentiores in nos his diuitiis, vel armis fiant.) Hoc autem cum formidine docet,ſubnectens.[Hæc opinio meo indicio eſt probabilis, illam tamen aliorum iudicio corrigendam ſubmitto.] Ita *n.13.in fine*. Fauent illi Caietanus *Iudic.16.* & M. Ludouicus Lopez *1.part.inſtruct. cap.65. in fine*, & alij aſſerẽtes Samſonem intuitu debilitandi hoſtes,quos fugere non poterat, euertiſſe templi columnas, quo moriẽs plures in hoſtibus perimeret, idque licitè efficere potuiſſe, etiam Deo non præmouente.[Non intẽtione ſe occidendi (inquit Lopez) ſed cauſa obſiſtendi inimicis fecit,Sicque poteſt excuſari Samſõ ſine recurſu ad inſtinctũ cœleſtem.] Et paulò antea. [Poſſet excuſari, quia ex intentione id non fecit.Sed ad oppreſſionem inimicorũ,quã molitus eſt de ſua per accidẽs mors ſubſequuta eſt.]Quod tradit etiam M.Victoria *vbi inf.* citandus.

4. Fauent etiam Nicolaus de Lyra *2.Mach.14.*& M. Victoria *in relect.de Homicid.in fine ad vltim.argum.*à peccato excuſantes Raziam,qui *2.Mach. 14.* ab hoſtibus circundatus ſe præcipitem egit. [Eligens (inquit Scriptura) nobiliter potius mori, quam ſubditus fieri peccatoribus.] Fauet Syluest. *verb. Bellum 2.qu.3.* dicens poſſe milites turrim ſolo adæquare, etiam ſi certiſſimè noſcant,ſe,illa cadente opprimendos.Fauent denique quotquot cum Victoria,& aliis apud Dianam *5. part. tract.4.reſ.42.* defendunt habentem tabulam apprehenſam in mediis vndis, qua poſſit ſaluari,eam amico, vel proximo licitè dimittere, vt hic, eò pereunte, ſaluetur.[Certum enim eſt,(vt cum Soto ait Lopez.) Quod non poteſt in hoc caſu tabulam ei cedere,niſi ſe detrudat in mare.]Si ergo hæc licent, cur non & ea, quæ docet Fagundez *ſup.*

5. Quapropter eius ſententiam ante illum tenuit Bonacina, quem citatum ſequuntur Trullench. *in Decal. tom.2. lib.5. cap.3. dub.3.nu.11.* & Diana *6. part.tract.7. Miſc.reſol.48.* Pro qua Ioannes Martinez de Prado *vbi ſuprà*,citat Malderum,Marchantium, & Serram, & nouiſſimè amplectitur M.Acatius de Velaſco *tom.2. reſ.mor. verbo Homicid. reſ.37. num.3.* vbi ſic ait. [*Supueſta la probabilidad deſta ſentencia, que la tengo por tal, aſſi por la authoridad de los Autores que la ſiguen, como por la razones con que la prueuan; el Rey nueſtro ſennor Felipe Quarto el Grande, tiene mandado a los Capitanes de los galeones, que viendoſe perdidos, y ſin ningun remedio, dén fuego à los nauios, ò vn barreno (attende) para que aquella riqueza no venga a manos de los enemigos, y cobren nueuas fuerças con ella.)*

PROPO-

PROPOSITIO VI.

In quacumque electione licitum eſt, omiſſo digniori, dignum eligere. Filliucius Ieſuita *tom.3. tract.41. cap.4.*

1. R/. EST aperta impoſtura, & vt magis innoteſcat. En Filliucij verba *à num.177. vſque ad 181.* incluſiuè (Dico primò, eos qui eligunt, ſemper debere, quantum eſt in ipſis, eligere digniores, ſeu digniſſimos. Dico ſecundò, in Beneficiis habentibus Curam animarum, vel aliam functionem præcipuam, omittere digniorem, qui in promptu eſt eligendo dignum, eſt peccatum mortale: talia ſũt Cardinalatus, Epiſcopatus, Decanatus, Canonicatus cum onere docendi, aut Pœnitentiariæ, & ſimilia. Dico tertiò, in Beneficiis ſimplicibus, vt Canonicatibus, Capellaniis, & aliis præter dicta, ſemel, aut bis prætermittere digniorem, eligendo dignum, non cenſetur peccatum mortale. Eſt multorum, quos citat, & ſequitur Leſſius, *dub.14. num.66.* Nauarr. *lib.2. cap.2. num.148.* Aragon 2. 2. *quæſt.63. artic.2.* Dico quartò (attende) in Beneficiis, quæ debent conferri in concurſu, & per oppoſitionem, omittere digniores, ſemper eſt peccatum mortale. Dico quintò, ſententiam, quæ cenſet ſatis eſſe eligere dignos ad Beneficia, quæ non dantur in concurſu, eſſe probabilem. Ex Conc. Tridentino *ſeſſ.7. cap.3.* de reformatione dicente. *Vt conferantur dignis.)* Hucuſque Filliucius. Non ergo in quacumque electione, vt falsò impoſuiſti, concedit licitam, omiſſo digniori, electionem digni.

2. Sed audiamus quid alij ſentiant. Vniuerſaliter, nullâ factâ diſtinctione inter Beneficia ſimplicia, & curam animarum habentia, ſufficere quod Beneficia dignis conferantur, ſupponit Syluester *verb. Epiſcopus, quæſt.9. n.10. in fine*, dicens. (Epiſcopus in conferendo etiam Beneficia, debet attendere, vt conferat dignis, aliàs mortaliter peccat, ſecundum D. Thom. & Albertum *in 4.)* Et M. Tabiena *verb. Epiſcopus num.20.* vbi ait. (Epiſcopus in dando Beneficia, debet attendere, vt det dignis.)

3. Et expreſsè de Beneficiis omnibus, etiam curam animarum habentibus, id tradit Eminentiſſimus Caietanus *in ſum. verb. Electio Prælati. In fine*; vbi ſic. (Ex quibus patet, non eſſe ex ſuo genere peccatum mortale, poſtpoſito digniore, eligere verè dignum in Eccleſiaſticum Paſtorem: quia ex his, quæ ſunt per ſe iudicando, ſufficit eligere ſufficientem ad onus tale ſpirituale, ad diſpenſandum temporalia.) Idem tenet. *Verb. Beneficium.* Et *Ientaculo vltimo q.4.* Et hanc ſententiam eſſe probabilem, inquit M. Serra 2. 2. *quæſt.63. artic. 2. dub.1. §. Dicendum eſt ſecundo.* Quem ſequitur, M. Acacius de Velaſco, *tom.1. verb. Beneficios, reſp.1. numero 7.* ibi. (*Probable es la ſentencia de Cayetano en el lugar citado, y en el Ientaculo, que dize, no es pecado mortal elegir al digno dexando al mas digno, (no auiendo concurſo de opoſitores) para qualeſquier oficios, ò Beneficios*

Beneficios Eccleſiaſticos, como es Obiſpados, y otros inferiores.] Sic ille citans Pedrazam, & Ioannem Andræam, & tenent Gloſſ. *in cap. licet ergo & in capite 2. de officio Cuſtodis. & cap. 3. de offic. Patronatus.* Hugo, & Apparatus, *in capite licet ergo* 8. *quæſtio* 1. Peruſius, *capite Conſtitut. 2. de appellat.* & *ibi* Immol. Francus *numero* 4. item Rochus, & alij quos citat Diana *parte* 2. *tractat.* 1. *Miſc. reſ.* 40. dicens, ſibi videri probabile, quoad Reges, & ſummum Pontificem, qui habent ius conferendi per prouiſionem liberalem Beneficia curata, vt Epiſcopatus, &c. Et amplectitur Machado *de perfecto confeſſ. tom. 2. lib. 6. part. 1. tractat. 1. docum. 18. numero* 4. vbi ſic ait. [*Si el Rey que preſenta los Obiſpos, eſtè obligado a preſentar el mas digno que hallare a mano, ò cumpla con eligir perſona digna? Es controuerſo entre los Dotores. La mas comun, y recibida opinion es, que cumple el Rey con preſentar perſona digna, y que no eſtà obligado a buſcar el mas digno: porque fuera coſa dura, que el Rey, y el Papa, que tienen libre eleccion en los Obiſpados, ſe hallaſſen obligados a buſcar ſiempre al mas digno.*] Hæc ille, cui non diſſentiunt, Hoſtienſis, & Abbas, qui, vt refert Sotus *de iuſtitia, lib 3. quæſt. 6. art. 2. concluſ. 8. poſt 2. argum. §. ſunt qui dicant:* tenent. [Quod ſatis ſemper ſit, eligere dignum [Et putat probabile M. Ioannes de la Cruz *in direct. 1. part. præcept. 7. de reſtitut. art. 2. dub. 9. concluſ. 5.* vbi ait. [Probabile eſt poſſe dignum præſentare ad Beneficium, etiam curatum, maximè ſi patronus ſit ſæcularis, cum ita teneant multi Theologi, & Iuriſtæ.] Verum quoad Epiſcopatus, in Conc. Tridentin. *ſeſſ. 24. de reformat. cap. 1.* dicitur [mortaliter peccare ni quos digniores, & Eccleſiæ magis vtiles ipſi iudicauerint, &c. præfici diligenter curauerint.] Vnde nonnulli in Epiſcopatibus dicunt eſſe mortale, ſecus in aliis. Sic Alex. Alenſis. *part. 2. q. 136. §. 2.*

4. Et ſaltem non eſſe mortale eligere dignum omiſſo digniori, quando meritorum exceſſus magnus non eſt, tradit M. Sotus *de iuſtit. lib. 3. quæſt. 6. artic. 2. concluſ. 9.* ibi: [Mox neque eſt tale peccatum timendum, etiam in rebus maioris momenti, quando meritorum exceſſus non eſt tantus, vt videantur ad rem multum referre.] Hæc Sotus, & alij ex Thomiſtis, quos ſequitur M. Serra *ſup. §. primum eſt* loquens etiam is caſu quo beneficia per concurſum conferantur (quem Sotus, & alij non excludunt) addens id verum eſſe (Etiam ſi iuramento adſtringantur eligere digniorem.) Et *infra §. tertium eſt* ait. [Non ſolùm ad vitandam electionem indigni poſſum me conformare cum maiori parte eligente dignum, prætermiſſo digniore, ſed etiam, vt electio fiat pacificè, cum eſt moraliter euidens digniorem non fore eligendum] Quæ notare oportet quia loquitur, vt dixi, de electionibus etiam, quæ per concurſum oppoſitorum fiunt.

5. Idem ſentit M. Ioannes de la Cruz *in direct. 1. part. 7. præcept. de reſtitut. dub. 9. concluſ. 2.* ſi ſit, inquit, Beneficium tenue aut exceſſus inter oppoſitores paruus (electio digni omiſſo digniori) ob paruitatem materiæ erit peccatum veniale, etſi electores iuraſſent eligere digniorem. Imò aliquando ob vtilitatem Eccleſiæ, etiam cum dicto iuramento, erit eligendus dignus. Vt ſi ſunt Beneficia,

vnum ſimplex pingue, alterum Parochiale tenue; eligatur dignus ad ſimplex, & dignior ad Parochiale, &c. Hæc de electionibus, quæ fiunt per concurſum oppoſitorum.] Hæc ille. Et non parum fauet Nauarr. *in ſum. Hiſpana, cap.25. numero.* 57. vbi ait: obligationem eligendi digniorem ad Cathedram, ſolùm ligare. [*Quando, y donde los Electores, ò Proueedores eran obligados por juramento, eſtatuto, ò otro mandato, a eſcoger el mejor, ſo pena de mortal, y no en los otros. Si el que eligen es perſona idonea. Por lo que alibi* (inquit) *eſcriuimos.*] nimirum *in cap.graue, de Prabend.* vt citat in margine. Hæc ſunt Doctorum placita; quando Beneficia per concurſum conferuntur. De quibus ait Filliuc. *ſupra* [omittere digniorem, ſemper eſt peccatum mortale.]

6. An verò hac Filliucij ſuppoſita opinione, quæ communis eſt inter Theologos, teneantur ad reſtitutionem, qui in concurſu oppoſitorum, omiſſo digniore dignum eligunt? Negant Sotus, Leſdem. Nauarr. Zapata, & alij apud Dianam, *part.11. tract.4. miſcel.reſ.35.* Sed Thom. Hurtad.*tom. 2.reſolut. moral. tract.12. cap.1. reſolut. 23. §.12.* dicit hanc opinionem [eſſe practicè improbabilem.]

7. Quoad Beneficia autem ſimplicia, quæ per concurſum non conferuntur, vt Canonicatus, Dignitates, & cætera Curam animarum non habentia, poſſe eligi dignum, digniore omiſſo, eſt fere communis inter Doctores, M.Sotus *3.de iuſtitia, quæſt.6. artic.2. colum. penult. verſicul. Igitur concl.* [Nunquam aut perquam raro, peccatum mortale committitur, dummodo non concedantur indignis] M. Petrus de Ledeſma *in ſum. tractat. 7. dub. 6. fol. mihi* 257. [*Hablando de los Beneficios ſimples que ſe proueen ſin concurſo ninguno, y ſin opoſicion, me parece muy probable, y caſi cierto, que no es neceſſario elegir al mas digno, ſino que baſta elegir al digno.*] quem citatum ſequitur M. Serra 2. 2. *quæſt.63. artic.1. fol.*278. & M. Acacius de Velaſc. *tom.1. reſolut. moral. verb. Beneficio, reſolut.* 111. *numero.* 1. vbi ſic. [*Todos los Beneficios ſimples que no tienen Cura de almas, ſe pueden dar a los dignos, dexando a los mas dignos ſin pecar.*] Et putat probabile Bannez 2.2.*quæſt.63.artic.2. dub.5. §. Alia ſententia* vbi de oppoſita quam ſequitur, inquit. Quod [eſt ſecurior, & probabilior.] Militant etiam pro hac ſententia, Angelus, Nauarra, Gabr. Gutierr. Vega, Garcias, & alij apud Palaum, *tom.2. tract.13.diſp.2.punct.11. §.2.nu.6.* Hæc eſt opinio, quam P. Filliuc. etſi contrariam ſequatur, dixit eſſe probabilem, & quam, vel ex hoc inter ſcandaloſas, & erroneas recenſere non erubuiſti, ſicut nec exhortari Prælatos, vt Ieſuitarum conſilia in Beneficiis conferendis caueant.

PROPO-

PROPOSITIO VII.

In electione Prælati regularium, non peccant mortaliter electores, ſi omiſſo digniore dignum eligant. Caſtro Palao Ieſuita *tom.2.tract.13.diſput.2.par.11.* §.2.*num.*14.

1. R. Palaus *vbi ſuprà* expreſsè docet, ſemper conſulendum, vt digniores eligantur. Poſtea verò ſubnectit. [At ſpectato iure communi, & ſecluſis ſpecialibus Religioſorum conſtitutionibus, non video firmum fundamentum huius obligationis.] Et abſque formidine hanc ſententiam tenet Caietanus, *verb. elect. Prælati in fin.* dum ait. [Ex quibus patet, non eſſe ex genere ſuo mortale, eligere verè dignum in Eccleſiaſticū Paſtorem.] Et dicunt eſſe probabilem M. Serra, M. Acacius de Velaſco, M. Ioannes de la Cruz, & plures alij citati *Propoſ. præcedenti, num.3.* aſſerentes non eſſe culpam lethalem omiſſo digniori, eligere dignum ad Beneficia curam animarum habentia, dummodo per concurſum non conferantur. Gloſſ. Hugo, Apparatus, Peruſies, Francus, Pedraça, & Hoſtienſ. Nam vt ait Palao *ſupra* communis ſententia, quæ affirmat, debere in Prælatum Religioſorum eligi digniorem, eo nititur. [Quia eadem videtur eſſe ratio, ac de Beneficiis curam animarum habentibus, cum ipſis Religioſorum cura incumbat.] Nec mirum quod firmum fundamentum huius obligationis non inuenerit: quia nec illud inuenit Diu. Thom. *libro quarto articulo vigeſimo tertio.* vbi reſpondens argumento duodecimo duplicem adhibet ſolutionem, dicens. Secundò quia hoc non conceditur ab omnibus, quod neceſſe ſit eligere meliorem ad regimen prælationis, ſed ſecundùm quoſdam ſufficit eligere bonum.] Sic ille in terminis circa præſentem quæſtionem. Credibile autem non eſt, adhibuiſſe ſolutionem, quam probabilem non indicaſſet.

2. Quapropter ſententiam, quam dubitatè tradidit Palaus, amplectitur Ioannes Valerus *in diff. verb. electio, diff.1.num.1.* quod eas prælaturas, quæ non honos, ſed onus ſunt, vt Prioratus, inquit, Sancti Dominici, & Guardianatus Sancti Franciſci. Et quoad omnes (exceptis tantum Abbatibus perpetuis, & Generalibus) tenet Thomas Hurtado *tom. 2. reſolut. moral. tractat.11. capit.1.numero 1562.* ex Caietano *in ſum.verb. Electio officialis,* vbi ſic ait. [Si in electionibus ſpectetur ad ſpirituale tantùm officium, ad quod eligitur, cum eligatur ad onus, ceſſat ratio iniuriæ reſpectu dignioris, & ſufficit eligere dignum, ſicut in cæteris oneroſis officiis credimus ſufficienter prouidiſſe, ſi eligimus dignum.]

PROPO-

PROPOSITIO VII.

Chriſtiani captiui ſub Turcarum dominio militantes, poſſunt cum ad nos accedunt, Chriſtianorum domos perfringere, deuaſtare, & bona ſubripere ad euitandam mortem, eis non exequentibus, imminentem. Palao Ieſuita *tom.1.tract.6.diſp.6.punct.11.n.12.* (*Nota conſequentiam ad alia peccata.*)

1. R. HÆc ſententia fundatur in communi Theologorũ aſſetentium, in extrema neceſſitate omnia eſſe cõmunia. Quam tenet D.Th. *pluribus in locis, quodl.12. articul.19.in fine.* [In extrema (inquit) neceſſitate omnia ſunt cõmunia, & ab omnibus licitè accipere ad ſuſtentationem, & neceſſitatem poſſunt] 1.2 *q.32. art.7. ad 3.* [Licèt habere aliquid de alieno, & accipere, ſi aliter ſubueniri non poſſit neceſſitatem patienti. Et *q.66. art.7.* [Cum imminet perſonæ periculum, & aliter ſubueniri non põteſt, tunc licitè poteſt aliquis, & rebus alienis, ſuæ neceſſitati ſubuenire, ſiue manifeſtè ſiue occultè ſublatis.] Hæc ille, quibus ſatis ad præſentem quæſtionem D. Thomam ſequuntur diſcipuli M.Ioann. de la Cruz, *in directl.1. part.5. pracept. articul.4.de eleemoſyna. dub.1. numero 4.* (In extrema neceſſitate redditur vſus communis, omnium, etiam pertinentium ad ſalutem, & extremè egens licitè illa capit, nec dominus poteſt illum impedire, hæc opinio colligitur ex Diuo Thom. 2. 2.*quæſt.32.artic.5.& 6.* Caietanus & Bannez *ibi.*) Idem docet M. Corradus *2 part.reſp.quæſt.202.* (Quia tempore, inquit, neceſſitatis extremæ omnia ſunt communia; ideò extremè egens poteſt etiam per vim accipere neceſſaria ad vitam, ſi ſecus nequeat fieri, & ratio eſt, quia tunc ſuum accipit, & non alienum.] Ex hoc igitur firmiſſimo principio ſuam concluſionem ſic probat Palao. [Tibi, inquit, licitum eſt externis bonis proximi vti, prout neceſſarium eſt ad vitandam extremam neceſſitatem, ſed illa deuaſtare, capere, & aſportare, tradereque minanti mortem, eſt tibi neceſſarium ad illam vitandam, ergo id facere poteſt. Neque dominus illarum debet eſſe inuitus, ſed potius debet ex Charitate conſentire.) Hæc Palàus, quem ſequitur Diana *3. part. tract.6. miſ. reſol.48. & 5. part.tract.7. reſol.30.*

2. Dices communem ſententiam procedere, quando mors ab intrinſeco imminet, ſecus quando ab extrinſeco. Cæterùm hoc diſcrimen nullius eſſe momenti, & nil ad rem facere, an ab intrinſeco, an ab extrinſeco proueniat. Tradunt M.Victoria, Villalobos, Baſilius de Leon, Leander à SS. Sacramento Nauarra, Franciſc. Galleti, & alij quorum verba dedi, *ſuprà tract.de peccatis, prop 2.* Ex quo principio, te inebriantem, ad vitandam mortẽ ab extrinſeco aliter imminentem, excuſant à culpa, Martinus de Magiſtris, Villalob. Dian. & DD. Louanien. apud Leſſium, ex doctrina Caietani

Caietani, Syluest. Petri de Ledeſm. Nauarri, & D. Thom. Sic etiam à Tyranno alioqui occidendum, poſſe ſe ipſum mutilare, docent M. Bannez, & Ledeſma, quos cum Soto, refert, & ſequitur M. Serra 2. 2. *quæſt. 64. artic. 6.* §. 3. *(ſi Tyrannus) & in reſp. ad* 3. Petrus de Nauarra, *lib. 2. de reſtit. cap. 3.* & Aragon. 2. 2. *quæſt. 65. artic. 1.* quibus adde M. Acatium de Velaſco, *tom. 2. verb. homicidio, reſ. 35. nnmer. 5.* ibi. [*Eſto, inquit, ſe ha de entender aora la ſalud prouenga, y dependa de coſa intrinſeca, ò extrinſeca*, &c.]

3. Et quod magis D. Thom. qui mira ſui ingenij perſpicuitate, nil intactum reliquit, in ſimilem obiectionem incidit, *quodlib. 5. artic.* 17. & pro ſententia Palai apertiſſimè ſtare videtur. Rogat enim (Vtrum ille, qui pecuniam accepit mutuo, vt redimeret ſe à latronibus, teneatur reſtituere.) Cuius prima ratio dubitandi pro parte negatiua eſt. Quia [Tempore neceſſitatis omnia ſunt communia, &c. Cum ergo ille, qui in latrones incidit, fuerit in maxima neceſſitate conſtitutus, vtpotè in periculo mortis exiſtens, videtur quod factum ſit ſibi commune aliquid, quod erat alterius, & ita non teneatur ei reſtituere, qui mutuauit, ac ſi eſſet proprium eius.) En ferè in terminis difficultatem ex eodem communi principio ſubortam. Et periculum mortis ab extrinſeco imminens. Videamus an excuſet à culpa, quod aliàs eſſet contra ſeptimum præceptum. (Ad primum reſpondet D. Thom.) dicendum, quod tunc in neceſſitate ſunt omnia communia, cum homo non poteſt ſibi de ſuo ſubuenire: ille autem, qui in latrones incidit, poteſt ſe per amicos liberare, mutuum accipiendo, & ideò non fiunt ei omnia communia.) Ergo ſi non poſſit per amicos à mortis periculo ab extrinſeco imminenti, ſe liberare (vt ſupponitur in caſu, quem adducit Palaus) fient ei omnia communia, ſecundum doctrinam D. Thom. poterit ergo, vt de propriis, in ordine ad mortem vitandam, diſponere. Videtur euidens.

4. Non eſt diſſimilis caſus, quem ex iiſdem principiis reſoluit P. Gabr. Vazquez, *opuſculo de teſtamentis, cap. 5. §. 1.* vbi inquirens. An mater, quæ ſcit filium ex adulterio conceptum, teneatur cum diſpendio mortis illud reuelare, ne filij legitimi contra iuſtitiam hæreditate priuentur? Poſtquam affirmatiuam Adriani ſententiã propoſuit. Sic ait. (Oppoſita ſententia placet, quam omnes cæteri Authores ſequuntur. Ratio ergo, quæ contra Adrianum probat euidenter, ea eſt, quod ex eo quod detineatur pecunia ne mortis damnum ſequatur, creditor, non eſt rationabiliter inuitus. Ergo mulier in eo caſu non tenetur reuelare veritatem? aliàs ex conſeqnenti. (attende) ille, qui eſt in extrema neceſſitate, teneretur reſtituere debitum: tam enim in vno caſu, quàm in alio, imminet mortis periculum, licet in vno à fame, in alio ab aduerſariis.) ſic Vazquez & ſic D. Thom. circa ea, quæ pertinent ad ſeptimum Decalogi præceptum.

5. Sed quid circa ſextum? (Aduertere tamen (inquit Zanardus *in direct. 1. part. 2. capitul. 9. de furto*) quod non licet fornicari pro conſeruanda vita, quia fornicatio de ſe ſemper eſt mala formaliter, etiamſi eſſet neceſſaria ad vitam. Non ſic furtum, quia in extrema neceſſitate non eſt contra legem naturalem.) Hæc ille, & merito.

merito. Sunt enim aliquæ actiones, quarum bonitas, aut malitia ex circumſtantiis dependet. Quæ proinde imminente morte, ad eam vitandam poſſunt licitè fieri, vt tradit D. Thom. *quodlib. artic.* 15. [Quædam, inquit, ſunt quæ habent deformitatem infallibiliter annexam, vt fornicatio, adulterium, & alia huiuſmodi, &c. Sunt verò quædam actiones, quæ abſolutè conſideratæ deformitatem quandam important, quæ tamen aliquibus circumſtantiis aduenientibus, bonæ efficiuntur, ſicut occidere hominem, vel percutere.] Sic Angelicus Præceptor: quem ſequuntur diſcipuli, M. Sotus, *in 4. diſt. 28. quæſt. vnic. articul. 2. §. Hac ergo veritate.* Caietanus, & alij apud Dianam 3. *part. tractat. 6. miſcellan. reſ.* 48. Expende, quam parum vrgeat tua conſequentia ad alia peccata.

PROPOSITIO IX.

Licitum eſt vti occultâ compenſatione, cum præiudicio aliorum creditorum. Comitolus Ieſuita *in reſponſ. moral. lib. 3. q. 39.*

134. Comitolus non defendit hanc ſententiam pro omni caſu. [Sed quando creditor, inquit, rem debitoris apud ſe habet, tunc occulta compenſatione poteſt vti, licet ſint alij creditores anteriores. [Quam etiam tuentur Nauarr. Homobon. Fernandez, & alij quos citatos ſequitur Diana, 3. *parte tractat.* 5. *miſcellan. reſolut.* 10. *& 5. part. tract.* 13 *reſol.* 79. *& 7 part. tract* 10. *reſ.* 18. Trullench. *in Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 4. n. 5.* Machado *tom. 1. lib. 2. part. 3. tract. 23. document. 5. numero* 9. item M. Samuël Lublinus ex ordine Prædicatorum *in ſummula caſuum, verb. pecunia, num.* 17. vbi trãſcriptis verbis Comitoli, hunc caſum proponit, & reſoluit, vt videre licet apud Dianam *in addition. poſt 3. part. reſ.* 8. Et non diſſentit M. Serra 2. 2. *quæſt. 62. articul. 8. dub. 4. concluſ. 4.* vbi relata Gabrielis ſententia *in 4. diſt.* 15. *quæſt. 2. articul. 3. dub.* 6. dicentis, quod leges præfigentes ordinem reſtitutionis non obligant ante Iudicis ſententiam. [Quia magis, inquit Gabriel reſpiciunt forum iudiciale, quã conſcientiæ.] ſubnectit. [Quæ ſententia mihi non videtur improbabilis.] Sicut nec viſa eſt M. Ioanni Martinez de Prado *tom. 2. Theolog. moral. cap. 17. quæſt. 9. §. 2. num. 16.* vbi inuehitur cõtra Thom. Hurtado, eo quod rigidius contra illam inſurgat Quibus adde Iacobum Marchantium *in reſol. paſtoral. ad Decalog. cap. 7 qu* 9. vbi, vt refert Diana, 5. *part. tract.* 13. *reſol.* 79. tenet ex Gabriele. (Ea, quæ Canoniſtæ diſputant, quinam iure priores ſint in reſtitutione, potius ad Iudicis, quàm ad conſcientiæ forum ſpectare. Et licèt hoc alij refellant; tamen quãdo non ex fraude, ſed bona fide debitor ſoluit aliquibus; etiam in iure poſterioribus, illi retinere poſſunt, & hic ſoluendo poteſt excuſari, quia nõ tenetur ſcire omnes iſtas leges & ordinem; quem ſtatuunt: imò multi paſſim putant ſe in conſcientia ad talem ordinem non obligari conformiter

miter opinioni Gabrielis niſi Iudice decernente. Ita Marchantius.

2. Et ſaltem quando debita ſunt perſonalia, ſcilicet non habentia ſpecialem hypothecam, pro ſententia Comitoli militabunt Doctores, qui aſſerunt, in eiuſmodi debitis non eſſe obligationem prius ſoluendi anteriori creditori. D.Anton.2.*part.titul.*2.*c.*7. §.3. Syluest. *verb. reſtitut.*6. *queſt.*5. Bannez, Nauarr. Angel. Aragon. Bonacin. Bald. & alij apud Cardin. Lugo, *tom.*1.*de inſtit.diſp.*20.*ſect.*7.*nu.*140. & ſic limitat Diana ſuam ſententiam 2. *part. tract.*5. *reſ.*10. *in fin.* dicens. [Omnia *ſuperiùs* dicta intelligenda de debitis tantum perſonalibus, & non habentibus ſpecialem hypothecam] Cæterùm in aliis *ſupra* citatis hanc limitationem non adhibuit, nec reliqui Doctores adhibent, ſed in omnibus debitis, quando creditorem debitoris apud ſe habet, occultam compenſationem licere autumant, exponentes leges in oppoſitum adductas, pro foro tantum externo militare. Scio Comitolum aliam adiunxiſſe limitationem dicendo. [Dummodo non habeat iure depoſiti.] Cæterùm reliqui illam reiiciunt. [Quia eſt (inquit Diana *vbi ſup.in Addit. reſ.*1.) de iure naturæ, & gentium, vt poſſit quis ſibi ſatisfacere quando alia via ſibi debitum habere non poteſt.] Et *ad legem Poſtrema, Cod.de compenſ.* in qua Comitolus, & alij fundantur; reſpondet *ibidem, &* 3.*part.tract.*5 *miſc.reſ.*10. [Ego puto probabiliter cum Tannero, qui citat Nauarr. & Leſſium, illam legem, & alias ſpectare ſolùm ad forum externum, vel certè intelligendas, ſi aliter obtineri poſſit compenſatio.] Et ad ſolùm externum pertinere, tenent apud illum *reſol.*1. *citata* Petr.de Nauarra, Fauſtus, Naldus, Bizozerus, Villalobos, & alij. Quod tradunt etiam Syluest. Salon, & Trullench, & alij, quos citatos ſequitur M. Ioan. Martinez de Prado, *tom.*1. *Theologiæ moral. cap.*10. *queſt.*3. §.2. Videatur Machado, *vbi ſupra* cum aliis citatis, vt plane conſtet, Comitolum non laxaſſe conſcientiæ habenas.

PROPOSITIO X.

Qui ſcripturam publicam amiſit, poteſt licitè aliam ſimilem falſare. Sà Ieſuita, *verb. falſarius, num.*2. *[Si hoc licet, quis dubitet licere etiam mentiri.]*

1. R. HÆc calumnia non verbo duplex continet mendacium. Quia P. Sà ſcripturæ deperditæ ſimilem efficere, negat eſſe falſare, & non concedit eſſe licitum. Verba eius ſunt [Falſare non eſt, nec peccatū mortale, amiſſæ ſcripturæ de hæreditate, aut nobilitate, aliam ſimilem efficere; nulli enim fit iniuria.] Hæc ille; quem ſequitur Carolus de Baucio *in ſingular. caſuum conſcientiæ, caſu* 53. deſumpſit hanc ſententiam, ex Nauarro *ſum. Latina, cap.*17. *num.*68. vbi ait, peccare mortaliter, tenerique ad reſtitutionem. [Qui ſcripturam in alterius præiudicium falſauit. Nam

eo

eo ceſſante (inquit Additionator) falſum non committitur *l.nec exemplum,* & *ibi* gl.& DD.*ad leg.Cornel.de ſicar.*] Expreſſius pro ſententia P.Sà militat doctiſſimus Caietan *in ſum. verb.falſarius,* vbi ſic ait. [falſarius ſcripturarum peccat proculdubio mortaliter, quia interuenit ibi factum perniciosum ex ſuo genere, poſſet tamen propter imperfectionem actus, veniale tantum interuenire peccatum, ratione minimi nocumenti.] Hæc Caietanus. Qui plus concedit, quàm Nauarrus & P. Sà: nam fatetur eſſe falſarium, quod illi negant, & dicit non peccare mortaliter. [ratione minimi nocumenti] quod illi concedunt; quando. [nulli fit iniuria.]

2. Eiuſdem ſententiæ videntur DD. alij aſſerentes, non eſſe falſarium, qui ſcripturam mutat in aliqua re, dummodo veritati innitatur: quia, *ex l. cum filius,* §. *hæres meus, ff. de leg.*2. illud non poteſt dici falſum, quod iuuatur primordio veritatis. Ita docent Iul.Clar. *lib.*4.§.*falſum nu.*34. Giammat. *in voto* 26.*n.*12. Crauet. *conſil.*46. *num.*8. Corneus *conſil.*29.*num.*15. Alciat.*conſil.*461.*num.*6.Menoch.*de præſump. lib.*5. *præſumpt.*20. *num.*53. quos ſequitur Giptius, *tract. de caſibus reſeruatis, cap.*13. *caſu* 7. *nu.*7. dicens: quod ſi teſtis ſubſcripſit in apochā, & ea deperdita, alia conficiatur, in qua illius teſtis nomine, ſimilis deperditæ ſubſcriptio fiat, in hoc caſu, etſi reuera in hac ſecunda ille non ſubſcripſerit, nihilominus ſubſcribens non dicitur falſarius, quia iuuatur primordio veritatis, eo quod reuera teſtis in apochā eiuſdem tenoris ſubſcripſerat. Hæc ex illo, quem præ manibus habere non licuit, refert Diana cum aliis 5. *part. tractat.*14. *reſol.*40.

3. Si vero ſcriptura deperdita non ſit publica, ſed priuata, non eſſe mortale aliam ſimilem efficere docet Mazuchellus *tract.de caſibus reſeru.diſp.*2. *cap.*28. *quæſt.* 2. *numero* 33. quem citatum ſequitur, licet cum formidine, Diana *parte* 9.*tractat.*9.*reſ.*61. dicens. (Nota modo quod ſi quis priuatam aliquam ſcripturam, aut ſyngrapham, aut apocham, qua conſtaret, ſe certæ quantitati pecuniæ mutuo acceptæ ſatisfeciſſe, falſificaret; quia aliam legitimam à creditore confectam amiſiſſet, nec alio modo probare poſſet ſolutionem, non damnarem peccati mortalis, quia falſificationes hæ priuatarum videlicet ſcripturarum, non ſunt ita Reipublicæ perniciosæ, & Authores citati (nempe pro contraria ſententia.) loquuntur tantum de falſificatione inſtrumenti, quod eſt ſcriptura publica. Et ita docet Mazuchellus *loco citato.* Sed de hoc aliqui dubitant; idcò tu cogita.) Hactenus Diana.

4 Ex hac vero doctrina nullatenus infertur, licitum eſſe aliquo in caſu mentiri: tum quia Doctores citati non excuſant à culpa veniali, ſed à mortali, prædictam falſificationem inſtrumenti: tum quia de fide eſt *ex cap. ſuper eo de vſuris* (vt latè explicant Expoſitores D.Thom.2.2. *quæſt.* 110. & 111.) In nullo caſu licitum eſſe mendacium, etiam pro redemptione totius generis humani. Et, vt ait Auguſtinus *lib.de mendacio, cap.*4. [Quis dubitet mētiri eum, qui falſum enuntiat,] quod vt indubitatum, ſupponit M. Canus *de locis lib.*2. *capit.* 3. dicens. [Illud etiam ponere debemus, mentiri, nil aliud eſſe,

eſſe, quàm aſſerere falſum animo fallendi. Sic enim Auguſtinus, & Gelaſius definierunt.]

5. Vnde magis miraberis audaciam, M. Roberti Holchor, qui effutire non rubuit, Deum non ſolum poſſe falſum aſſerere cum animo fallendi, ſed aliquando aſſeruiſſe. Sic tradit *in 2.q.2. art.8. memb.3.* his verbis. [Nulli autem dubium, quin Deus poſſit aſſerere falſum ſcienter, & cum intentione fallendi creaturā. Et Credo quod dæmones meruerint decipi, & iuſte à Deo. Ita quod Deus multa facit intentione fallendi eos. Neque video cauſā, quare Deus nō poteſt velle creaturam decipere per ipſum. Similiter Rebecca, & Iacob de ſingulari conſilio Spiritus Sancti deceperunt Iſaac. Similiter nullū inconueniens videtur ſequi, ſi dicatur Deū dicere falſum, & promittere ſe facturum, & non facere, ſicut homo poteſt.] Hæc M. Robertus: quem omnes deſeruere ſodales, vt potè doctrinam, nón ſolum contra omnium Magiſtrum D.Thom. ſed etiam contra Fidem Catholicam, vt notat Petrus Hurtado de Mendoza 2.2.*to.1. diſp.*18.*ſect.*2.*§.*5. vbi ſic ait. [Duas hæreſes continet hæc doctrina Roberti; alteram Deum poſſe eſſe infidelem. &c. Alteram Deum non ſolum poſſe dicere falſum, ſed eum id aliquando dixiſſe.] Hæc Hurtado, & alij.

PROPOSITIO XI.

Quando litigantes pro ſe habent opiniones æque probabiles, poteſt Iudex pecuniam accipere pro ferenda ſententia in fauorem vnius præ alio. **Fragoſus Ieſuita,** ***de Repub. tom.*****1.** ***lib.*****4.** ***diſp.*****9.** ***num.*****42.**

1. DOctor citatus contrariam ſententiam defendit, tam de iure naturali, quam poſitiuo, idque multis legibus tam iuris communis, quàm ſpecialis Luſitaniæ, & Caſtellę, prohibitum probat ex quibus ſic concludit, [Ergo in noſtro caſu Iudex pro ferenda ſententia potius pro vno, quam pro alio, non poteſt pretium accipere.] Subnectit vero contrariam ſententiam, ſeclusâ prohibitione iuris humani. [Conſiderato, inquit, iure naturæ duntaxat.] Eſſe probabilem. [Quia non accipitur pretium pro ſententiâ, tanquam merces functionis, ſed quaſi compenſatio pro commodo alteri parti collato, & pro illa electione, quæ eſt pretio eſtimabilis.] Et in hoc ſenſu prædictam ſententiam probabilem eſſe, ſentiunt plures doctiſſimi, quos citant, & ſequuntur Trullenc *in Decalog. to.2. lib.8. c.1. dub. 6. n.*10. Et Diana 3.*par. tr.*5. *Miſc. reſ.*55. (licèt diſſentiat *in 6. part. tr.6. Miſc. reſ.*59.) Et in eam valde inclinat Salon. 2. 2. *q.*62. *artic.*4. *controuerſ.*1. & deducitur ex doctrina M. Serra 2. 2. *quæſt.*61. *artic.*5. *fol. mihi* 148. & 149.

2. Fauet huic ſententię Candidus M. Sacri Palatij *to.1. de Benef. diſquiſ.*1.8. *art.*39. *in fine dub.*3. Vbi ait non eſſe contra iuſtitiam Beneficia Eccleſiaſtica non conferre gratis. [Quia collator inquit, conferens illa Beneficia Eccleſiaſtica, pecunia interueniente, non exigit illam pro collatione Beneficij, ſed veluti pro emolumento tēporali, quod tibi cōferre non tenebatur.

tur. Tum quia dum, excluſis aliis, te præfert conferendo tibi beneficium, affectum ad te determinat, & ſe priuat poteſtate alteri gratificandi, quod eſt magno pretio æſtimable.] Hæc ille. Qui à fortiori tenetur idem dicere in noſtro caſu, cum eadem prorſus militet ratio.

3. Poteſt etiam pro hac ſententia non leui fundamento adduci M. Soto *de iuſtit. lib. 4. q. 7. art. 1. ad ſecundum §. Secundus ergo.* Vbi ait. (Sententiam in tuum fauorem proferre, eſſe actionem natura ſua pretio æſtimabilem.) Cui etiam facit; quod ibidem prædixerat §. *Retrocedendum*, de offerente pecuniam alicui, vt à furto abſtineat. (Et ſi gratis, inquit, teneretur abſtinere, nihilominus, quia in gratiam mei abſtinet, poteſt iure naturæ pro ſua voluntate pretium ex me reciperet) Hæc ibi. Quapropter Diana 3. *part. tr. 6. reſ. 4.* ait Ex ſententia Soti licere Iudici à tertio recipere pretium, vt in fauorem vnius partis præ alia ſententiam ferat.

4. Opinionem M. Soti amplectuntur M. Bannez, M. Petrus de Ledeſma, M. Ioannes de la Cruz, M. Ludouicus Lopez, M. Martinus de Ledeſma quos citatos ſequitur M. Ioannes Martinez de Prado *tom. 2. Theol. moral. cap. 17. quæſtio. 4.* Vbi ex Bannez ſic probat. (Non debebat ex iuſtitia ei, qui dat pretium, ille qui recipit ceſſare à peccato in gratiam dantis pretium ergò propter iſtam gratiam, quam illi facit poterit recipere pretium.) Itaque, ſecundum hos Doctores pretio æſtimabile eſt, facere in gratiam alterius, quod illi ex iuſtitia non debebatur, ac proinde ob id poteſt aliquid accipere. Quod principium pro aliis etiam concluſionibus valde notandum eſt.

5. Denique ſententiæ, quam probabilem dixit Fragoſus ſubſcribere debent Doctores aſſerentes electores ad maioratum, vel ad Cathedram, poſſe pretium accipere, vt vnum præ alio eligant, eo quod eiuſmodi prælatio, cum huic determinatæ perſonæ non ſit debita, & aliunde ſit ei valde vtilis, pretio æſtimabilis eſt, ſic tenent M. Bannez 2. 2. *q. 62. art. 5. dub. 4.* & M. Ludouicus Lopez 1. *p. inſtructorij cap.* 106. & 2. *part. c. 29.* Quos citatos ſequuntur Emanuël Rodriguez 2. *p. ſum. c. 10. concluſ. 9.* F. Ludouicus à Conceptione *in Examine veritatis, tr. 2. de reſtitut. caſu 4. fol. mihi 130.* & alij apud Fagundez *in Decalog. tom. 1. lib. 8. cap. 26. nu. 39.* & putat probabile Diana *part. 6. tract. 6. Miſ. reſol. 59.* & plures apud illum, Qui expreſsè id tenet *part. 10. tract. 11. reſ. 45.* cum Carolo de Bancio *tom. 2. de Miſcell. caſu conſcient. opuſc. 3. q. 173.* quando quis tenetur diſtribuere legatum, cum libertate eligendi perſonam, cui applicandum ſit. Expende an id etiam inferatur ex illo principio, quod cum aliis iecit Ioannes Martinez de Prado *ſuprà citatus, numero.* 4. nimirum, quia non tenetur ex iuſtitia legatum conferre ei qui dat pretium. Cæterùm ſi hæc ad praxim deduci poſſent, væ væ pauperibus.

EX

EX TRACTATV DE HORIS CANONICIS.

PROPOSITIO I.

Sacerdos aut Beneficiatus, qui officium Diuinum voluntariè diſtractus recitat, precepto ſatisfacit. Azor Ieſuita *part.1. libro* 10.*capite* 13. *quæſt.*8. (Et eſt communis inter Ieſuitas.)

1.R. HÆc opinio inter doctiſſimos communis eſt, eam enim defendunt Durandus, S. Antoninus, Tabiena, Syluester, Victorellus, & alij eiuſdem Ordinis. Inſuper Hoſtienſis, Gloſſa Archidiac. Angelus, Ioannes de Medina, Valerus, Machado, quibus citatis probabilem dicit R. P. Leander à Sacram. *tom.2.de Sacram.tract.*6 *diſp.*11.*quæſt.*13. Quem ſequitur M.Acacius de Velaſco *to.* 2. *reſ.mor.verbo Horas,reſol.*54. Vbi multis comprobat, adducés formalia verba D.Antoni, Syluestri, & aliorum, & præcipuè Ioannis Valeri referentis pro illa D.Thom. Paludanum, & viginti alios Doctores, & probabilem eſſe dicunt Caſpenſis, Baſſæus, & Caramuël apud Dianam *p.*7.*tr.*11.*reſ.*30.

2. Inter Ieſuitas non eſt adeo communis quia Authores melioris notæ, vt Suarez, Vaſquez, Thomas Sáchez, Leſſius, Salas, Valentia, Sà, & plures alij contrariam tenent, vt videre licet, apud Dianam *1.part. tract.*11. *reſ.* 2. & apud Leandrum *ſuprà*. Et quod mirabilius; P. Azor, quem pro illa ſententia ſolummodo citauit Anonymus, contrariam expreſsè tenet *parte* 1.*libro* 10. *capite* 12.*quæſtione* 6. vide de hac re (non *cap.*13. *quæſt.*8. vt malè ab ipſo citatur) ibi ergo §.*in hac quæſtione* ſic ait. [Meritò dubitatur, an lethali peccato ſe contaminet, qui mente vltro diſtracta recitat preces horarias?] Reſpondet. (Quidquid alij dixerint, exiſtimo eum lethale peccatum admittere.) Rurſus dubitat ſecundò. An ſaltem [Eccleſiæ præcepto ſatisfaciat, ita vt preces non debeat repetere?] Reſpondet, (Probabile multi putant, eum Officium diuinum repetere non cogi. Sed mihi probabilius, & verius oppoſitum videtur.) En P. Azor tanquam ſibi certum trad t peccare mortaliter, & tanquam probabilius, teneri officium repetere. Non inficior ex Ieſuitis patronos etiam habere contrariam opinionem, ſed doleo calumniantis diſtractionem.

3. Vnum mihi certum, ad reſti-

tutionem non teneri, ſi mentalis tantum ſit diſtractio ; licet demus eſſe mortale. Vt bene ait M. Sotus *de iuſt. lib.* 10 *quæſtio. 5. artic. 6.* Addit M. Ioannes de la Cruz 1. *part. direct. precep. 3. artic. 3 dub. 6. concluſ. 3.* [Beneficiati, ſi intra annum omittant recitare per decem dies, nil reſtituant, quia ſunt ſerui liberaliſſimi Domini, qui multò minus, quam Dominus temporalis ad pauca attendit. Ita explicant motum Pij V Medin, *in ſum. 3. precept.* §. 11. Ludouic. Lopez *tom. 1. c. 245.* & alij.] Sic Cruz.

4. Sed plus addunt alij reſtitutionem à Pio V. impoſitam Beneficiatis non recitantibus, non deberi in conſcientia, ante ſententiam declaratoriam Iudicis, eo quod ſit pœna. Ita M. Petrus de Soto *lib. de inſtit. Sacerd. tract. de vita Sacerdotis, lect. 4. verſic. Nec illud.* Vbi inquit. [An emittens Officium diuinum teneatur idcirco ad reſtitutionem fructuum, quos percipit ex Eccleſia?] Reſpondet. (Hæc magis videtur eſſe pœna, quæ iuſtè à Prælatis imponi poteſt, quam vt quis ad eam per ſe teneatur.] Quem ſequitur M. Bartholomæus de Medina *libro 1. instruction. capite* 14. §. 11. dum ait. [*Porque eſte mandato de Pio quinto, entiendo quo ſea penal , quando el Iuez lo mandare.*] Et ſanè, ſi reſtituendi onus impoſitum fuiſſet in pœnam, & non oriretur ex ipſa natura rei, communis Doctorum ſententia pro Soto, & Medina ſtaret, vt videre eſt apud Dianam *part. 2. tractat. 17. reſolut.* 67. Verùm principium falſiſſimum eſt, & ideò prædictam opinionem nulla probabilitate, aut apparentia defendi poſſe, dicunt M. Ioannes à Sancto Thoma, 2. 2. *quæſtio. 83. diſputat. 28. artic. 7. dub. 2.* & M. Ioann. Martinez de Prado *tom. 2. Theolog. moral. cap. 30. queſtion 6. §. 5. numero* 37. Omnes etenim, imò, & ipſemet, M. Medina ſupracitatus, expreſsè ſupponūt, obligationem reſtituendi eſſe naturalem, vt conſtat ex fundamento quo probat Medina, quia, nimirum, non habet titulum percipiendi fructus. Nihilominus, videatur Machado *tomo 2. libro 4. parte prima, tractatu ſexto, docum 3. vbi numero quarto*, ſic ait. [*La ſegunda queſtion es, ſi las penas de reſtitucion que pone Pio V. a los Beneficiados , y penſionarios que no rezan, ſe deuan en conciencia antes de la ſentencia declaratoria del Iuez. De modo que antes della ſe deua hazer la reſtitucion? Suarez, Nauarro, y otros muchos comunmente , afirman , &c. porque en el Concilio Lateranenſe , y en la Conſtitucion de Pio Quinto expreſſamente ſe dize : Fructus ſuos non faciat. Las quales palabras claramente dan a entender , que la Igleſia aplica a los Beneficiados los frutos de ſus bienes no de otra manera que cumpliendo con la obligacion del rezo Contodo, no faltan Dottores que ſienten , que las dichas Conſtituciones no obligan en conciencia haſta que aya precedido ſentencia declaratoria del Iuez , por ſer leyes penales que no obligan ipſo iure.*] Hactenus Machado citans Sotum , & Medinam. An verò ipſe cum his, an cum communi Doctorum ſentiat? Expendat Lector. Sed memor regulæ, quam ad dignoſcendum , tradit Sanch. *in ſumm, libro quarto , capite 25. numero 40. & libro 5. capite 4. numero* 30. [Et videtur, inquit, tenere, &c. hanc enim opinionem in vltimo loco poſuit.]

5. Circa obligationem recitandi, tradunt nonnulli, habentem Capel-

nia

niam collatiuam, aut quodvis aliud Beneficium Eccleſiaſticum, ſi ſtudio litterarum vacet, ſatisfacere ſuæ obligationi, ſi per alium recitet. Ita Landulph. Abbas antiquus, Lucas de Penn. & alij, apud Sanch. *in conſiliis lib.2. cap.2. dub.62.* Quorum ſententiam putant probabilem Syluestr. *verb. Hora, quæſtion. 2. dict.3.* quia contrariam quam ſequitur dicit tutiorem. Et Crouſers *in Regul. Sancti Franciſci, cap.3. lect.7.* vbi ſic ſcribit. [Quæri poteſt; vtrùm horas perſoluere, ſit onus perſonale, cui per alium non poſſit ſatisfieri? Et poſt relatam Landulphi, & Syluestri opinionem concludit. [Quæ ſententia communiori, & probabiliori reliquorum contraria, etiamſi poſſit habere locũ in Beneficiatis, qui non ſunt in ſacris, habere non poteſt in illis, qui ratione ſui ſtatus, Ordinis ſcilicet ſacri, vel Religioſi, ad horas obligantur.] Et ſaltem non teneri ad reſtitutionem, ſi per alios recitent, ſupponit Ortiz *in ſum. cap.3. numer.10.* dicens. [*Los Beneficiados moços, ſino rezan por ſi ò por otros, han de reſtituir los frutos ſi los lleuan.*] Verùm eiuſmodi opiniones omnino exterminandæ ſunt, vtpotè fundamento prorſus deſtitutæ.

6. Illum verò, qui legere non poteſt, licet memoriter horas proferre poſſit, excuſant aliqui ab obligatione recitandi. Explicat probabile M. Sotus *de iuſtit. libro 10. quæſtione 5. articulo tertio.* [Excuſantur, inquit, cæci, aut ita oculis caligantes, vt legere nequeant: tametſi, dum aliquis horas memoriter proferre poſſunt, fortaſſe tenerentur, quamvis neque omnino ſim certus, an eſſent rigore cogendi, quandoquidem tenacitas illa memoriæ accidentaria ſit, licet tutius eſſet quod ſe obligatos cenſerent.] Ex eodem principio tradit Caramuël *in Regula Sancti Benedicti, diſput.117. dub.1. numero* 1445. cum Sancio *in ſelectis, diſputatione* 41. *numero* 2. eum qui non poteſt ſolus recitare, non teneri admittere ſocium etiam vltrò ſe offerentem. [Quia recitare, inquit, cum ſocio eſt fauor vnicuique conceſſus, & nemo tenetur vti fauoribus inuitus.] Quod putat probabile Diana *part.7. tract. 11. miſcel. reſ.3.*

PROPOSITIO II.

Moniales non tenentur priuatim Horas canonicas recitare. Leſſius Ieſuita *in reſol. caſu conſ. poſt.22. verb. horæ can. caſu* 14.

1. R. Pater Leſſius hanc ſententiam probabilem cenſuit: quod ſaltem ob extrinſecam auctoritatem negari non poteſt. Eam enim defendunt Martinus de S. Ioſeph, *in monitis, tom.1. lib. 2. de Ordine, tract 10. num.3.* Bordon. *in conſil. Regul. reſ.30. numero* 3. Caramuël, & Marchantius, apud Dian. *part 10. tractat. 2. reſ. 45.* Quibus adde Ioann. de Medin. Compluten. *quæſt.7. de Orat. in fin.* Et dicunt eſſe probabilem Vega *in ſumm. tomo 1. capite 128. caſu 7.* Villalob. *in ſum. tom.1. tract.24. dub.5.* Hieronym.

Rodrig *in Comm.qq.Regular.quaeſt.98. num.2.* Machad. *tom.2.lib.5.part.1.docum.1.numero* 1.& alij, DD.quos ſuppreſſo nomine referunt M. Raphaël de la Torre 2.2.*contr.6.diſp.2.num.*11. & Eman.Rodrig. *in ſum.cap.*124. vbi citat Caſtrum *de lege pœnali*, *libro* 2. affirmantem Moniales Sanctæ Claræ non teneri ad Officium diuinum, & *cap.*8. Fratres Dominicanos non peccare omittendo Officium, niſi ex decimis, aliiſque fructibus Eccleſiæ alantur. Et fauet Angelus, *verb. horæ Canonicæ* Vbi apertè probat tanquam humaniorem ſententiam Richardi, qui dicit, non eſſe mortale relinquere Horas ex negligentia, ſed ex faſtidio diuini Cultus, vel ex conſuetudine. Et Petr. de Aragon. 2. 2. *quaeſt.*83. *articulo* 12. *concluſ.*3. & Thom. à Ieſu, *in expoſit. regul. part.*3. *capite* 7. *dub.*1. quos ſequitur Oliuerius Bonartins *de Horis Canonic. lib.*1. *cap.*3. *numero* 12. aſſerentes ſemel aut iterum omittere Officium diuinum, non eſſe peccatum lethale.

2. Citari etiam ſolet pro ſententia P. Leſſij Caietan. *in ſum.verb.Hora*, vbi ait. [Nec profeſſi hábitu clericali, donec in ſacris ſint conſtituti, tenentur ex iure, aut ratione, ad Horas canonicas.] Et *infra*. [Niſi conſuetudo illos obliget (de qua nihil ſcio) non tenentur ex profeſſione.] Conſulit verò, vt ſtent conſuetudini. Propter hæc M. Petrus de Ledeſma *in ſumm. part.* 2. *tractat.*9. *de Relig. capite* 4. refert Caietan. inter Doctores aſſerentes Religioſos profeſſos non conſtitutos in ſacris, non eſſe obligatos ſub mortali ad Horas Canonicas. Verba Ledeſmæ ſunt. [*La primera ſentencia es, que ſtos tales no tienen obligacion de rezar el Officio Diuino. Eſto enſeñan algunos Doctores, como es Caietano, que dize, que no puede entender por donde los tales Religioſos eſten obligados a deſir el Officio diuino, ſino es por la coſtumbre, y que duda mucho que la coſtumbre obligue a pecado mortal.*] Caietanum ſequitur M. Bartholom. Fumus in Armilla, *verb. horæ, num.*4. ibi. [Religioſi profeſſi non exiſtentes in ſacris, ſecundum Caietanum, non tenentur de iure diuino ad Officium, neque ex profeſſione, neque ex victu, forte ex conſuetudine tenentur, de qua dicit, ſe nil ſcire: contrarium tenent communiter alij tamen hoc nullo iure probant. Ideò opinio Caietani melior videtur.] Et plane ita ſentit ex eodem Prædicatorum Ordine Minor. Anton. de Hinoioſa *in differt. deciſ. Regul. verb. profeſſio, in fin.* vbi ſic ait. [Monialis verò, quæ ſenterit duram Tabienæ ſententiam, & nollet ſoluere Officium diuinum, dicens ſe non teneri ad hoc, non eſt illi neganda abſolutio; neque eſt illi dicendum, quod habeat ſcrupulum, quia ſine ſcrupulo pergit, quæ nullo præcepto adſtricta pergit.] Sic ille, qui vt patet neque ex præcepto, neque ex conſuetudine obligationem agnoſcit.

3. Sed quia ad conſuetudinem non pauci recurrunt; de obligatione ex illa ſuborta, audiamus Doctores. Et imprimis ſi dubium fuerit, an ſit conſuetudo, dubium etiam erit an ſit præceptum, in dubio autem præcepti nemo illo tenetur, docent communiter Doctores, idémque dicendum quando dubitatur an conſuetudo obligat. Quapropter Per. Thomas Sanchez *in conſiliis libro* 5. *dub.* 21. quem alij viri doctiſſimi ſequuntur, aſſerit

aſſerit vt conſuetudo aliqua obliget ad mortale, requiri, quod docti communiter, & abſque dubio, cenſeant eſſe conſuetudinem obligantem, ſecus ſi alij dubitent de obligatione, alij affirment, alij negent. An verò talis ſit conſuetudo, de qua loquimur? Legiſti iam Caietanum, & ſequaces. Audi modò. Magiſtrum Raphaëlem de la Torre, *vbi ſupra.* (De conſuetudine, inquit, recitandi, quando moniales à choro abſunt, audio viros doctos, & pios dicentes vigere, & viguiſſe, alios verò dubitantes.) Vide etiam Caramuëlem *infra* citandum apud quem *numero* 1351. de conſuetudine dubitant Medin. Complut. Alphonſ. de Caſtro, Vega, Villalobos, & alij. Quapropter Brunus ex Ordin. Minor. *de priuileg. Regul. part.*2. *tract.*8. *cap.*4. *propoſ.*5. aſſerit, non eſſe certum, quod prædicti Regulares teneantur priuatim perſoluere Horas. (Quia conſuetudo, inquit, quæ eſt vnum ex præcipuis fundamentis, non admittitur à multis.)

4. Adde quod Moniales non poſſunt inducere conſuetudinem, quæ vim obligandi habeat, vt docent Franciſcus Galleti *in Margarita caſuum conſ. verb. conſuetudo.* (Conſuetudinem, inquit, non poſſunt inducere fœminæ, niſi habetent vim condendi legem, vt Principiſſæ Decret. *regul.*2. *numero* 37. *de reg. iur.*) Paſqualigius *deciſ.* 415. (Moniales non poſſunt introducere conſuetudinem, quæ apud ipſas habeat vim legis.) Caramuël *in Regul. S. Benedicti. diſp.* 103. *articulo* 2. *numero* 1355. (Conſuetudo hæc non obligat ſub culpa graui. Probo ratione efficaciſſima, quâ vtitur Villalobos: nempè ad introducendam conſuetudinem, quæ habeat vim legis, neceſſaria eſt in introductoribus authoritas, atqui pueris, imberbibus, & fœminis nullus dedit talem authoritatem, ergo) Hæc ille.

5. Ex quibus fit, quod etiam admiſſa conſuetudine recitandi in Monialibus, & Religioſis profeſſis, non rectè, ex illa inferatur obligatio. Tùm, quia non eſt legitimè introducta. Tùm quia, vt optimè ait Petr. de Aragon 2.2. *quæſt.*83. *concluſ.*3. (Cum in ſingulis Ordinibus ſit præceptum; quod tam in communi, quàm in particulari Officium diuinum dicatur, eſſe probabile, talem conſuetudinem ortum habuiſſe ex illo præcepto, atque adeò non obligare magis, quàm ipſum præceptum, quod neque ad mortale nec fortè ad veniale obligat, vt diximus.) Tùm, quia vt ait M. Serra 1. 2. *quæſt.* 97. *artic.*3. *fol. mihi* 497. (Si dubium ſit, an conſuetudo inducta fuerit animo ſe obligandi, docent multi præſumendum eſſe ex ſola deuotione, & in modum conſilij inductam fuiſſe, & non eſſe obſeruatu neceſſarium, quod in conſuetudinem deducitur, quod, & colligitur ex dictis à nobis, *ſup. quæſt.*19. *art.*6. *dub.*5. *ad* 4.) Quod tradunt plures alij, quos citatos ſequitur M. Barnabas Gallego, *tract. de conſcien. dubia dub.*103. (In dubio, inquit, de obligatione præcepti per conſuetudinem introducta, potius eſt inclinandum in eam partem, quod conſuetudo ſit deuotionis, & non obligationis. Ita Syluester, Suarez, Bonacin. Villalob. & alij.) Cur ergo deuotionis non erit in Monialibus, & in Religioſis recenter profeſſis? An cur non di-

Digitized by Google

cemus introductam ex ignorantia, quâ ſimpliciores crediderunt, ſe eſſe à iure obligatos, cum verè non ſint; ſicut de aliis conſuetudinibus iudicant vterque Sanchez, Porrel, & alij apud Dian. *part.1.tractat.9.reſ.41.*

6. De obligatione ex conſuetudine orta agit Paſqualigus, *deciſion.* 487. *&* 488. cui ſi aquieſcat Anonymus, omnino quieſcet. Duo enim inquirit. Primò, an ſi conſuetudo ſit rei grauis, & difficilis, & communiter ſeruetur, cenſenda ſit inducta cum animo ſe obligandi. Secundò, an ſi viri timorati male ſentiant, & his, qui non ſeruant conſuetudinem, aut communiter ſcandalizentur, ſit ſignum fuiſſe introductam ex animo ſe obligandi. Et vtrique reſpondet negatiuè. Sed non bene. Alias nec ſacris initiati, ſed ſoli Presbyteri ad horas Canonicas tenerentur. Quia pro his tantum inuenitur in iure præceptum, vt cum pluribus tradit M. Ioannes Martinez de Prado *tomo* 2. *Theol. moral. cap.*30.*quæſt.*6 *numero* 10. vbi ſic. [Ideo Caietanus *in ſum.* ait, quod præcepto in iure contento, ſoli Presbyteri expreſsè inueniuntur; quod & docent Nauarrus, Azor, Philibertus, Trullenc, & alij communiter, vt refert, & ſequitur Leander à SS. Sacram. *tract.* 6. *de Ordine diſp.*13. *quæſt.*8. Latiùs Suarez, Ioannes à Sao. Thom. Villalob. & alij, &c. Pro Diaconis autem, & Subdiaconis haberi ex conſuetudine, quæ cum ſit rationalis, & legitimè præſcripta vim legis habet] Hæc Prado Quod ſi ad rem noſtram, diſparitatem deſideres recole *ſuperius* dicta *à num.*3.

EX

EX TRACTATV DE SACRIFICIO MISSÆ.

PROPOSITIO I.

Sacerdos poteſt Miſſas anticipatè celebrare indiſtinctè, pro eo, quem Deus nouit primum petiturum. Reginaldus Ieſuita *in praxi tom. 2. lib.23. cap.17. num.237. poſt decretum Clementis VIII. die 15. Nouemb. anno* 1605.

1. R. HANC opinionem non ſequitur Reginaldus, ſed illam refert à Petro de Nauarra traditam *lib.1.de reſtit.cap.2. à numero* 375. Cuius præiactis fundamentis concludit. [Qua de re, licet adhuc poſſent afferri alia, quæ eam reddant in ſpeculatione probabilem, ipſa tamen in praxi non caret periculo ſcandali, à quo cauendum eſt.] Hæc ibi, nullâ factâ mentione decreti Clementis, quod ſignum euidens eſt, non eſſe tunc in ea Prouincia promulgatum. Quapropter malè pro contraria ſententia adduci Reginaldum bene obſeruat R. P. Leander à SS. Sacramento *tom.2. tractat.8. diſput.4. qu.39.* Vbi ab eadem calumnia vindicat M. Ledeſmam citatum etiam à Philiberto Marchino *tractat.3. parte 2. cap.31. num.7.*

2. Verum prædictam opinionem poſt decretum Clementis, tenet Margarita Caſuum conſc. quam luci dedit Franciſcus Galleti *Venetiis anno* 1613. *Vbi verb. Miſſa.* Inquit. [Miſſas dicere, eas ſtatim applicando ei, quem Deus ſcit primo petiturū, ac eleemoſynam oblaturum, non eſſe illicitum, contra Cordubam rationabiliter defendit Petrus de Nauarra *vbi ſuprà.* & Aragon. 2. 2. *quæſt.85. de Sacrif. art.3. verſ. de anticipantibus Miſſas.*] Quæ ſequitur Bonacina *diſp.4. de Euch. quæſt. vltima punct.7. §.5.* [Sacerdos inquit, qui anticipatè celebrat Miſſas, & non ſuſpendit effectum ſacrificij, ſed ex tunc applicat ſacrificij valorem pro eo, qui dabit eleemoſynam, ſatisfacit, & poteſt accipere eleemoſynam pro Miſſa iam celebrata.] Et hanc opinionem de rigore iuris veram eſſe, docent Emanuël Rodriguez, Fraxinellus, & alij apud Marchinum *ſup.* Et temperatam tradit M. Corradus 2. *part. Reſp. caſ. quæſtio 355. in ſum. edita*

Venetiis anno 1606. *anno immediato poſt decretum Clementis.* Vbi ſic ait. [Dico ſecundò eſſe certum, quod ſi quis dicat Miſſam pro intẽtione eius, qui ſolitus eſt Miſſis commendare, adhuc ipſo ignorante, poterit pro Miſſa taliter dicta ſtipendium accipere. Non eſt autem eadem ratio de Sacerdote celebrante ſine determinata intentione.] Sic ille. Qui nec meminit prohibitionis Clementis. Quod defectum publicationis confirmat. Aduertendum tamen eſt, opinionem Nauarræ, Galleti, & Bonacinæ in praxi ſuſtineri non poſſe. Quia in expurgatorio Sanctæ, & Generalis Inquiſitionis expũgi mandata eſt Mouta, & aliis qui eam docuerant.

PROPOSITIO II.

Duplicatum ſtipendium poteſt Sacerdos pro eadem Miſſa licitè accipere, applicando petenti partem etiam ſpecialiſſimam fructus ipſimet celebranti correſpondentis. Idque poſt decretum Vrbani VIII. die 21. *Iunij anno* 1625. Filliucius Ieſuita apud Leandrum *tom.* 2. *de ſacrif. Miſſæ.* Quod tradit Filliucius *tract.* 5. *cap.* 6 *num.* 181. [Hæc ſententia eſt valde notanda pro illis Prouinciis, in quibus decretum Vrbani receptum eſt, vt in Italia.]

1. ℞. HÆc obiectio plures continet impoſitiones. Primò. Quia Filliucius ſua opera in lucem dedit ante decretũ Vrbani. Hoc enim fuit expeditum anno 1625. vt fateris. Filliucij autem opera excuſſa reperies Lugduni, anno 1622. Secundò. Quia nec prędictam opinionem ille tuetur, nec pro ea citatur à Leandro, ſed pro alia longè diuerſa. Nimirum Sacerdotem pro tribus ſacrificiis poſſe recipere quatuor ſtipendia, applicando etiam petenti ſpecialem fructum ſibi correſpondentem. Verba Filliucij ſunt. [Addit Nauarrus *conſil.* 8. *de celebrat. Miſſæ.* Sacrificantem poſſe partem ſacrificij ſibi debitam applicare his, pro quibus teneretur, ſed quia neſcitur, quanta ſit, addit, arbitrari partem trium Miſſarum poſſe ſuppleri vni, quæ dicenda eſſet, & applicanda tota vni. Quod (attende) ſeruare poterunt hi, qui cum receperint multa ſtipendia, non poſſunt omnibus ſatisfacere.] Hæc Filliucius *ſup. n.* 181. *citato, in editione Lugdunenſi anno* 1622.

2. Verum opinio, quam ei falsò tribuiſti, plures etiam poſt Vrbani decretum defenſores habet, putant enim eiuſmodi caſum non eſſe ſub illo comprehenſum. Ita ſentiunt Bartholomæus à Sancto Fauſto *tract. de Euchar. lib.* 2. *quæſt.* 158. Marchinus *de Sacram. Ordinis tract.* 3. *part.* 2. *cap.* 16. *n.* 7. *&* 11. Vbi ait quod ipſo præſente. [Licini caſus iſte à nonnullis doctiſſimis viris præſertim à Laurentio iuris vtriuſque Doctore celeberrimo, & in morali Theologia verſatiſſimo, fuit approbatus.] Peyrinus, & Machado, quos citatos ſequitur Leander à SS. Sacram. *ſup. tom.* 2. *tract.* 8. *diſp.*

*diſp.4.quæſt.*10. Et putant apud probabilem apud ipſum Gauãtus, Trullenc, & Homobonus, qui ait multos viros graues eam docuiſſe, eámque tenent Thomas Hurtado *vbi infrà num.* 72. Et Bordonus *in Conſiliis Regular. de celebr. Miſſ. reſolut.* 25. & putant probabilem Remigius *in ſumm. tractat.* 5. *diſp* 4. §.7. *num.* 2. & plures alij apud Dianam *5.p. tract.* 14. *reſ.* 5. *& part.* 11. *tract.* 7. *Miſ. reſ.* 26. Vbi contrariam ſententiam tuetur, licet hæc olim non diſplicuerit *part.* 2. *tra.* 14. *reſ.* 14. Nullum ex his Authoribus offendit Anonymus.

3. Adde ſi verum ſit (quod ipſe ſupponit) nempe in Hiſpania decretum Vrbani non fuiſſe receptum, quod non leue fundamentum habet apud Thomam Hurtado *tom.* 1. *reſol. moral. tract.* 2. *cap.* 3. *num.* 164. Vbi ait. [Addo in Hiſpania à multis viris audiui, totum hoc decretum non eſſe vſum receptum.] Et apud M. Acacium de Velaſco *tom.* 2. *reſolut. moral. verb. Obiſpo reſ.* 311. vbi inquit. [*Muy probable es que en Eſpaňa no eſtà admitido*, ſaltem quoad totum, &c. *porque ademas que lo dizen muchos Dotores y entre ellos Seraphino*, in Scholiis ad priuilegia Ordinis Sanctæ Mariæ de Mercede in caſu priuilegij Clem VIII. & ibi quoque Freytas Luſitanus. *Conſta del vſo, y praxis.*] Aut ſi verum, maiorem vim non habere, quam reliquas Eminentiſſimorum Cardinal. declarationes, vt docet Caramuël *in Theolog. fundam. à num.* 87. quas putat ibidem probabilitatẽ non excedere, & *in Theol. mor. à num.* 172. Quem ſequitur M. Acacius de Velaſco *vbi ſupra*, loquens de eiuſmodi declaratione Cardinalium iuſſu Vrbani edita circa Miſſarum ſtipendia. His verbis. [*Ademas que es queſtion muy reñida entre los Dotores, ſi las declaraciones de los Eminentiſſimos Cardenales tienen fuerça de ley? Garcia, y Barboſa ſienten que ſi: pero lo contrario tienen otros, que cito, y ſigo en el primer tomo.*]

4. Si, inquam, hæc probabilia ſunt. Pro obiecta ſententia, potiori iure, ſtabunt, qui aſſerunt, Sacerdotes tam diuites, quam pauperes, poſſe pro vna Miſſa tantum ſtipendij à diuerſis perſonis accipere, quantum ſufficiat ad congruam, ſed ſtrictam, pro quolibet die, propriæ perſonæ ſuſtentationem. Caietanus, vterque Sotus, Armilla, Syluester, Cauus. Item Rodriguez, Petrus de Nauarra, Camerota, Graſſius, Beja & alii quos citat Philibertus Marchinus *de Sacrificio Miſſæ tract.* 3. *part.* 2. *capite* 16 *num.* 6. Quibus adde, quotquot ſic taxant iuſtum ſtipendium Miſſæ. M. Corradus 2. *part. Reſp quæſt.* 48. [Quidquid alij dicant, nobis, inquit, placet opinio Petri de Aragon qui dicit iuſtum ſtipendium eſſe ſolam ſtrictam ſuæ perſonæ ſuſtentationem, & eorum, quæ ſimpliciter ad vitam ſunt neceſſaria. Suſtentationẽ intelligẽdam puto, ſcilicet victus, veſtitus, domus, & ei inſeruientes. Nec pauper plus, nec diues minus accipere poteſt, ſed omnes æqualiter, paupertas enim, vel diuitiæ nil conferunt ad æqualitatem iuſtitiæ, & ad debitum.] Quod tradit etiam, M. Petrus de Ledeſma *in ſum. tr. de Euchar. c.* 18. dicens. [*El iuſto eſtipendio ſe ha de proporcionar con ſu entera ſuſtentacion. A ſe de aduertir, que entera ſuſtentacion, es aquello, que baſta para ſuſtentarſe el, y vn criado, ò criada, y con moderacion, no con exceſſo.*] Et *concluſ.* 14. [*Es tambien muy*

Digitized by Google

probable que el Sacerdote pobre puede muy bien lleuar dos, ò tres iuſtos eſtipendios por vna Miſſa, quando vno no es ſuficiente para ſu ſuſtento. Eſta ſentencia tienen los Doctores que dizen, que el iuſto eſtipendio ſe ha de taſſar en orden a la entera ſuſtentacion del Sacerdote. El Padre Maeſtro Caro, y el Padre Maeſtro Soto, y otros grauiſſimos Theologos.] Itrò addit contra illos, id etiam tenendum. [*En caſo que el que dà a dezir la Miſſa, pida expreſſamente què ſe ha de dezir por el ſolo, y el Sacerdote lo prometa aſſi.*] Hæc ibi. Addunt etiam nonnulli tot ſtipendia poſſe recipere pro vna Miſſa, quot neceſſaria ſint ad parentum etiam pauperum ſuſtentationem, (quando in ea ſunt neceſſitate, vt niſi mendicando ſuſtentati non poſſint, & ad emendos libros Theologo, vel Iuriſtæ ad exercenda aliqua miniſteria ſpiritualia neceſſarios. Ita M. Nugnus Cabezudo *in 3. part q.83. artic.1, dub.9. concluſ.4. & 5.* (Quod mihi, inquit, videtur probabile.

5. Huius doctrinæ rationem tradit, M. Ioannes de la Cruz *in direct. 2 part. de ſacrif. Miſſ. quæſt.1. dub.7. concluſ.2.* vbi ita inquit. [Probabiliter ait Soto, iuſtum ſtipendium eſſe taxandum in ordine ad congruam ſuſtentationem Sacerdotis pro vno die, ſiue ab vno, ſiue à pluribus pro vna Miſſa accipiatur. Nam Sacerdos (attende) habet ius viuendi ex ſuo miniſterio, ſed non habet aliud miniſterium in vno die, niſi vnam Miſſam: ergo.] Hæc ille: quæ ſunt valde notanda: quia decreta, & declarationes Eminentiſſimorum Cardinal. ex mandato Vrbani VIII. anno 625. non intendunt iuri naturali derogare, vt notant Franciſcus de Lugo *de ſacramen. lib. 5. cap. 12. num. 688.* & Dian *part. 11. tract. 7. Miſc. reſ. 27.* Vnde ſi ius habet Sacerdos, vt ex Miſſæ celebratione viuat, tantum ſtipendij poterit accipere, quantum ad ſuam ſuſtentationem opus habeat etiam vbi decretum receptum fuerit, (vt eſt in Hiſpania, quidquid alij dixerint) quod nullâ ratione concedi poteſt. Alias nunc etiam locum haberet non ſolum doctrina Cani, Ledeſmæ, & aliorum, quã putat probabilem, M. Ioannes de la Cruz, *ſupr. dub.7. conclu.4 in editione Toletana anno* 1628. [Aſſerentium poſſe Sacerdotem pauperẽ recipere duo, ſeu tria ſtipendia pro vna Miſſa, cum habet opus his ad victum parcè, & moderatè iuxta ſuum ſtatum.] Sed etiam doctrina vtriuſque Soti, Caietani, Armillæ, & Syluestri, qui vt *ſupra* vidimus, pro Sacerdote etiam diuite hanc opinionem amplectũtur. (Quâ inane penitus redderetur decretum Vrbani, & Eminentiſſ. Cardin. declarationes, quoad prohibitionem duplicis ſtipẽdij pro vna Miſſa, iuxta conſuetam Epiſcoporum taxam.) Vide vnum pro omnibus M. Dominicum de Soto *lib. 9. de iuſtitia quæſt. 3. art 1.* vbi ſic ſcribit.] Vbi non eſt in vſu, eam pro vna Miſſa eleemoſyna erogari, quæ diario victui ſufficiat, poteſt Sacerdos duplam ſaltim percipere.] Et *infra.* (Dum autem Sacerdoti abundat, vnde honeſtè, & forſan ornatè viuere poſſit, videtur nequirè vti hoc ſubſidio. Sed nihilominus reſpõdetur, quod etſi non adeo ad ipſũ eiuſmodi Sacerdotem doceat, tamen ſecundum rigorem iuſtitiæ, nulla eſſet iniquitas; quia iudicium non eſt de rebus ferendum, ſecundum id, quod accidit, ſed ſecundum rei naturam.] Hæc ibi. Prædixerat autem populum iure

naturæ

naturæ teneri alere miniſtros Eccleſiæ. Eo quod (Chriſtianorum Religio, in Sacramentorum ſuſceptione, & ſacrificij oblatione poſita ſit, ad quæ iure naturali, & diuino totus Chriſtianiſmus tenetur.)

6. Laxiorem, ante Vrbani decretum, opinionem tradiderat M. Ioannes Dominicus Montagnolus Senenſis, ex eadem Illuſtriſſima Dominicanorum Familia *in libello de Miſſa valore cap.* 26. Qui vt refert Philibertus Marchinus *de ſacrif. Miſſ. tract.* 3. *part.* 2. *cap.* 15. (alias 6. *num.* 4.) [Abſolutè affirmat, remoto ſæcularium ſcandalo ex Sacerdotum auaritia, poſſe ſine peccato pro vna Miſſa plura à diuerſis ſtipendia accipi.] Quod ante illum tenuerant Caietanus, & Syluester, quibus citatis putat probabile Corradus 1. *part. Reſp. caſ. quæſt.* 22. *in additionibus:* quia contrariam, quam ſequitur, dicit tutiorem. Verba eius ſunt. [Hæc opinio huius Doctoris Ioannis Viguerij (nempe contraria) cum ſit rationi valde conſona, ſatis mihi placet ob rationes adductas cōtra aliam propter diminutionem cultus Diuini, ideò tenēdam conſulerem magis quàm alteram, cum etiam tutior videatur.] Hæc Corradus, qui vt patet, contrariam tutam exiſtimat. Cæterùm P. Vazq. *de Euch. diſp.* 234. *cap.* 4. aſſerit non eſſe tutam in conſcientia. Et Nauarrus *in Manuali cap.* 25. *num.* 92. dicit eſſe doctrinam ſingularem, & vſu Eccleſiæ minimè receptam. [Quare (inquit Marchinus *ſup. numer.* 12.) in nulla prorſus Religione, etiam Reuerendiſſimorum PP. Prædicatorum, oppoſita ſententia vſu vllo recepta fuit, vt refert Sotus *in* 4. *diſtinct.* 13. *quæſtion.* 2. *articulo primo concluſ.* 2.]

7. Nihilominus nouiſſimè poſt decretum Vrbani VIII. opinionem Montagnoli, Caietani, & Syluestri amplectitur Thomas Hurtado *tom.* 1. *reſolut. moral. tract.* 2. *cap.* 4. *reſ.* 17. *num.* 187. & 188. Verba eius ſunt. (Si vnus det decem ſtipendia, & alius alia decem, dicendo decem Miſſas vtrique ſatisfacit ex iuſtitia, nec tenetur reſtituere.] Et *infra.* [Nec enim contra iuſtitiam eſt, pro pluribus ſtipendium accipere, & ſacrificium vnum offerre, neque etiam eſt contra fidelitatem, etiamſi promittam danti ſtipendium, quod pro nullo alio offeram. Et *inferius.* [Etiamſi apponatur Sacramentum de non applicando alteri; quia eſt iuramentum de re illicita.] Hactenus Hurtado. Quæ ſtare minimè poſsūt cum obligatione Decreti, quam ipſemet ſupponit *ſupra,* ac proinde neſcio, quâ ratione hæc opinio ſuſtineri potuit. Et hodie ceſſat omnis opinandi licentia; tam in eiuſmodi aſſertione, quam in reliquis ex aliis Doctoribus *ſupra* datis. Nam contra opinionem numero ſecundo relatam, & quæ poſt declarationem Eminētiſſ. Cardin. iuſſu Vrbani VIII. editam, inualuerat, pro duplici ſtipendio pro eadem Miſſa ratione applicationis ſpecialiſſimi fructus Sacerdoti correſpondentis, prodiit nuperrimè ſacræ Congregationis declaratio tenoris ſequentis.

8. *Cum Authores nonnulli ſcriptis ſuis etiā typis editis aſſeruerint, Sacerdoti pro alio Miſſam, receptâ eleemoſynâ, celebranti, licitum eſſe aliam eleemoſynam quoque accipere ab altero, cui partem illam fructus, ſeu valoris eiuſdem ſacrificij, ipſimet celebranti debitam, (ſpecialem nuncupatam) applicet; ac proinde hunc caſum decreto ſacræ Congrega-*

Digitized by Google

tionis Concilij, prohibente duplex pro vnica Miſſa ſtipendium, ſeu eleemoſynam recipi, non eſſe comprehenſum. Propterea Sacra Congregatio Eminentiſſ. ac Reuer. Dominorum S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, &c. Antedictam aſſertionem maturè examinauit, eadémque prorſus reprobatâ, ſub die vigeſimo quinto Ianuarij, anno milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo nono ſanciuit. Nulli Sacerdoti licitum, eſſe præfatâ ratione ſiue prætextu aliam eleemoſynam accipere, præter illam, quam accipit ab eo, pro quo Miſſam offerre tenetur: ac proinde caſū hunc eſſe comprehenſum in decretis, aliàs per eamdem Sacrā Congregationē Concilij editis, quibus prohibetur, ne duplex ſtipendium pro vnica Miſſa recipiatur. Quam Sacræ Congregationis ſententiam ad Sanctiſſimum Dominum noſtrum Alexandrum Papam ſeptimum relatam, Sanctitas ſua ſub die vigeſimo nono eiuſdem menſis approbauit, & decretum publicari, atque ad Epiſcopos, & Generales Relarium Ordinum tranſmitti iuſſit. Hactenus in declaratione Sacræ Congregationis Concilij.

9. Cæterùm in ea nil eſt, quod deroget conceſſioni, quā post euulgatam primam Eminentiſſ. Cardinalium declarationem anno ſequenti 1626. fecit Vrbanus VIII. Minimis S. ncti Franciſci de Paula, vt legata Miſſarum perpetua, exigua, & oneri annexo impatia, ad rationem quinquaginta ſcutorū monetæ Romanæ, pro quolibet Miſſa quotidiana reducerentur. Hanc conſtitutionem refert ad verbum Laurentius de Peyrinis *ad Conſtitut. 5. Vrbani VIII. pag. 494. tom. 2. privileg. Ordinis Minimorum.* [Hoc autem priuilegio (ait Marchinus) etiā aliorum Ordinum familiæ, quæ communicant in prædictis priuilegijs, perfruuntur.] Sic ille *tractatu 3. part. 2. de Sacrificio Miſſæ cap. 10. in fine.* Et idem ſentiunt Peyrinus, Petrus Marchantius Caſpenſis, Garcias, & alij. Licet contrarium cum Lezana teneat Antoninus Diana eos citans *par. 10. tract. 16. reſ. 67.*

10. An verò liceat aliquādo eidem Sacerdoti, pluries eodem die celebrare? Audiamus doctiſſimum M. Ioannem de la Cruz *in directl. 2. part. qu. 2 de ſacrif. Miſſ. dub. 3.* Vbi ſic ait. [Pluries ex rationabili cauſa licet eodem die celebrare. Primò, in Natali Domini. Secundò, ſi in feſto ſolemni Eccleſia non capit omnes fideles, & vnus eſt tantum Sacerdos. Tertiò, ſi poſt primam Miſſam occurrit defunctus ex more cum Miſſa ſepeliendus. Quartò, ſi ſuperuenit Epiſcopus, quē decet audire Miſſam quotidie. Imò, & ob peregrinos in die feſto. Quintò, ſi infirmus ſit cōmunicandus, & non ſit cōſecrata Hoſtia. Sextò, ſi in eodē die ſint duæ Miſſæ vna feſti, & al era vigiliæ, Rogationum, aut defunctorum, & ſit vnus ſolus Sacerdos. Ita D. Th. *ad 2.* Septimò, ſi ſint nuptiæ benedicendæ. Dicti caſus aſſignantur à Paludano *in 4. diſt. 1. quæſt. 2. art. 4.* à Diuo Antonino 3 *part titul. 13. cap. 6. §. 4. & 5. artic. 2.* Soto *diſt. 13. qu. 2.* Nauarro *cap. 25. num 87.* Victoria *num 96.* Syluest. *verb. Miſſ. 2.* Et in dictis caſibus ſupponitur, quòd Sacerdos ſit ieiunus, & quòd non ſit alibi Sacerdos, &c. In omnibus dictis caſibus præter primum, & ſecundum non apparet vrgens neceſſitas, ſed in his ſtetur conſuetudini.] Hæc Crūz. Circa Ieiunium naturale ad celebrandum requiſitum. Vide *infra tract. de ieiunio propoſ. 2, n. 10.*

PROPO

PROPOSITIO III.

Poſt decretum Vrbani poteſt Sacerdos, cui Miſſæ celebrandæ traduntur per alium ſatisfacere minori ſtipendio. Bordonus Ieſuita *in Conſiliis regul. reſolut.25.num.28.*

1. ℞. ANte decretum plures doctiſſimi tenuerunt M. Sotus *de iuſt. lib.9.qu.2 corollar.* [Verum poſſit Paſtor, qui curam habet animarum, cuique ſubinde imminubit eiuſmodi functio, ex pitantiis portiuncularum ſibi vſurpare, imminutaſque mercenario porrigere? Et reuera ſi iuſtum ſtipendium mercenario relinquatur, non video in hoc apertam iniuriam, quandoquidem pitantiæ omnes Parecio conferuntur, qui ſubinde, vt Miſſarum debitor, quo potuerit honeſto ſtipendio, poteſt mercenarios ad eas celebrandum conducere.] Hæc Sotus, cuius fundamentum, licet pro omnibus militet, quoad Parochos tantum id eum tradere dicit, M. Corradus *2.part.Reſp.Caſuum, q.154.* Verum quoad omnes Sacerdotes tenet apud ipſum doctiſſimus alter ſodalis, vt ipſemet refert. [Sed R. P.F. Bartholomæus ab Angelo Ordinis noſtri Prædicatorum, *in quodam ſuo libello*, ſic dicit. Reuera ſi iuſtum ſtipendium mercenario relinquetur, non video in hoc apertam iniuriam, ſi qui dedit pecuniam, dedit vltra quam dari ſolet, & ſaltem implicitè contentatur, & ſibi retinet illud plus pro ſuò labore.]

2. Idem tenet, M. Zanardus *in direct. part.1. de Euchar. c.13.* ibi, [Septimò dico. Quamuis habeat ſpeciem turpis lucri accipere pinguem Cappellaniam, vel eleemoſynam à conſanguineis defuncti, & poſtea per non totum receptum, ſed per minus, per alios ſatisfacere, vt ſi mihi darentur duo Iulij pro quolibet Sacerdote celebraturo tali die pro defuncto, & ego ſolum vnum Iulium cuilibet Sacerdoti darem, alios Iulios pro me retinendo, &c. Tamen factum tenet, nec ad aliquam reſtitutionem obligat, quia ſatis eſt, quod fiat Sacrum in ſuo valore, & quia tranſlatum eſt in me dominium. Vnde poſſum facere de meo, quod volo.] Hæc ille. Et ante decretum tenuere plures alii, quos citat Diana *2.part.tract.14. reſ.11.* & de iure naturali verum eſſe, tradit cum pluribus, quos citat, Thomas Hurtado *tom.1. variar. reſol. moral. tract.2. cap.4. reſ.16.*

3. Poſt Vrbani decretum putat probabile Illuſtriſſimus, ac Reuerendiſſimus M. Acacius de Velaſco *tom.1. reſol.mor. verb.Capellania, reſ.152. nu.2.* Cum limitationibus traditis à Zanardo *ſupra* [*Eſta opinion, inquit, me parece a mi probable con que tenga las dos condiciones dichas.*] Nimirum quod ſit tranſlatum dominium, & quod fiat Sacrum eleemoſyna conſueta. Et abſolutè tenet Bordonus ab Anonymo *ſupra* citatus. Sic enim ait *num.28.* (Dico tradentem ſtipendium taxatum, retenta ſibi parte minori, aut etiam maiori, non peccare mortaliter, nec teneri ad inſtitutionem &c. Quia nulli infertur damnum,

neque

neque iniuria, ſed ſolum fit contra ſimplicem prohibitionem, quod non poteſt eſſe niſi peccatum veniale.] Hæc Bordonus. Fateor. Sed quid inde contra Ieſuitas? Bordonus non eſt Ieſuita, ſed Franciſcanus. En libri inſcriptionem. [Conſilia Regularium, Authore admodum Reuerendo Patre Fratre Franciſco Bordono Parmenſis Tertij Ordinis Sancti Fráciſci Regularis Obſeruantiæ, Sacerdote profeſſo, Doctore Theologo, ac Sanctij Officij Ciuitatis Parmenſis Conſultore.] Hæc ibi Patum iudicaſſes Ieſuitis opiniones impoſuiſſe, ni Authores etiam imponeres. Sed ne vel iſtum Doctorem tam acri cenſura carpas, vide Marchinum *tract.3. part.2. capitul.32. in fine.* Vbi ſic ait. [Audio tamen hoc decretum, quo ad hanc partem, in multis Italiæ locis, nec non in ipſa Alma Vrbe, à multis Collegiatis Eccleſiis non ſeruari.] Quia propter ſententiam Bordoni Doctores alij non infimæ notæ improbare non audent.

PROPOSITIO IV.

Conſuetudo aliquorum fidelium, qui dum vitam agunt defunctorum Miſſam, & Officium, ſibi quaſi mortuis applicari, decantari, & exequias celebrari curant, veluti ſuperſtitioſa extirpanda eſt. Layman Ieſuita *lib.3. tract.5. de Sacrif. Miſſ. cap.2. num.15.*

1. ℞. HAnc doctrinam defendunt Diana *5. part. tractat.13. reſol.2.* & Fraxinellus *de Sacer. obligatione ſect.4. prænot.4. §.4.* Qui multis probant talem conſuetudinem ritibus, & ordinationibus Eccleſię Romanę cōformem non eſſe. Quia Eccleſiæ, inquiunt, ſuffragia, ſiue preces, ſecundùm propriam, tum ſignificationem, tum inſtitutionem, referūtur ad ſolos mortuos, & intentio Eccleſiæ eſt vt Miſſa, quæ dicitur de Requie, & Officium funebre dicatur pro mortuis, tā ad eum finem Collectæ, & preces factæ ſunt. Sacerdos autem non poteſt mutare intentionem Eccleſiæ. [Ergo inutiliter (inquit Layman) ne dicam ſuperſtitioſè dicūtur pro viuis, quippe prętereaut contra Eccleſię intentionem.] Vide Dianam *vbi ſupra,* qui his prææactis concludit. [Hæ ſunt tationes quas pro ſua firmanda ſentētia adducit Layman, quam libenter ſequor, & docet etiam Fraxinellus.] Et ex Doctoribus qui contrariam amplectuntur, nonnulli ſic limitāt. [Dūmodò non dicātur orationes quæ demonſtrant aliquem iam mortuum.] Ita Zerola, & Homobonus, quos ſequitur Barboſa *in Collectan. Doctorum in Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap.2. n.10.*

2. Quod verò pro defunctis in Purgatorio exiſtentibus vtiliter dicantur, fide ſanctum eſt ex Conc. Trid. *vbi ſup. cap.2. & can.3.* Sed quæres. An ſuffragia exiſtentibus iam in inferno proſint? Reſpondet M. Corradus *1. part. Reſp. caſ. q. 264.* [Tutius eſt ſimpliciter dicere quod ſuffragia non proſint damnatis, nec pro eis Eccleſia orare intendit.] Hæc ille, qui vt patet, oppoſitam ſententiam probabilē,

&

& tutam exiſtimat. Non tamen videtur conformis Conc. Tridentino *ubi ſup ſeſſ.22. cap.2.* dicenti. (Pro defunctis nondum ad plenum purgatis rite, iuxta Apoſtolorum traditionem, offertur.) Vnde M. Bartholomæus Sibilla ex eodem Prædicatorum Ordine *in Speculo peregrinarum quæſtionum quæſt.13. tertij capitis*, nonnullos pro hac ſententia referens, carpit, ſubnectens. (Antiquas, & oblitas poſitiones ſuſcitare cupientes.) Vide Marchinum *de Sacrif. Miſſ. tract.3.part.2.cap.9.n.12.*

3. Cæterum D. Thom. *in Addit. ad 3. part quæſt.71. art.5. §. Sed hoc iterum.* Prædictam ſententiam tanquam probabilem, & tutam admittit dicens. (Sed tamen modus, qui à quibuſdam ponitur, quod ſuffragia proſunt damnatis, poſſet aliquomodo ſuſtineri; vt ſi dicatur, quod non proſunt, neque quantum ad diminutionem pœnæ, vel interruptionem, &c. Tutius eſt ſimpliciter dicere, quod ſuffragia non proſunt damnatis, nec pro eis Eccleſia orare intendit ſicut ex dictis Authoribus apparet.) En probabile iudicat D.Thom.quia contrarium vocat tutius. Nihilominus M.Sotus 4.*diſt.45.qu.2. art.2.§.Quapropter* à probabilitatis finibus extermınat dicens. (Et ſi D.Thomas moderatè dixit tutius eſſe, &c. Quia ſuo tempore in opinionibus id verſabatur, tamen iam nunc aſſerenda eſt concluſio, vel tanquam Catholica; vel tanquam Catholicæ proxima, falſem de iure communi) Hæc M.Sotus.

4. Cæterum licet Sacrificium Miſſæ nullatenus pro damnatis offerri poſſit, certiſſimum eſt pro viuis omnibus fidelibus, etiam peccatoribus (exceptis excommunicatis non toleratis) licitè, & vtiliter offerri, vt docent communiter Theologi. Imò ſunt, qui exiſtiment, virtute huius Sacrificij, immediatè, & proximè, & ex opere operato remitti peccata mortalia, & infundi gratiam habitualem illis pro quibus offertur dummodo per attritionem diſpoſiti reperiantur, ſicut fit virtute Sacramenti Pœnitentiæ. In hanc ſingularem ſententiam inclinat M. Petrus de Soto *lect. 7.de Eucharistia*, & amplectitur M. Ambroſius Catharinus *Opuſc. de Sacrificio Miſſæ*, (quod videre non potui) vt referunt M. Cano *lib.12.de locis, cap.13.* M.Didacus Nunno Cabezudo *in 3.part. quæſt.83.art.1. dub.6.* & P.Henriquez *lib.9 de Eucharistia,cap. 14. in Gloſſa lit. K.* Vbi alios recenſet Authores dicens. (Et probabile dicunt Mantius, Sancius, & fauent Soto, & Corduba, dum admittunt per Miſſam conferri alteri augmentum gratiæ ex opere operato.) Verum prædictam ſententiam omnes reiiciunt P. Henriquez dicit eſſe falſam M.Canus eſſe delirium contra omnes Theologos, qui vno ore, animoque diſſentiunt, (Ex quo, inquit, Ambroſii Catharini deliratio patet.) M. Nunno appellat erroneam; & ſic alij.

R PROPO

PROPOSITIO V.

Qui in diebus feſtibus aſsiſtit ſacro, ab Offertorio vſque benedictionem, ſatisfacit præcepto. Layman Ieſuita *lib. 4. tract. 7. cap. 3. num. 3.*

1. ℞. PAter Layman non tuetur hanc ſententiam, ſed refert pro illa Amalarium *lib. 3. de Eccleſiaſticæ Officio cap. 36.* ipſe verò ait, [Ego nil contra communem ſententiam hic definio.] Fidelius ergo Diana 5. *part. tract. 14 reſ. 70.* Sed ſcribit [Obſeruat Layman (quod ego tamen non approbo) Amalarium ſignificare fideles graui culpæ damnari non poſſe ſi ab offertorio vſque ab benedictionem Sacerdotis interſint] Quid alij Doctores ſentiant? Audi M. Ioannem de la Cruz *in direct. 1. part. præcep. 3. art. 2 de Miſſa.* [Tenentur, inquit, ſub peccato mortali audire Miſſam in feſtis, ab Epiſtola, iuxta Nauarrum, aut iuxta D. Antonium *2. part. tit. 9. cap. 10.* & Ludouicum Lopez *tom. 1. c. 52.* & Manuel Rodriguez *verb. fieſtas*, ab Euangelio vſque ad communionem finitam, & qui alia omittit, ſatisfacit Miſſæ, etſi peccat venialiter ob paruitatem materiæ omiſſæ.] Hæc Cruz.

2. An verò ſatisfaciat, qui omiſſo etiam primo Euangelio aſſiſtit ab Offertorio vſque ad Euangelium vltimum incluſiuè. Reſpondet affirmatiuè M. Zanardus 1. *part. de Euchar. cap. 16. §. 6.* ibi. [Qui non audiuiſſet Euangelium poſt Epiſtolam, ſatisfaceret audiendo Euangelium Ioannis, & ſic non omiſiſſet partem notabilem Miſſę.] Idem tenent plures alij apud Dianam *5. p. tract. 14. reſ. 70.* inter quos Fauſtus *de Euchariſt. lib. 2. q. 86.* & ipſe Diana dicit, hanc ſententiam non eſſe improbabilem. [Vnde inquit, non damnarem de mortali, qui Miſſam poſt dictum Euangelium audiuit vſque ad finem.] Cui ſatis fauent D. Antonius, Ludouicus Lopez Rodriguez, & Ioannes de la Cruz *vbi ſupra*; dum vltimo Euangelio aſſiſtere, non iudicant neceſſarium ad impletionem præcepti Si enim intereſſe vtrique nemo tenetur ſub mortali, cur vni præ alio? Et ita expreſsè tenet. M. Acacius de Velaſco *tom. 1. reſol. moral. verb. fieſtas reſol. 346.* [*La razon*, inquit, *es, porque ninguno eſtà obligado a oyr dos Euangelios en vna Miſſa, y oyendo el Euangelio vltimo de San Iuan, parece que con eſſo recompenſa el primer Euangelio que no oyo.*] Subnectit vero. [*Pero eſta licencia, ò eſtenſion raras vezes ſe ha de admittir, pero deſpues de hecha no ſe ha deſechar.*] Verum ad quid poſt bellum auxilium?

3. Iam quomodo hæc cohæreant cum præcepto Eccleſiaſtico audiendi totam, ſeu integram Miſſam? Reſpondes D. Antoninus 2. *p. titulo 9. c. 10. §. 1. dub. 7.* [Septimum dubium eſt de eo, qui dimittit aliquam partem Miſſæ, purà introitum Miſſæ. Videtur quod non ſatisfacit, quia *c. Miſſas.* Dicitur. (Totas) id eſt integras. Reſpondetur, quod modicum pro nihilo reputatur. Ideo dicendum eſt, quod talis iudicatur ſeruator præcepti, ſed ſi dimitteret notabilem partem (attende) purà mediam, vel tertiam partem, ſecus] Idem

tradit

tradit Syluest. *verb. Miſſa 2 num.* 1. ibi. [Dicitur *totus*, id eſt integras partum pro nihilo reputato.] Vnde ſecundum Archi, præceptum non obſeruat, qui partem notabilem omittit, putà medietatem, aut tertiam partem; ſecus qui modicam. Cum autem ſecundum omnes, ad fractionem præcepti opus ſit, partem notabilem omittere, qui medietatem, aut tertiam partem non omittat, non peccabit lethaliter, ſecundum citatos Authores. In hoc principio fundatur *ſupra* relata Doctorum opinio pro accedēte poſt primum Euangelium, quam ſequitur etſi cum formidine Layman *vbi ſupra*, dicens. [Duriuſculum videri ſi hominem, qui circa Offertorium ad Miſſam acceſſit, peccati mortalis damnemus, quod reliqua neglexerit, ſecluſo contemptu: quando quæ principalia in Miſſę Officio ſunt, attentè audiuit. Et ita etiam ſentire videtur Martinus de San Ioſeph *in Monitis confeſſ. tom. 1. lib. 2. tr 9 de orat. n. 1* Vbi ait[*A otros les parece, que oye Miſſa, el que llegā a oir deſde el Ofertorio: porque juzgan que todo el principio con el Euangelio incluſiuè no es materia graue, y en todas las morales es razon aliuiar las conciencias, auiendo razon para ello, & ſententia humanior eſt tenenda.*]

4. Si autem inquiras: Quos liget hoc præceptum? Vide D. Antoninum 2. *part. titul. 9. cap. 10. § 1. dub. 1.* vbi ait. [Verum teneantur Clerici, & Religioſi ad præceptum audiendi Sacrū?] Reſpondet. (Videtur quod non, quia textus dicit.) Sęculares, (Ergo, qui nō ſunt laici non obligatur. Quod ſentire videtur Ioannes de Biblia *in quod. 1 quodlib.* Sed tutior, & rationabilior eſt opinio Archi. Si enim tenentur laici, multo magis Clerici, & Religioſi.) Sic illi. Cuius opinionem, ne tutiorem, certiſſimam dicito. Et circa præceptū audiendi Sacrum, non audias M Tabienam, & M. Turrecrematam; licèt aliàs viros doctiſſimos ex Ordine Prædicatorum, ſicut neque Angelum, Ricardum, Roſellam, & alios, qui (vt refert eos citans Machado *tom. 1. li. 2. part. 4. tract. 1. docum. 1. § ſi bien Angelo*) aſſerunt non aſſiſtentes Sacro in diebus feſtis non peccare mortaliter, niſi ex conſuetudine omittant. Hāc enim opinionem non pauci erroris inſimulant Et ſanè ſtrictior eſt opinio Amalarij, quam omnes reprobant.

5. Circa attentionem requiſitam ad impletionem huius præcepti, ſic diſcurrit M. Sotus *in 4. diſt. 13. qu. 2. art. 1.* [Hinc colligitur attentiorē, quæ ſub præcepto neceſſaria eſt ad audiēdam Miſſam, non eſſe tantam, quanta in Officio Canonico perſoluēdo requiritur, ſed ſat eſt quod ſit actus humanus. Quocirca (attende) quamvis indecentia ſint colloquia inter audienda Sacra, non tamen propterea tranſgreſſio fit præcepti. Poſſent tamē voces, & cachium in tantū prorumpere, vt per ſe eſſent peccatū irreuerentię, & ſcandali.] Hæc Sotus, & ante illum Caietanus, quem citatum ſequitur M. Corradus *in Reſp. t. q. 198.* Vbi ſic inquit [Reſpōdetur tamen ex Caietano *in opuſc. tom. 1. tr. 6. qu. 1.* vnà cum Soto *in 4. diſt. 13. qu. 2. art. 1.* quòd ſufficiat Miſſæ eſſe præſentem, vnde qui longè ſtat eam non audiens, vel cū alio loquēs, nō propterea eſt præcepti trāſgreſſor.] Verum, iure optimo *paulò infra* in contrariam ſentētiam inclinat cum Syluestro; qui *verb. Miſſa in fine.* Negat poſſe ſatisfacere, ſi in notabili parte Miſſę aliis intendir, quæ diſtrahunt à Miſſa, vt ſunt nugationes, va-

R 2 niloquia,

niloquia,& ſimilia,quæ ſcandalizant. Et hæc opinio, inquit, magis mihi placet.] Sed cui iam contraria placebit?

6. De Miniſtro ad celebrationem Miſſæ,dixit Nauarrus, quem citatum ſequitur Zerola *in Praxi Epiſ. part.* 2. *verb. Miſſa*,§.3. Non eiſe neceſſarium de iure Eccleſiaſtico, Sed communis Doctorum ſententia contrarium tenet cum D.Thom.3. *part.qu.*113.*art.*5. *ad* .2.imò & quod debet eſſe vir. Non inficior oppoſitum docere M.Nugnũ Cabezudo 3 *part. quæſt.*°3. *art.*3.*dub.*1. Vbi contra aſſeruit fœminam poſſe immediatè & proximè Sacerdoti miniſtrare. Verum Citius (inquit. M. Soto *in* 4.*diſt.*13. *quæſt.*1.*art.*5.) auderem egomet mihi reſpondere, & miniſtrare,quam fœminam ad id munus admittere.

7. Circa locum ad celebrandum. Videatur.M. Sotus *ſupra artic.*3. *à* §. *Circa,hoc.* Vbi inquit. [Vtrùm celebrare in locis non conſecratis, & benedictis,nempe extra Eccleſiam,ſine Papæ, vel Epiſcopi Facultate, ſit peccatum mortale? Cui ſic ſatisfacit. [Ad hoc reſpondetur primum. Quod de licentia Epiſcopi, etiam citra neceſſitatem,licitum eſt:Item ex neceſſitate, etiam ſine licentia Epiſcopi,& ita tenet Syluester *verb. Miſſa* 1. §. 5. tametſi vbi de licentia haberi poteſt, condecet, vt petatur. Q.inimò non opus eſt magna neceſſitas, vt peccatum mortale excuſetur,&c. Imò verò (attende Lector) vbi nullus ſit contemptus, vel ſcandalum, vix arbitror poſſe contingere peccatum mortale per celebrationem extra Eccleſiam. Sed præter neceſſitatem ſunt, & priuilegia. Prædicatoribus enim, & Minoribus indultum eſt, vt cum altari portatili poſſint etiam ſine licentia Epiſcopi extra Eccleſiam celebrare. Iam verò modo per Pontificum diplomata ratione Cruciatæ quibuſvis conceſſum eſt,vt intra lares proprios Miſſas facere poſſint celebrari. Atque vbi aliqua neceſſitas incumberet, nil irreuerentiæ tales conceſſiones haberent.] Hæc M. Sotus.

8. Tanti Doctoris patrocinio freti non defuerunt, qui dixerint, quemlibet virtute Cruciatæ, (nempe in Regnis in quibus publicatur) poſſe in domo ſua erigere Oratorium, quod ab Epiſcopo deſignetur, & approbetur, vt in eo Miſſas celebrare facere poſſit. Quam opinionem cum Garzia, & Luce à Cruce, quos citat,defendit Thomas Hurtado *tom.* 1. *reſol. moral. tract.*12. *cap.*1. §.4.*num.*1136 & 1142. An vero hæc ſit M Soti expreſſa ſententia? Non affirmo. Tu cogita ex verbis illis. [Ratione Cruciatæ quibuſvis conceſſum eſt, vt intra lares proprios Miſſas facere poſſint celebrari.] Et *inferius.* [At verò quod vniuerſi citra delectum huiuſmodi conceſſionibus vtantur, reuera non poteſt non reuerentiam Sacroſancti Sacramenti denigrare, & quandam præ ſe ferre contemptus effigiem.] Hæc ille. Quapropter hanc opinionem tribuunt Soto, Diana *parte* 9. *tractat.*1. *reſolut.*23 & Palao, qui eam ſequitur, *tom.*4. *tractatu* 15. *diſputatione vnica*, *punt.*6. *num.*1. Sed ego potius negarem cum communi Theologorum,talem conceſſionem in Bulla Cruciatæ contineri, ob reuerentiam ſaltem Pontificis, vniuerſis citra delectum priuilegia Cruciatæ concedentis.

EX

EX TRACTATV DE IEIVNIO.

PROPOSITIO VI.

Qui habent priuilegium edendi oua, & lacticinia in Quadrageſima, poſſunt edere lardum, & ſagimen. Azor Ieſuita *lib.7. cap.10.q:8.*

1. R. HANC opinionem doctiſſimi Viri defendunt Syl-ueſter *verb. Ieiunium quæſt.5. §.* 2. Vbi cum Hoſtienſi tenet. [Quòd cuicumque conceditur vſus ouorum, & caſei, conceſſus intelligitur vſus ſaginiinis, ſeu lardi.] Quem ex eodem Prædicatorum Ordine ſequuntur M. Dominicus Baltanas Prouincialis ſuæ Beticæ Prouinciæ in Hiſpania *in Apologia Hiſpalis edita anno* 1557. Sanctus Raymundus, & alij apud ipſum, & M. Tabiena, quem cum pluribus citatum reperies apud Dianam 1.*part. tract.9. reſol.* 21. & apud Leandrum à SS. Sacramento *de praeceptis Eccleſiæ tractat.5. diſputat.2.* Quibus conſentit M. Conradus *in Reſp.caſuum part.1. quæſt.150.in Addition.* Vbi cum ſententiam Hoſtienſis, verbis *ſuprà* datis, referat, nec illam refellit, nec contrariam proponit. Et expreſsè cum M. Victoria, tenet M. Bartholomæus de Medina *in inſtruct. Confeſſ.libro 1.capite 14.§.10.in fine.* Vbi ſic. [*La licencia de comer huenos, es tambien para comer butyro: de adonde collegia prouablemente el doctiſſimo P. Victoria, que ſe puede guiſar con manteca de puerco. Mas el vſo eſtà en contrario.*] Stant etiam pro hac ſententia Panormitanus, & Gloſ. *in cap. Presbyter*, vt ait Syluester. Item Angelus, & Roſella, vt teſtatur M. Baltanas *ſup.* & putant probabilem Bolſius *tom.3. de Ieiunio titulo 21. tract.9. num.61. poſt medium*, & amplectuntur Ananias, Felinus, Corſettus, Ouandus, & alij, quos citatos ſequitur nouiſſimè Sebaſtianus Sachus ex Ordine Minorum *in Faſciculo Florum lib. 1.tr.3. cap.11.num.91.fol.mihi* 336. Et vt probabilis proponitur à Machado *tomo 1.lib.2. part.4. tract.3.doc.4.num.5.* Vbi plures in margine citat. Et ſaltem, quod ſanguinis vſus licitus ſit, defendunt Paſqualigus *in praxi ieiunij deciſ.74.n.4.& 6.* Et Barboſa *in cap. Presbyter.num.2.* Vbi ſic ait. [In Gloſſa [*Sagimine*] notatur ad hoc, quod illis diebus, quibus licet comedere oua, & caſeum, licet etiam comedere ſagimen, vt per Syluestrum, &c.]

Google

Idque putat probabile Leander à SS. Sacram. *in 5. præcep. Eccleſ. tract. 5. diſput. 2. quæſt. 35.* & ſequitur Diana 1. *part. tract. 9. reſol.* 21. Vbi ſic ait. [Non ignobiles Authores probabiliter docent, quod in illis diebus, quibus ex aliquo priuilegio liceat comedere oua, caſeum, & cætera lacticinia, liceret etiam comedere lardum, & ſagimen. Ita Gloſſa, Abbas Hoſtienſis, Syluester, Tabiena, Bertachinus, Auiles, & alij apud Henriquez, qui aſſerit ita reſpondiſſe aliquos Archiepiſcopos Hiſpaniæ, qui de hac re conſului fuerunt.]

2. Sed quid dicendum de non habentibus priuilegium edendi oua, & lacticinia? Reſpondet Syluester *vbi ſupra.* [Secundum Petrum de Palude, Britones comedentes in Quadrageſima butyrum, videntur excuſari, quia in illis partibus, quibus Eccleſia diſpenſare poteſt, ſciendo, & diſſimulando diſpenſat.] Et *paulò infrà.* [Vnde cum Eccleſia neque eis prohibeat, nec prædicet eos malefacere; & ſi aliud priuilegium non habeant; excuſantur.] Hæc Syluester: quem ſequitur M Tabiena, *verb. Ieiunium nu.* 8. citans Paludanum, & D. Antoninum.

3. Qua autem ætate pueris carnes, & oua prohibeantur? Vide doctiſſimum M. Serra 2 *p. 10. 2 q. 9 § art.* 1. Vbi ſic ait Magiſter [Sotus *in 4. diſt. 12. q. 1. artic. 11. ad finem corporis,* loquens de præcepto Eccleſiaſtico ſumendi Euchariſtiam, ait. Pueri non obligantur vſque ad duodecimum annum, quando aliis tenentur Eccleſiæ legibus. Idem dicit *diſt. 18. quæſt 1. art. 3. ad finem corporis*, loquens de præcepto Eccleſiaſtico Confeſſionis Sacramentalis. Ex quo ſequitur, pueros vſque ad hanc ætatem, etiamſi vſum rationis habeant non peccare carnes, aut lacticinia in diebus prohibitis comedentes; quod expreſſe dicunt multi recentiores.] Hæc M. Serra, quæ ſunt valde notanda.

PROPOSITIO II.

In collatione ſerotina poteſt licitè ſumi quarta pars eorum, quæ ieiunanti ſufficerent ad prandium. Reginaldus Ieſuita *in praxi tom. 1. lib. 4. cap. 14. dub. 10. num.* 185. Layman Ieſuita *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 8. cap. 2 num. 9.*

1. ℟. PRædictos Doctores non fuiſſe loquutos de prandio, ſed de cœna, ad quã longè minor quantitas ſufficere ſolet, & debet. [Quarta, inquiunt, pars eorum, quæ ieiunanti ſufficerent ad ordinariam ſuam cœnam.] Cum autem communiter vix ad triginta duas vncias, hominum cœnam ſoleat aſcendere, ideò communis opinio concedens vncias octo non longè eſt ab hac opinione. Præterquam quòd, circa quantitatẽ collationis, variè loquũtur Doctores. M Nicolaus Moſcicẽſis ex præclariſſima Prædicatorum Religione *in Tyrocinio S. Artis Pœnitentiariæ part. 2. præcept. 2 num. 12.* Sic ait. [Hæc autem quantitas non eſt taxata, ſed arbitrio

bonæ

bonæ conſcientiæ relicta, attentis circumſtantiis locorum, temporum, perſonarum, & occupationum.] Giptius *in Theſauro tom. 2. verb. Ieiunium, c. 1. quæſtio. 4.* (Quantitas non eſt determinanda, ſed relinquenda eſt conſcientiæ vniuſcuiuſque, quia cum diuerſæ ſint complexiones hominum, quantitas determinata poterit eſſe deficiens vni, ſufficiens alteri, & excedens alteri.) Ex quibus, & ex Ioanne Sancio; Diana *part. 1. tractat. 9. reſol. 1. in fin.* ſic ait. (Ioannes Sancius *in Selectis* notat, licere nobilioribus ob ademptam conſuetudinem aliquantulum largiorem, quàm plebeis refectiunculam veſpertinam accipere; ſolent enim eſſe debilioris valetudinis, & aſſueti pluribus epulis.) Ioannes Henriquez Auguſtinianus *in Practicis quæſtion. ſect. 16. quæſtio. 4.* (*La cantidad, inquit, de las ocho onzas no ſe ha de entender con las frutas muy humedas, como ſon vuas, y çiruelas freſcas, y coſas ſemejantes, porque doze onzas deſtas frutas muy humedas, ſon ocho de las frutas ſecas.*) Omitto quoad quantitatem collationis, ſtandum eſſe conſuetudini vniuſcuiuſque Prouinciæ, vt docet Syluester. *verb. Ieiunium num.* 10. & plures alij. Et forſan in ea, quam Layman, & Reginaldus coluere, prædicta conſuetudo vigebat.

2. Quoad qualitatem ciborum, ſunt qui exiſtiment (licet contra communem Theologorum) eandem, quæ in prandio, in collatione licere; ac proinde caſeum, lac, & piſces. Ita Petrus Marchantius *in Tribun. Sacram. tom. tractat. 2. tit. 5. quæſtio 5. dub. 1.* (In collatione, inquit, veſpertina de qualitate cibi non eſt alterandum, ſed de quantitate duntaxat.) Giptius *in Theſauro animæ: tom. 2. verbo Ieiunium, capite 1. quæſtio. 4.* (In ientaculo ſerotino non refert, quid quiſque ſumat, ſi modum non excedat, dummodò non ſit aliquis ex cibis vetitis, vnde poterit comedi caſeus piſciculi parui, vel pars exigua piſcis grandis, iuſculum etiam aliquod, & tandem quidquid magis vnuſquiſque putat prodeſſe ſuæ complexioni.) Caietanus *in ſum. verb. Ieiunium.* (Ad hoc videtur Serotinum ientaculum reductum, vt non referat quid quiſque ſumat, ſi modum non excedit.) Idem tenent Iacobus Marchantius, Ioannes Wigers, Bonacina, Zambellus, Paſqualigus, & apud illum Caietanus, & Bizozerus & putant probabile Trullenc, & alii, quos citat Diana *part. 9. tractat 6. Miſcel. reſol.* 8. Quibus adde M. Acacium de Velaſco *tom. 1. reſol. moral. verb. Aiuno, reſol.* 32. Sequitur M. Nicolaus Moſcienſis *ſupra* citatus *numero* 22. *fol.* 97. dicens. (Materia collationis olim ſoli fructus erant; nunc autem ſumat quilibet quod vult, nil refert, dummodo paruitas apud pios recepta non excedatur, & non comedatur id quod ad nutriendum potiùs valet, vt legumina, & piſces, quamvis etiam hæc in modica quantitate non obſtarent ieiunio, nec collatio in cœnam tranſiret.) Idem ſentit Boſſius *de triplici iubilæo ſect. 4. cap. 18. numer.* 132. Vbi ait (Non negarem etiam in Quadrageſima, vbi quis eſſet diſpenſatus quoad lacticinia, poſſe vnà cum pane adhibere parum caſei in collatione. Denique plures citans hanc ſententiam tuetur Marcus Vidal. *in Arca vitali tract. de ieiunio nu.* 115. & 140. *fol. mihi* 209. & Angelus Maria Vercelli *in quæſt. moral. tom. 1. tract. 5. quæſt.* 5.

Digitized by Google

diam carnis vnciam circiter, & moraliter ponderatam eſſe materiam paruam.

5. Notentur hæc pro opinione aſſerentium potionem vulgo nuncupatam (Chocolate,) ratione tantum paruitatis materiæ poſſe in diebus ieiunij à lethali excuſari, vt docent Eſcobar *in ſum. tract. 1. exam. 13. cap. 3.* Vbi ait. (Eiuſmodi potio ſed nodum craſſa in notabili quantitate ieiunium violat, verum chocolate liquidum adeo, vt vnicæ potioni vncia vna adhibeatur ſaccharo neceſſario, potus eſt, & abſque ſcrupulo abſumi poteſt.) Et Diana 5. *parte tractat. 5. reſol.* 11. [Notandum eſt hîc obiter contra Turrianum *in ſum. part. 1. capitul. 156. dub. 24. concluſ. 4. & 7.* potionem in Hiſpania dictam *Chocolate*, frangere ieiunium niſi excuſetur ex paruitate materiæ, vt ego docui *part. 4. tract. 4. reſol. 194.* Et nouiſſime docet Antonius de Leon *in ſua erudita Queſt. moral. del chocolate parte 3. numero 20.*] Idemque docet Remigius *in practic. Confeſſ. tract. 3. part. 3. §. 1. numero 1.* & alij.

6. Vide tamen Leandrum à SS Sacramento *de pracep. Eccleſia tractat. 5. diſp. 5. queſtio* 5. Vbi fauorabilius loquitur, dicens. (Mixtum ex Chocolate, & aqua frangere ieiunium, ſi excedat in illo materia comeſtibilis, & ſumatur in magna quantitate. Si vero è contra in illo mixto ſit maior materia potabilis ſeu quantitas aquæ, tunc non franget ieiunium, quamtumuis ſumatur in quantitate magna, & quoties libuerit, quia ex ſe eſt potus.) Hæc ille. Et poſt illum, idem tenent Diana *part. 11. tract. 6. Miſcel. reſ. 53.* Quidquid antea ſcripſerit.

7. Sed abſque vlla limitatione loquuntur alij Mag. F. Auguſtinus Dauila Padilla, ex Prædicatorum Ordine *in Hiſtoria cui titulus* [*De la fundacion, y diſcurſo de Santiago de Mexico, de la Orden de Predicatores*] *libro 2. capitulo 84. fol. 616.* [*Quando ſe beue, inquit por medicina, no ay duda ſino que puede vſarſe ſin eſcrupulo. La duda es quando ſe vſa por ſuſtento, que realmente le tiene muy grande. Yo he viſto la conſulta que ſe hizo ad Papa Gregorio XIII. por mano del docto, y ſanto Doctor Alpicueta Nauarro, a inſtancia del Procurador de la Prouincia de Chiapa, donde ſe començo eſta beuida, y conſer la relacion arto incarecida, reſpondio el Pontifice pordos vezes, que no que bramaua eſt ayuno. No digo eſto para dar licencia, ſino para dezir verdades,*]

8. Conſonat Ioannes Henriquez Auguſtinianus *in editione nouiſſima Queſtion. Moral ſect. 16. queſt. 17. numero 45.* Vbi ſic ait. (*Soſa vna coſa tiene en ſu fauor el Chocolate, y es, dezir del Thomas Hurtado al fin de ſu compendio, que el Padre fray Rafael de Luzan, Prouincial de Orden de Predicadores, dixo con iuramento: que el Padre fray Geronymo de San Vicente, de la miſma Religion, y Prouincial della, varon de ſingular virtud, le auia dicho, que ſtando en Roma en tiempo de Pio V. le auia preguntado al Pontifice, ſi la beuida del Chocolate quebrantaua el ayuno; y que le reſpondio.* [*Potus non frangit ieiunium.*] Refert etiam idem Hurtado, aliam declarationem Pauli V. qui in facta in eius præſentia mixtura, vt communiter fieri ſolet. Reſpondit. [*Hæc non frangit ieiunium.*] Ex quibus concludit Ioannes Enriquez *ſupra*

[Supueſto que teſtifican perſonas tan doctas, y de tanto credito, que la beuida del Chocolate no quebranta el ayuno, dando credito, a quien tan prudentemente ſe puede dar, no viene ya eſta beuida a quebrantar eſt ayuno.] Hæc ille.

9. Et ita tenent plures alij. Machado *tom.1. lib.2. parte 4. tract.3. fol. mihi* 429. [*La verdad, inquit, es que el Chocolate es breuida, y tanto, que caſi nadie haze eſcrupulo de tomarle el dia de ayuno.*] Thomas Hurtado *tom.2. tract.*10. *c.*2. *num.*13. (Sentio, inquit, valde probabile eſſe & tutum in praxi, ſumere potionem Chocolate, etiam aliquoties, & in magna quantitate.) *& cap.3. in fine, num.*34. (Clarè apparet probabilitas practica noſtræ opinionis; habet enim pro ſe plures Authores, cóſque grauiſſimos, quibus addidi in noua editione vulgari Machadum *in ſum.* Vbi dicit, ita ſentire communiter PP. Societatis, & ego addo, etiam ita communiter PP. Dominicanos) Quibus conſentit F. Ludouicus à Conceptione *in exam. veritatis tract. de reſtitut. caſu vltim. num.*16. *fol.*291. Vbi latè probat. Et ſupponit probabile Quintana-Duenas *tomo* 2. *ſing.*36. *numero* 8. & ante illum Ludouicus de Torres *in ſum. parte* 1. *cap.*256. *dub.*14. *concluſ.*4. Vnde Tamburinus *in præcept. Decalog. lib.*4. *cap.*5. §.2. *numero* 13. (Quia video, inquit, viros pios, Religioſos, ac doctos putare eam (nempe Chocolate) pro vt in Hiſpania; & Romæ eſt nunc in vſu, non violare ieiunium, nolo (idque propter authoritatem extrinſecam) hanc ſententiam à probabilitatis, ſecuritatiſque finibus repellere) Aduertere tamen oportet, Nullatenus licitum eſſe, oua immiſcere; quod poſſet aliquis cótendere ex doctrina & fundamentis, quibus Paſqualigus *deciſ.*85. *num.*3. probare conatur, in diebus, in quibus prohibentur oua, licere comedere panem biſcoctum in quacumque magna quantitate, ſecluſa etiam conſuetudine. Ex eo, nimirum, quod non prohibeantur, inquit, oua, niſi pro vt ſunt moraliter oua, hoc eſt non mixta in ſubſtantia panis, aut aliorum ciborum; & quia immixta ita exigua, & abſorpta in illo redduntur, vt nunquam cenſeatur quis veſci ouis. Quæ fundamenta falſiſſima ſunt, & contra omnes Theolog. vt bene probat Leander *in* 5. *præcep. tr.*5. *diſp.*3. *quæſt.*18. ac proinde niſi ratione paruitatis materiæ, quæ ad inſtar carnis menſuranda eſt, nequibit à lethali excuſari.

10. Rurſus aduertendum eſt, quod licet in ieiunio Eccleſiaſtico detur materia parua, non tamen datur in naturali ad communionem requiſito, vt contra M. Ioannem Pariſieſem, & Gotfredum, quos nouiſſimè ſequutus eſt Paſqualigus *deciſ.*335. dicens eſſe probabile, docent omnes Theologi. Qualiter verò id intelligatur. Audi Doctores M. Tabiena *verb. communicare,* §.49. (Id, inquit, quod præterito die intra os eſt ſumptum, etiamſi dictâ operâ deglutiatur in ſequenti, non ſoluit ieiunium naturæ, neque impedit perceptionẽ Euchariſtiæ) M. Bartholomæus ab Angelis *in examin. Confeſſ. dialog.*4. §.114. *lit. A.* (Quia dictum eſt de ſaliua, & de reliquiis cibi, dicendum eſt de eo, qui ſero accepit aliquid in ore pro voce, vel pro alio, quod remanet, non enim venit ab extrinſeco poſt mediam noctem, nec propter hoc ille non eſſet ieiunus.) Idem tenent Paludanus, Durandus, &

Gabriel, quos citatos ſequitur Bauni *in Theolog. morali, tractat.*10. *quæſt.*22. aſſerentes. [Solui non poſſe ieiunium, niſi ſumptione rei alicuius externæ, idque eo die, quoad refectionem, aut voluptatem accipitur.] Idem ſentiunt Sotus, Caietan. Petrus de Ledeſma & alij, apud Leandrum *de Euchariſt. diſput.*9. *tract.*7. *quæſt.*8. Et videtur ſententia D. Thomæ *in* 4. *diſtin.*9. *quæſt.*1. *art.*4. *quæſt.*2. *ad* 2. Vbi ait. (Ieiunium naturale eſt, quo quis ieiunus dicitur ante cibi ſumptionem illa die.) Addit verò *infra.* (Secundum communem ſententiam electuaria, & vinum præaſſumpta impediunt à perceptione Euchariſtiæ. Sed de aqua diuerſa eſt opinio. Quidam dicunt quod quia non nutrit, non ſoluit ieiunium naturæ; alij probabilius, & ſecurius dicunt, quod etiam poſt aquæ potum Corpus Chriſti non ſumendum eſt.) Hæc Angelicus Præceptor. Omnes autem reprobant opinionem M. Ioannis Pariſienſis aſſerentis nõ impedire perceptionẽ Euchariſtiæ, quod præaſſumitur per modum medicinæ, vt ex illo refert ex eodẽ Ordine. Syluester *verb. Euchariſtia* 3. *n.*6. & erroneã doctrinam eſſe ait Suarez *tom.*3. *in* 3. *part. diſp* 68. *sect* 4. Nec hodie probabile eſt, potum aquæ nõ frangere ieiuniũ; (quidquid fuerit tempore D. Thomę) vt tradunt cõmuniter Theologi. Vnde qui poſt mediam noctem aliquid cibi, vel potus ſumpſerit, nequibit ad Euchariſtiam accedere.

11. Animaduertit verò Caramuël, quod vbicumque fuerit vnum tantum horologium, licet bene regulatum, probabiliter poteſt credi, pluſquam horæ quadrante à veritate deuiare. Ita *in Regul. Sancti Benedicti num.*1324. idque iterum (contra Dianam *part.*7. *tract.*11. *reſol.*35.) multis ſuadere conatur *in Theolog. fundam. à nu.*128. *fol. mihi* 113. Caramuelem, ſequitur Paſqualig *deciſ.*338. *nu* 6. *& ſequentibus*, & alij recentiores. Vnde conſequenter aſſerunt, licitum eſſe poſt omnes pulſus duodecimæ horæ, per quadrantem comedere, & ſequenti die communicare. Quorum opinionem ad ſemiquadrantem limitat Verricelli *tom.*1. *quæſt. moral. tract.*1. *quæſt.*7. Et ſi plura ſint horologia, ad moram ſalutationis Angeli poſt tardioris pulſus. Sed Ieſuitæ cum communi Theologorum contrarium tenent.

12. Sed plus addit Paſqualigus *deciſ.*338. *n.*14. inquirit, quantum temporis poſt omnes pulſus horæ duodecimæ debeat reputari minimum ad hoc, vt cibi ſumptio non impediat communionem illius diei. [Quantum, inquit, temporis poſſit in tali caſu haberi pro minimo?] Reſpondet. [Hoc autem non debet eſſe aliqua integra hora.] Quid ergo, cõmunicare poterit, etiamſi per tres quadrantes poſt mediam noctem ientauerit? Apage. Ideò merito ſententiam Paſqualigi, vt improbabilem reiicit F. Ludouicus à Concep. *tom.*1. *exam. veritatis tract.* 2. *de reſtitut. caſu* 45. *nu.*36. *fol.*284. Et vt tales reiiciendæ veniunt, quas tradit *dec.*155. *&* 161. Nimirum, quòd in comedendo poſt mediam noctem, quando ſubſequitur ieiunium, aut ante mediam noctem, in die ieiunij, datur paruitas materiæ excuſans à lethali, videlicet infra ſpatium vnius horæ: & quod in vltima nocte Bacchanalium, Hiſpanè [Carneſtolẽdas] licitum eſt, differre cœnam vſque ad tertiam horam poſt mediam noctem: Eiuſmodi enim opiniones non bene audiunt apud Theologos.

PROPOSITIO VII.

Sutores ratione laboris excuſantur ab obligatione ieiunij. Leſſius Ieſuitā *de iuſtitia lib.4.cap.2.dub.6.n.16. Item Sartores, & Barbitonſores.* Fagundez Ieſuita *præcep.4.lib.4.cap.8.n.15.& 16.*

1.R. SVtores communis opinio excuſat. Bonacina, Gailinus, Trullench, Paſqualigus, Diana, & alij, quos citat, & ſequitur Leander à SS Sacrament. *in 5.præcep. Eccleſ.tract. 5.diſput.8.quæſt.66.* Sartores etiam, & Barbitonſores tota die laborantes ab obligatione ieiunij liberant M. Martinus de Ledeſma, apud Fagundez *ſupra*, Ioannes Henriquez *in ſum. ſect.16. qu.17.* Leander *vbi ſup. qu.69. & 70.* Machado & alij, quos *ibidem* refert, putántque apud ipſum probabile Paſqualigus, Trullench, & Diana, & non improbat Sylueſter *verb. ieiunium, num.4.* Vbi ait. [Adde quod Eugenius IV. (anno 1440.) circa hoc fecit magnam modificationem, indulgens quod artifices laborioſa opera exercentes, & ruſtici ſiue ſint diuites, ſiue pauperes, non teneantur ad ieiunium ſub præcepto.] Si autem aliqui ſunt artifices, quibus proſit indultum hi ſunt; nam aliis opera maximè laborioſa exercentibus neceſſarium non erat. Et vt bene notat M. Petrus de Ledeſma *in ſumm. tract. 27. capite 2. dub 3. poſt quintam concluſionem.* [*Quales ſean eſtos oficios, que no traen conſigo tanto trabajo corporal, quia à ieiunio de obliget, ſe ha de dexar al juizio del varon diſcreto, y prudecte.*] Expende, an prudentes ſint, qui Sutores, Sartores, & Barbitonſores de obligant, maximè accedente diſpenſatione Eugenij IV.

PROPOSITIO IV.

Fabriferrarij, & Feſſores, ſi à ſuis laborioſis exercitationibus aliquo die vacent, non tenentur in eo ieiunare. Azor Ieſuita *tom.1. libro 7. cap.17. quæſt.8.* Fagundez Ieſuita *in 4.præcep. Eccleſ.lib.8.cap.8. num.16.*

1.R. QVando eiuſmodi artifices ex labore diei antecedentis defatigati ſunt, aut debilitatem ad ſequentē timent, excuſat M. Petrus de Ledeſma *in ſum. tract.27. cap.2.dub.2. poſt 5.concluſ.* [*Si quedaſen, inquit, tan canſados del trabajo del dia paſſado, que no pudieſen a yunar, ò ſi fueſſe aſſi que ayunando el dia que no es de trabajo, quedaſen tan debilitados, que no pudieſen y trabajar el dia ſiguiente, no tendrian obligacion de ayunar, aunque no fueſſe el dia de trabajo.*] Et abſolutè abſque vlla limitatione

mitatione defendunt Diana 1. *parte tract.9.reſolut.9.* Trullenc, Paſqualig. Baſſæus, Ioannes Henriquez. & plures, quos citatos ſequitur Leander à SS.Sacramen *ſup.quæſt.6* 4.& conſentire videtur M. Ioannes de la Cruz, 1. *part.ſum. precep.3. art.4.dub.9.concl.2.* Voi ſic ait.[Intelligitur de laborantibus non pro ſolo die laboris, ſed etſi debent ſequenti die laborare, ne inefiant ad laborem.]

3. Idem tenent M. Bartholomæus de Medina *in ſumm. libro primo,capite decimoquarto,* §. *de iuno,* ibi: [*En eſto ſe ha de mirar, como queda el trabajador el dia de fieſta, porque ſi queda canſado como los otros dias, y ſi ayunaſe no tendria fuerças para trabajar el dia ſiguiente, como acontece lo ordinario, no eſtarà obligado.*] Sic ille. Quem citatum in margine ſequitur P.Azor *vbi ſuprà.*[Quæſtio, inquit, eſt an lege ieiunij teneantur operatij eo die, quo diurnum laborem intermittunt? Reſpondent quidam, arbitrio boni viri eſſe rem decernendam, ita vt tuto aliquando ieiunium ſoluant,ne inepti ad labores, & operas in poſterum reddantur, & quia ex labore præterito nimitum defatigati ſunt. Probabilis opinio.] Hæc P.Azor.

PROPOSITIO VI.

Mulieres prægnantes, & lactantes, quamvis robuſtæ,non tenentur ieiunare. **Reginald. Ieſuita** ***in praxi tomo 1.libro 4. capite 17. numero 210.***

1.R. Hanc ſententiam nullâ adhibitâ limitatione defendunt Caietanus *in ſum. verb.ieiunium,* ibi, [Excuſantur mulieres prægnantes, & lactantes, quia egent alimento multiplici, ſicut illi, qui creſcunt, ſcilicet pro ſe. & pro fœtu, ſeu prole. Et tranſcriptis verbis, M. Ioannes de la Cruz,*in direct.1.part.precep.3.art* 4. *dub.9.* [Excuſantur inquit, prægnantes, & lactantes, quæ egent multo cibo, pro ſe, & fœtu.] M. Corradus *in Reſp. caſ.1.part. quæſtione 250.* (Excuſantur mulieres prægnantes, & lactantes.) Idem tradunt Paludanus, Nauarrus, & Gabriel, quos citatos ſequitur Molfeſius *tom 1.ſumm. tractat.10.capite 4.numero* 40. Item Richardus, Angelus, Roſella, Tabiena, Vega, Graffius, Syluius, Villalobos, Diana, Llamas, Angles Bonacina, Trullenc, Ioannes Henriquez. & alij quamplures, quos refert Leander à SS.Sacram. *in 5.precep.tract.5. diſp.8. quæſt.54.*

2. Et in terminis, quod, licet robuſtæ, non teneantur, tradunt Gabriel, Paludanus, Nauarrus, Angles, Trullenc, & Paſqualigus, quos citatos ſequuntur Molfeſius *tomo 1.ſum, tract.10. capit.4. numero 40.* Diana 1. *part.tract.9 de ieiunio,reſol.14.* Et Leander à SS.Sacram.*ſup. reſ. 55.* vbi ait, ita etiam tenuiſſe Richardum de Mediauilla.

3.Addit Martinus Funes, prægnantes, & lactantes non ſolùm deobligari à ieiunio, ſed etiam non teneri

abſtinere ab eſu ouorum, & carnium. Ita *in ſpecul. moral. part.3. cap.2 num.5. & 6.* Vbi ſic ait, [Præceptum ieiunij continet triplicem obligationem, primo abſtinendi à carnibus, & his, quæ ex carnibus ortum habent, lacte, ouis, &c. Secũdò ſemel tantũ in die comedendi: tertiò ſumendi cibum non citius, quam paulò ante meridiem; & nutrices, & grauidæ ab his tribus obligationibus excuſantur.] Sic ille: ſed contra omnes Theologos, omnes enim militant pro obligatione abſtinendi, à carnibus, niſi alia ſubeſſet cauſa, & in his ſtrictius loquuntur, quam in deobligando à ieiunio; in quo noluit Caietanus cõfeſſarios ſcrupuloſos, vt ex illo notat M. Corradus *vbi ſup. quæſt.*250. dicens,] Ex omnibus ergo his prædictis infert Reuerendiſſimus Caietanus, multos à ieiunio excuſati, & admonet, ne quis imprudens & nimis ſapiens in oculis propriis audeat contrarium aſſerere, inducens in aliis conſcientiam erroneam, mortaliterque peccare credentibus, vbi forte quandoque nec venialiter peccatur.] Hæc M. Corradus, quæ pro omnibus ſuperius dictis obſeruanda ſunt.

PROPOSITIO VI.

Si quis voluntate abſoluta vellet in die ieiunij ſæpius comedere, ſemper tamen parum cibi ſumendo, peccaret mortaliter, ſecus ſi voluntate conditionata, in qua conditione interueniret, quòd omnes ſumptiones eſſent veniales. Salas Ieſuita *tom.2. in 12. tract.13. diſp.16. ſect. 26. in fin.*

1. HÆc opinio nititur in ea, quam tradunt M. Fumus, M. Medina, & M. Victoria, apud Ioannem de la Cruz *in direct. 1. part. prac.3 art* 4. aſſerentes non violare ieiunium, qui parum quid ſæpe comedit poſt prandium ab amico inuitatus, ne potus noceat. Ex quo principio ſic conficitur argumentũ; ſæpius comedere parũ cibi, ne potus noceat, præcedente inuitatione amici, non eſt peccatum mortale, ergo nec velle ſub eadẽ cõditione plures illas ſumptiones; cõſeqnẽtia eſt legitima in ſchola Thomiſtarũ aſſerentiũ malitiam actus deſumendam eſſe ab obiecto. Hæc eſt opinio Patris Ioannis de Salas *vbi ſup.* quam ſatis aperte tradit verbis illis. [Secus ſi voluntate conditionata, in qua cõditione interueniret, quod omnes ſumptiones eſſent veniales.]

2. Quæ autem quantitas ſumi poſſit, ne potus noceat? Reſpondet Paſqualigus *deciſ.*1. 9. *n.6.* poſſe ſumi infra vnciam vnã, quod à fortiori dicet de quantitate, quæ per modũ medicinæ ſumitur, videatur Diana *par.10. tr.* 14. *reſ.*60 & 61. Vbi hæc pertractans ſubiungit. [Ex *ſuperius* dictis à fortiori patet, reſcindendam eſſe opinionem D. Thomæ, D. Antonini, Gabrielis, & Richardi aſſerentium licitum eſſe ſumere in die ieiunij electuaria ex ſacharo condita ob ſolã delectationem; quia hæc verè habẽt rationẽ cibi nutritiui, ergo illorũ ſumptio extra permiſſam

miſſam refectionem franget ieiunium.) Hæc ille. Sed quia opinio hęc D.Thomæ ſi eſſet,qualis refertur, modo etiam ſequaces haberet,en eius verba in 4.*diſt*.15. *qu*.3. *art*.4. (Licet electuaria,aliquo modo nutriant,non tamen hic eſt eorum principalis vſus, vnde nec loco manducationis ſumi conſueuerunt, & ideo talis ſumptio ieiunium Eccleſiæ non ſoluet, quamuis homo poſſit totaliter, vel in parte meritum ieiunij perdere, vel etiam mortaliter peccare, ſi ſit immoderata libido, non tamen eſt tranſgreſſio præcepti Eccleſiæ niſi in fraudem ſumeret, aut ſi eis quaſi aliis cibis vteretur ad famem extinguendum.)Hęc Angelicus Præceptor, quem ſequitur Paludanus *ibidem quaſt*.4. exemplum adhibens in nucibus aromatibus conditis, quæ Hiſpanè dicuntur. (Nueçes moſcadas.)Et nouiſſimè comprobat Thomas Hurtado *tom*.2.*reſol.moral. tractat*.10. *capitulo* 7. *a numero* 116. Sed diminutè referens D. Thomæ verba;præcedit enim vltima,quo non paucis occaſionem errandi præbere potuit.

3. Sed circa præceptum ieiunij laxiora reperies apud Caietanum *in ſum. Venetis edita anno* 1584. *verb. ieiunium.* Vbi ſic ait. (Quantum eſt ex iure ſcripto nullum cognoſco inueniri peccatum mortale in fractione ieiunij Eccleſiæ, ſi deſit contemptus.) *& verb. Clericus in fine.* (Nec naturalis, nec humani iuris præcepta omnia obligant ad mortale,ſed ea ſolum, quorum tranſgreſſio contra charitatem eſt. Quod autem tranſgreſſio præcepti ieiunij contra charitatem non ſit, tradit ipſemet Caietanus 2.2.*quæſtio* 147. *articulo* 3. §. *Ad huius euidentiam in fine* his verbis. (Quod in præſenti conſtat non habere locum:quia huiuſmodi ieiunium conſtat, nec ad Dei, nec ad proximi dilectionem eſſe neceſſarium. (Lege etiam illum *verbo Clericus.* Vbi de præceptis, quibus Eccleſia prohibet Clericis aleatum, & taxillorum ludum, negotiationes, & mercantias exercere, ait. (Verum horum, & huiuſmodi tranſgreſſio,ſi contumacia,ſi contemptus deſit, non eſt peccatum mortale.) Hæc ille. Quapropter doctiſſimus Nauarrus *in Manuali cap. num*.56. refert Caietanum inter Doctores aſſerentes non eſſe mortale,ſecluſo contemptu, legem humanam frangere. Verba eius ſunt. (Multi etiam Catholici tenuerunt, nullas leges, quatenus humanæ ſunt, obligare ad mortale violantes ipſas ſine ſpretu, & ſcandalo. Hi ſunt Immola *in repe. cap. contingat, colum*.17. *de iureiur.* Felinus *in capitul*.1. *numero* 18. *de ſponſ.* Caietanus, *verb. Clericus*, § *Verum, & verb. ieiunium*, §. *Quoad* 4.) Hæc Nauarrus.

4. Vide etiam Sylueſtrum *verb. ieiunium.num*.21. Vbi ſic ait.(Quæritur, vtrum obligati ad ieiunium Eccleſiæ, illud ſine diſpenſatione ſoluentes peccent mortaliter? Et dico multa. Primum, ſecundum Cat. *in Clemen*.1.*de obſeruat.ieiunij*.frangens ieiunium Eccleſiæ,ad quod tenetur, non peccat mortaliter, niſi ex contemptu, vel inobedientia hoc facit: putà quia non vult ſe ſubiicere præcepto. Et dicit hoc tenere Archid.*in* §. *Alias ea demum diſtinct*.25. Qui tamen *ibi* recitat Ioannem de Fan. hoc tenentem. Et iſtam opinionem ſequitur ſum.Angeli addens, vel nec ex conſuetudine.) Hæc Sylueſter, qui licet non ſequatur non improbat: ſicut

nec

nec Corradus *in Reſ.1. part.quæſt.250. in Additione*: Nec Machado *tom.1. lib.2. part 4. tract.3. docum.1.numer.9.* Idemque ſentiunt vniuerſaliter alij (quos dedi *ſupra tract.de ſacrific. Miſſæ Prop.5. num.4.*) de omnibus præceptis iuris poſitiui, quod tradit Angelus *in ſum. verb.ieiunium, num.15.* & præcipuè *verb. inobedientia*, Vbi rationem reddens ait. (Nam durum valdè videtur quod Prælatus intendat ſemper iniicere laqueum peccati mortalis in ſuis præceptis, & ideò ſolum credo, quod ſit contemptoribus, & in illis, qui præuaricationem, & inobedientiam ducunt in conſuetudinem, quæ eſt quidam contemptus interpretatiuus, & quia ſic ex toto fruſtratur finis legis. Sed in obedientia, quæ non ex contemptu, neque ex conſuetudine procedit, credo quòd ſit veniale peccatum, cum hæc non ex toto fruſtet finem legis, nec ſit totaliter contra intentionem eius.) Hæc Angelus, citans Richardium, Archiadiaconum, Geminianum, & alios. Verùm eiuſmodi opinionem P. Valentia, dicit eſſe temerariam, & aliqui recentiores eſſe erroneam.

PROPOSITIO VII.

Non datur præceptum Eccleſiaſticum prohibens oua, & lacticinias in ieiuniis Quadrageſimæ. Fagundez Ieſuita *in 4.precept.Eccleſ.lib. 2.cap.2.num.12.* Pelizarius Ieſuita *in Manuali Regul.tom.1.tract. 5.cap.5.num.20.& 21.*

1. R. Sententiam prædictorum infideliter referri: quia illi tantum aſſerunt. (Spectato iure communi tradito *in cap.denique diſtinct.4.* & præcisà omni conſuetudine: aut iure tantum communi conſiderato, non eſſe peccatum mortale, illa comedere in Quadrageſima, ſed tantum veniale.) Itaque non negant præceptum, ſed ad culpam grauem obligare. Quam opinionem ſuadent citato *cap. Denique*, vbi cum D. Gregorius Papa conſultus eſſet ab Auguſtino Anglorum Epiſcopo, an abſtinendum nobis eſſet ab ouis, & lacticiniis Quadrageſimæ, ſicut, & abſtinemus à carnibus? Ita reſpondit. (Par eſt, vt quibus diebus à carnibus abſtinemus, ab omnibus quoque, quæ ſementinam, à carnibus trahunt originem, ieiunemus, à lacte videlicet caſeo, & ouis.) Quæ verba, inquiunt, obligationem grauem non præ ſe ferunt.

2. Et ideò ſententiam Patris Fagundez ante ipſum tenuere ex antiquis Doctoribus, qui labores ſuos typis dederunt. Dominicus *in dicto c. Denique diſt.4. in compendio, & numero 5.* Vbi ſic ait. (Dictio *Par* non ſtat ſimulitudinarie, ſed ponitur pro æquo, & iuſto.) Petrus de Alagona *in Epitome decretal. in citato cap. denique diſtinct.4.* Vbi tangens omnes quæſtiones contentas *in eo cap.* inter quas præcipua erat hęc de ouorum, & lacticiniorum vſu in ieiuniis Quadrageſimæ,

geſimæ, Ita ait. (Nota: hæc aut ſunt de conſuetudine, aut antiquata.) Tenet Gloſſa *in dicto cap. denique diſt.* 4. Vbi explicans verba illa. *Par eſt, &c.* Ex quibus Doctores, qui contrariam ſententiam ſequuntur, mortale peccatum deducunt, (nec enim alius textus inuenitur in toto iure, qui loquatur expreſsè de ouis, & lacticiniis) ſic ait. *Par*, idest, *æquum*, *& iuſtum.* Tenet Gratianus, qui ad finem huius *capitis denique diſt.* 4. addit hæc verba, (quæ in teſtibus antiquis inueniuntur in contextu textus, & in modernis, ac correctis ad marginem ponuntur.) [Hæc, etſi legibus conſtituta ſint, tamen quia communi vſu approbata non ſunt, ſe non obſeruantes tranſgreſſionis reos non arguunt] Et *infra*. [Niſi quis dicat hæc non decernendo eſſe ſtatuta, ſed exhortando conſcripta.]

3. Denique ex antiquis hanc opinionem tenuit Paulus de Palacios, Doctor Salmantinus, Theologus Granatenſis *in ſuis Annotationibus*, quas Hiſpano ſermone ſcripſit ſuper ſummam Caietani, excuſſis Eboræ anno Dom. 1557. quæ viſæ, & approbatæ fuerunt à ſapientiſſimis Doctoribus, & Magiſtris F. Bartholomæo de Martyribus, poſtea Archiepiſcopo Bracharenſium, & à Patre F. Iacobo de Moræs præſentato Ordinis Prædicatorum, qui tunc temporis in eadem Religione zelo animarum, litteris, & opinione ſanctitatis florebant, & cùm fuerit ab illis approbata, tutè aſſerere poſſumus, hos etiam viros hanc opinionem tenuiſſe. Hic igitur Paulus de Palacios *verb.* [*Ayuno*] *cap. 4. fol.* 238. ſic ait. [*Quanto al primer capitulo del Autor*, (hoc eſt, Caietani, quem commentabatur) *donde dize, que donde no ay vſo de comer coſas de leche, y buenos, no es licito comerlos los dias de ayuno, aſsi de entender, que comer eſtas coſas ſera pecado, pero no mortal*] Caietanus autem *ibi cap.* 1. loquitur de ieiuniis Quadrageſimæ. Sic enim inquit. [Intra Quadrageſimam, & alia ieiunia hoc intereſt, quod Quadrageſima etiam requirit abſtinentiam ab ouis, & lacticiniis, vbi conſuetudo eſt, vbi autem conſuetudo non eſt, non licet.] Hæc Caietanus *in ſum. Venetiis edita anno* 1584. Vbi ſolùm dicit ex conſuetudine poſſe eſſe peccatum mortale, ex iure verò id non licere: quod de veniali tantum intelligit Palacios *ſupra*.

4 Quæ expoſitio iuxta mentem Authoris videtur. Nam præceptum abſtinendi ab ouis, & lacticiniis, ex iure ſcripto, non magis viget, quàm præceptum Ieiunandi: hoc autem non obligare ad mortale, tradit expreſsè Caietanus *in ſum. verb. ieiunium.* Vbi ſic ait. [Ex communi interpretatione videtur vinculum præcepti obligantis ad mortale tranſgreſſores ex inobedientia, vel contemptu. Et hoc ego non audeo ex iure ſcripto aſſerere, quia nullibi ſcio ſcriptum eſſe præceptum obligans ad mortale non ieiunantem, quamuis inueniatur præceptum, hoc eſt ſtatutum obligans. Hoc eſt inuenitur præceptum, pro vt diſtinguitur contra conſilium, & non præceptum antonomaſtice, quod ſolum obligat ad mortale.] Hæc Caietanus circa præceptum ieiunij: & eadem Fagundez circa præceptum abſtinendi à lacticiniis. Quæ vt vidimus prius etiam tradiderat ipſe Caietanus *in ſumma Veneta ſupra citata*, ſi textus mendoſus non eſt, quia in

T moder-

moderniotibus editionibus verba ſuperaddita reperio alio detorquentia ſenſum quoad obligationem abſtinendi à lacticiniis. Sed certe ſi, vt notat cum Villalobos, Machado *tomo 1. libro 2. parte 4. tractat. documen. 1.* [*Cayetano ſiente, que ſolo obliga eſte* præcepto (nempe præceptum ieiunij) *por la coſtumbre de la Igleſia, y comun ſentir de los Dotores, mas no por derecho expreſſo, porque juzga que no ay ley*; quamuis, *todos los demas* (*otores ſunden eſta obligacion, no ſolo en coſtumbre, ſino tambien en los derechos citados.*] Nempe *capitul. Non licet. capitul. non oportet de conſec. diſtinction. 3. cap. Quadrag. de conſec. diſtinct. 5.* Quid inquam, mirum quod de præcepto abſtinendi à lacticiniis in ieiuniis Quadrageſimæ id ipſum Caietanus ſenſerit; quandoquidem textus *in cap. denique diſt. 4.* minus reliquis viget.

5. Tandem pro huius opinionis probabilitate militant Doctores, ac Magiſtri omnium facultatum vtriuſque Academiæ Regni Luſitaniæ, Conimbricenſis, & Eborenſis. Inſuper ei ſubſcripſerunt fere omnes Epiſcopi illius Regni. Epiſcopus Portolagrenſis, Epiſcopus Teſſenſis, Epiſcopus Nyceæ, & Archiepiſcopus Primas. Item inſignes Doctores, & Magiſtri Iuris Canonici, & Ciuilis, almæ Academiæ Salmanticenſis, & celeberrimi Doctores Complutenſes de hac re conſulti, quorum ſubſcriptiones adducit Fagundez, *in Apologia de hac controuerſia edita Lugduni anno* 1631. Vbi vnum ſupra ſeptuaginta Doctores ex prædictis Vniuerſitatibus; propriis expreſſis nominibus, & approbationibus tranſcriptis verbis, enumerat. Ex quibus vnam ego referam Emanuelis à Valle de Moura, viri doctiſſimi, & ſuis ſcriptis ſatis noti, qui hac de re conſultus ita reſpondit. (Mihi euidens eſt probabilem eſſe opinionem, quæ docet loquendo de iure communi, eſſe ſolum veniale, oua edere, & lacticinia in Quadrageſima, non de conſuetudine huius, vel illius Prouinciæ.) Hæc ille. Cui conſentire videtur Paſqualigus *in Praxi Ieiunij deciſ. 17.* dum ait. (Fagundij ſententiam habere fundamentum ex ratione. (eamque latè probat, & argumentis in contrarium reſpondet, licet non audeat à communi recedere. Sed illam ſequitur F. Ludouicus à Concep. *in exam. veritatis tract. 1. de Matrim. caſu 4. num. 4.* dicens (Probabilis ſtat doctiſſimi Fagundez ſententia affirmantis obligationem iſtam non eſſe ſub mortali.)

6. Quapropter eiuſmodi ſententia ad Supremum Sanctæ Hiſpaniarum Inquiſitionis Tribunal delata poſt accuratum, prolixúmque illius examen, incolumis, & omni cenſurâ libera, & tanti Tribunalis firmo decreto, (vnà cum reliquis opinionibus huius Authoris, in eo volumine contentis) comprobata ſolidior euaſit. En decretum vltimum, & ſententia Supremæ Inquiſitionis Hiſpaniæ. [*En la Villa de Madrid a diez y ocho dias del mes de Abril, de mil y ſeiſcientos y trienta annos auiendoſe viſto en preſencia del Illuſtriſſimo ſennor Cardenal, Inquiſidor general, y ſennores del Conſejo de ſu Mageſtad, de la Santa General Inquiſicion, el libro intitulado.* [Tractatus in quinque præcepta Eccleſiæ, Authore Patre Stephano Fagundez, è Societate Ieſu Theologo Luſitano Vianenſi,] *y todo lo actuado ſobre las propoſiciones delatadas,*

delatadas, y los pareceres dados por diferentes Vniuerſidades, y perſonas doctas, con viſta de toda conteſtura del libro en quanto a la dotrina del y el defenſorio de la parte, y las vltimas calificaciones dadas ſobre todo, mandaron que el dicho libro pueda correr, y corra libremente, ſin embargo de los edictos, y prohibicion del ſanto Oficio, y ſe deſpache teſtimonio de o al dicho Padre Eſteuan Fagundez, &c. El licenciado Sebaſtian de Huerta, Secretario del Rey nueſtro Sennor, y del Conſejo.] Expende an probabilis ſit opinio, quæ tot ex antiquis pro ſe habet Doctores, Dominicum Petrum de Alagona, Gloſſam, Gratianum, Paulum de Palacios, & Caietanum, & ex modernis celebriores totius Orbis Vniuerſitates, & Doctores, & quod caput eſt, Supremum Sanctæ Inquiſitionis Tribunal.

7. An verò Religioſis in ieiuniis Quadrageſimæ oua, & lacticinia ex aliquo priuilegio liceant? Vide doctiſſimum M. Ioannem de la Cruz, *de ſtatu Religionis libro primo capite ſexto dub.* 21. *concluſ.* 2. Vbi ſic ait. (Leo X. *in Bulla incipiente Religionis Zelus, edita 6. Kalendas Iunij, anno* 1514. concedit Religioſis ſancti Iacobi de Spata de Veles, & ſancti Marci Legionenſis, & eorum familiaribus, & ſeruitoribus, comedere in Quadrageſima, & aliis diebus anni, de iure, conſuetudine, aut iuxta ſua inſtituta, aut aliàs quomodolibet prohibitis, butyrum, oua, & alia lacticinia, & de conſilio vtriuſque medici, etiam carnes; quo communicant aliæ Religiones, iuxta dicenda *libro ſecundo, capite quarto*, & ſeruatur iſta Bulla in Conuentu de Veles.] Hæc M. Cruz, Qui ſubnectit; quantum ad familiares monaſterij hoc priuilegium per Bullam Cruciatæ ſuſpendi, non vero quoad Religioſos.

8. Simile priuilegium Viuæ vocis oraculo conceſſit Paulus III. Minoribus de Obſeruantia Sancti Franciſci, vt refert Emanuel Rodriguez *tomo* 1. *Quæſtion. Regul. quæſtion.* 21. *artic.* 10. (Modo Fratres Sacerdotes duas Miſſas celebrent, & Choriſtæ duos Pſalmos pœnitentiales cum ſuis litaniis, & quando ſuſpenduntur Bullæ omnia *ſupra* dicta iterando.) Quam conceſſionem teſtatur ſe vidiſſe in Conuentu de Abrojo. [Quam, inquit, puto non eſſe reuocatam.] Et ita iudicant plures alij; quia licèt Viuæ vocis oracula fuerint reuocata à Gregorio XV. anno 1621. & ab Vrbano VIII. anno 1631. nihilominus aſſerunt non comprehendi illa, quæ ante hos Pontifices fuerant confirmata per Gregorium XIII. & Paulum V. qui per Bullas ſpeciales omnia priuilegia Minorum confirmarunt, & innouarunt, ac proinde non iam Viui Oraculi, ſed priuilegij vim per Bullam Apoſtolicam conceſſi obtinuerat. Ita Leander à Murcia, Franciſcus de Lugo, Thomas Hurtado, Marcus Vidal, Pellizarius, Poſſeurius, Stracius, Martinus de San Ioſeph, & Ioãnes de Soria, apud Dianam *parte 9. tract. 7. reſ.* 61. *& part.* 11. *tractat. 6. reſol.* 45. & putant probabile Lezana *in quæſtion. Regul. cap. 3. numero* 21. & Peyrinus *tom. 3. cap. 12. conſtit.* 18. Vide etiam Diana *part. 10. tractat.* 14. *reſolut.* 24. Quod autem eiuſmodi priuilegia non deperdantur per non vſum, ſupponunt Ioannes de la Cruz. & Emanuel Rodriguez *ſupra*, & tradunt Caſtro Palao *tom. 1. tractat. 3. diſputat. 4. punct. 18. num.* 3. Baſilius de Leon *de Matrim.*

lib 8. *ca.*18.§.3.*n.*3.Suarez *de legib.l.*8. *cap.*34.*n.*16.Dicaſtillo *de Sacram.to.*1. *tract.*4.*diſp.*9.*dub.*16.*n*3,0. & alij.

9. Adde, quod Diana 3. *parte tract.* 2.*reſol.*88. cum Portel, refert Bullam Eugenij IV. Concedentis Benedictinis, quod poſſint vti ſuis priuilegiis, etiamſi contra illa habuerint contrarium vſum. Et omnino videndus Ioannes de la Cruz *in Epitome libro* 2.*cap.*5.*dub.*2.*concluſ.*1. Vbi ſic ſcribit. [Vt priuilegium per non vſum reuocetur, requiritur notitia talis priuilegij, & non vſus centum annorum, iuxta dicta *cap.*3. *dub.* 2. tum etiam quia iuxta dicta *dub.* 5. Priuilegia etiam per non vſum reuocata, iam ſunt per Paulum V.reualidata.]

PROPOSITIO III.

In Vigilia Natiuitatis poteſt collatio ſerotina mane ſumi, in ea quantitate; quam pro ea nocte conſuetudo introduxit, Pellizarius Ieſuita *in Manual.Regul.tom.*1.*tract.*15.*cap.*5.*n.*13.

1. R. IN aliis ieiuniis licitum eſſe, reiecta in veſperas integrâ refectione, collationem ſerotinam mane ſumere ex cauſa iuſta,& eâ deficiente,non eſſe peccatum mortale, eſt communis Doctorum ſententia, quam tenent Llamas, Ceuedo, Beja, Naldus,Molfeſius, Villalobos,& alij, quos ſequitur Diana 1.*part. tract.* 9. *reſolut.* 33. Quibus adde Paſqualigum *in Praxi de ieiunio deciſ.* 102. & 103. Baſſæum *in Floribus Theolog. Moral. verb. ieiunium* 1. *numero nono*, Vegam, Bonacinam,& Boſſium quos citatos ſequitur Leander à S. Sacramento *in* 1.*pracept. Eccleſ.tractatu* 5. *diſput.*5. *quæſt.*41. Ex hoc igitur antecedenti infert Pellizarius, in vigilia Natiuitatis id etiam fore licitum. Quæ conſequentia legitima videtur. Et ideò eius opinioni ſubſcripſerunt grauiſſimi Magiſtri ex Auguſtiſſimo Prædicatorum Ordine conſulti, & eam defendit Paſqualigus *ſupra deciſ.*102.*numero nono*, & putant probabilem Diana *part.* 9. *tractatu* 6. *reſolut.*17. & *part.*10 *tract.*12. *Miſc.reſol.*44. & alij viri docti,quos ſequitur Leander *tract.*5. *citato, diſput.*4.*q.*16 *in fine*.

2. Iam verò quænam quantitas, collationis in vigilia Natiuitatis liceat? Audi Doctores, M. Bartholomæus de Medina *in ſum lib.* .*cap.*14. §. 10. [*El que la vigilia de Nauidad haze colacion con quanto quiſiere, no quiebra el ayuno.*] F.Martinus de ſan Ioſeph *in Monit. Confeſſ.tom.*1. *lib.* 2. *tract.*5. *de ieiunio, num.*3. [*En la vigilia de la Nauidad ha introducido la coſtumbre, que ſe puedan hartar los que hazen colacion de frutas, y conſeruas, y coſas ſemeiantes.*] Ioannes Sancius *in ſelectis, diſputatione* 52. *numero decimo*. [In Vigilia Natiuitatis poteſt ſumi vſque ad ſaturitatem ex fructibus ſiue conſeruis, ex conſuetudine antiqua in Hiſpania, docent Medina,Ledeſma, Ludouicus Lopez, Llamas, Vega, Ludouicus de San Iuan, Baſilius de Leon, & conſtat in Hiſpania vigere eiuſmodi morem inter Religioſos.]

ligioſos.] Et ſubnectit num. 11. [Per talem collationem ſoli ieiunium, cum illius eſſentia vnicam tantum comeſtionem expoſcat, non tamen committi peccatum aduerſus ieiunij præceptum, excuſante conſuetudine.] Hæc ex illo. Sed reiicienda prorſus, propter abſurdas conſequentias, quæ ex hoc principio deducuntur.

3. Addunt alij collationem, quæ in vigilia Natiuitatis, licere etiam in vigiliis Reſurrectionis, & Pentecoſtes. Ita Paſqualigus *in praxi deciſ. 93. numero 2. & 3.* & Leander à Sanctis Sacram. *in 5. præcep. Eccleſ. tr. 5. diſp. 4. quæſt. 18. & 19.* Quia tale ieiunium, inquiunt, eſt ieiunium lætitiæ. Imo F. Baſilius de Leon *lib. 5. de Matrimon. cap. 8.* ait apud Granatenſes vigere conſuetudinem ſumendi refectiunculam in vigilia Sancti Ioannis Baptiſtæ ſicut in vigilia Natiuitatis. Fides ſit penes Auctorem. Sed vbique conſuetudini ſtandum.

EX TRACTATV DE SIMONIA

PROPOSITIO I.

Non eſt ſimonia pacto expreſſo ſe obligare, ad aliquid temporale pro ſpirituali ex gratitudine conferendum. **Tannerus Ieſuita 2. 2. q. 8. diſp. 5. dub. 3. num. 76.** [*Hac vna propoſitione omnes leges prohibentes ſimoniam eluduntur.*]

1. ℟. HVic ſententiæ plures Doctores ſubſcribũt quam P. Tannerus *vbi ſupra* his proponit verbis. [In foro quidem externo, dico, præſumi ſimoniam, & ſæpe poſſe eſſe ſcandalũ, per ſe tamen loquendo in foro conſcientiæ poſſe (nempe fieri pactum) modo temporale non petatur tanquam pretium rei ſpiritualis, neque eiuſmodi pactum ſpeciliter iure poſitiuo prohibeatur. Ratio eſt, nam quo modo licet temporale, pro ſpirituali recipere, eo etiam modo per ſe loquendo, de eo recipiendo paciſci licet, nempe tanquam dando, vel ex gratitudine &c.] Hanc ſententiam tuentur Couarruuias, Supplementum Gabrielis, & alij apud Valentiam *tomo 3. quæſtione 6. dub. 6. punct. 3. §. Ad ſecundam rationem dubitandi.* Ioannes Pontius Ordinis Minorum *in curſu Theolog. diſput.* 5? *qu.* ?

concluſ.1.num.10. & Marcus Vidal *in Arca Theol. mor. titul. de Simonia Inquiſit.2.num.45.* Vbi ait, [Colligitur quintò: eo modo quo licet ſine labe ſimoniæ dare tēporale pro ſpirituali, etiam licet de hoc ipſo conuētionem facere, nempe tanquam dando, vel ex gratitudine, vel ex beneuolētia.] Franciſcus Galetti *in Margarita caſuum verbo ſimonia* [Simoniam, inquit, non facit pactio continens id quod natura rei poſtulat. [Cęleſtinus *in compendio Theologico moral.tr.7.c.4.n.1.*[Difficultas, vtrum id quod eſt dandum ex gratitudine, in pactum deduci poſſit abſque labe ſimoniæ? Reſpondeo poſſe gratitudinem deduci in pactum, ſi ſolùm petatur vt debita iure naturæ ratione beneficij collati.] Guilinus *in pract.reſolut. caſuum conſc.verb. Beneficium nu.7.* [In obtinendis Beneficiis licet paciſci de aliquo temporali retribuendo tanquam motiuo, ſeu pro recompenſatione gratuita, & in hoc non committitur ſimonia, quia in hoc caſu datur ex gratitudine.] Felin. *in cap. ad audientiam 2. de Reſcriptis n. 40.* [Deducere in pactū obligatoriam obligationem antidotalem, eſt ſimonia. Secus vbi ſola obligatio naturalis deducitur in pactum, eo modo quo debitor eſt obligatus, quia non videtur illicitum.] Eandem ſententiam probabilem iudicant Rocaful, & Machado, apud Dianam *part.10.tract.15. reſol.5.* apud quem non pauci ſequuntur, tum *ibi*, tum *part.11 tract.7. Miſcel.reſol.13.* Et ipſe probabilem putat *2.part.tra.2. Miſcel.reſol.39.* licet poſtea *parte 6.tract.7. Miſcel.reſ.42.* Dixerit non eſſe in praxi amplectēdam. Quibus adde Ioannem de Soria *in Epitome ſum.part.2.tit.1 ſect.4.diſp.5.fol.457.* Vbi ait. [Probabile eſt, eo modo, quo licet temporale accipere pro ſpirituali ſine ſimonia, licere etiam de hoc paciſci.]

2. Et ante omnes id tradidit Eminentiſſimus Caietanus *in ſum.verb.ſimonia.* Vbi ſic ait [Simonia in eo ſtat, quod quis intendit pro ſpiritualibus temporalia habere, aut è contra, ita quod ly (pro) pretium denotet, poteſt ſiquidem multis modis tradi aliquid temporale, vel per modum liberalis doni, vel per modum ſuſtentationis, vel per modum pretij.] Hinc 2. 2. *quæſtion.100. articulo ſecundo.* (Ex pacto, inquit, velle non eſt vendere ſpiritualia, quia pactum non mutat materiam actuum.) Quo principio probat poſſe in pactum deduci, quod recipitur per modum ſuſtentationis, poſſéque ſimiliter probare de eo, quod per modū liberalis doni. Eamdem doctrinam eiſdem ferè verbis traditam inuenio à Magiſtro Soto, *libro nono de iuſtitia, quæſtione ſexta, articulo primo* ibi. (Quoniam ſi velle, inquit, ſtipēdium per modum ſuſtentationis licet, nil vetat quominus id procurari, & in pactum deduci poſſit: nam materia eſt, quæ contractum facit ſimoniacum, quare cum eadem ſit materia abſque pacto & cum pacto, nempe temporalis ſuſtentatio, fit, vt ſi abſque pacto licet accipere, nullum ſit vitium cum pacto.) Et *quæſtion. ſeptima articul. 3.* [Cum multifariam quidquam conferri poſſit, vel per modum liberalis doni, vel quaſi debitum ex laudabili conſuetudine, nil iſtorum vitium ſimoniæ patitur, ſed ſola ratio pretij, & mercedis.) Hæc ille.

3. Et videtur ſententia D. Thom. *Quodlib.5.artic.23.* Vbi ait. [Cum ſimonia circa emptionem, & venditionem

ditionem conſiſtat, hic diſtinguendum videtur. Quia ſi Prælatus intendit obligare eum, cui dat beneficium Eccleſiaſticum, ad aliquam recompenſationem faciendam ſibi, vel ſuis cõſanguineis, intentio ſimoniaca eſt, ſi vero non intendit eum obligare, ſed intendat quod ille ſibi vel ſuis ſponte temporaliter recompenſet, eſt quidem praua intentio, & carnalis, ſed non ſimoniaca.] Quod ad rem noſtram ſic explicat Sanctus Raymundus *in ſum. tit. de ſimonia, §. 2.* (Nomine emptionis; & venditionis intelligas omnem contractum non gratuitum.) Dum ergo obligatio iuſtitiæ non intercedat, ſed contractus ſit gratuitus, ſimonia non interuenitet.

4. Quapropter pro ſententia Tanneri expreſsè militat M. Serra 2. 2. *qu. 78. articul. 2. dub. 1.* Vbi ſic ait. (Non diſplicet quod nonnulli aſſerunt, duplex eſſe pactum, iuſtitiæ ſcilicet, & amicitiæ: pactum iuſtitiæ eſt, quo quis intendit alteri iniicere vinculum, & obligationem iuſtitiæ; pactum vero amicitiæ, quo ſolum intendit eam obligationem, quam amicitiæ, vel gratitudinis virtus inducit. Et *paulo infra in eodem artic. 2. fol.* 788. [De hoc denique pacto, (nempe iuſtitiæ) intelligi poteſt D. Thomas, dum inquit, ſi hoc pacto mutuum dant, vt officium accipiant, abſque dubio pactum eſt vſurarium. Nam ſi de pacto amicitiæ ſit ſermo, non ſolum hoc, & *ſupra* dicta poſſunt in pactum deduci, ſed etiam (vt ait P. Leſſius *lib. 2. cap. 20. dub. 7. & 9.*) Collatio Beneficij Eccleſiaſtici ſine vſura, vel ſimonia, quia vtraque requirit obligationem iuſtitiæ.) Hæc M. Serra Quem citatum ſequitur nouiſſimè M. Ioannes Martinez de Prado *tom. 2. Theol. moral. cap. 28. quæſt. 2. §. 1. num. 7.* Vbi ſic ait. Melius diſtinctione adhibita litem componunt Leſſius, Bonacina, Trullenc, Lugo & Serra dicentes. Quod ſi pactum ſit iuſtitiæ, ex vi mutui ad hoc obligare, erit vſura, ſi vero pactum ſit fœdus amicitiæ, vel gratitudinis, ita vt ex illa exigantur in illo eodem genere; nullum erit peccatum.) Quæ in collatione Beneficij æque procedunt.

5. Quibus facit doctrina Soti *6. de iuſtitia, quæſt. 1. articul. 2. in ſolut. argument. contra 3. concl.* Vbi ait, (Non modo intuitu amicitiæ contrahendæ mutuare licet, ſed amicitiæ ſigna in pactum deducere.) Et loquens de condonatione iniuriæ ob læſionem honoris. Quod vero paciſci liceat, recte videor mihi id quoque concedere, nam etſi honor, & fama pecunia poſſint æſtimari, tamen ex ſua natura iure amicitiæ condonari ſolet quare illud pactum non eſt niſi amicitiæ fœdus.) Quod à fortiori tenetur dicere de pacto amicitiæ, quo de aliquo temporali ex gratitudine pro ſpirituali conferendo, paciſcitur. Nam vt ipſemet docet *lib. 9. de iuſtitia. quæſt. 7. artic. 3. concl. 1.* (Propemodum quod vſura eſt in temporalibus, id in ſpiritualibus eſt ſimonia.) Quod tradit etiam ſumma Corona Confeſſ. 3 *parte tract. de ſimonia, num.* 11. ibi. (Quidquid enim exhibitum pro re mutuata in rebus temporalibus vſuram conſtituit, ſi exhibeatur pro re ſpirituali collata, vel conferenda, ſimoniam conſtituit.) Vſuram autem non interuenire niſi aliquid detur, vel accipiatur, vt pretium mutui, vel tanquam debitum ex iuſtitia, eſt communis Doctorum ſententia, quam tenet D. Thomas, Salon. Aragonius,

Aragonius, Bannez, Sotus, & alij, quos citatos ſequitur Cardin. de Lugo *tom.2. de iuſt. diſp.25. ſect.4. numer.* 35. Cuius rationem tradit M. Corradus 1. *parte Reſp. quæſtio.* 225. dicens. [Si autem ciuiliter obligaretur, iniuſte grauaretur.] *& in Addit.* [Si ex obligatione ciuili, & iuſtitiæ debito obligaretur, &c.] Et expreſſius ad rem noſtram, *quæſtio*.220. [Tenetur aliquis ad recompenſandum beneficium ex debito amicitiæ, & tali debito non competit ciuilis obligatio, per quam inducitur quædam neceſſitas, vt non ſpontanea recompenſatio fiat.] Si ergo pactum ſit amicitiæ, per quod nulla inducatur neceſſitas impediens recompenſationem ſponte fieri, & nil conferatur tanquam debitum ex iuſtitia, neque vſura, neque ſimonia interueniet. Et ita docet Nauarrus *in ſum.cap.17.num.*223. Vbi ait. [Mutuare cum pacto, &c. eſt mortale, ſecus ſi ipſum non obligat plus, quam iure naturali obligatus maneat gratum ſe exhibere benefacienti ſibi, ſecundum Gloſſam *in prædicto capite.*]

6. Cæterùm quando temporale donum confertur ante receptum Beneficium, pacto gratitudinis ſeu amicitiæ interueniente de illo conferendo, quamuis ſpeculatiuè loquendo eadem videatur ratio, ac quando è contra fit, doctrina in praxi difficilis eſt abſque vitio ſimoniæ, niſi eo modo res ſe habeat, quem ſignificat D.Th. 2. 2. *quæſt.*100. *artic.*3. *ad* 2. Vbi ait. [Illi qui dant eleemoſynas pauperibus, vt orationum ab ipſis ſuffragia impetrent, non eo tenore dant, quaſi intendentes orationes emere. Sed per gratuitam beneficentiam pauperum animos prouocant ad hoc, quod pro eis gratis, & ex charitate orent.] Hæc D.Thom. Ergo ſi quis deuotionem liberalem faciat Prælato, vt eius animum prouocet ad hoc, quod gratis Beneficium conferat, idem de illo dicendum erit, ac elargiente eleemoſynam pauperi. Et ita docet Sanctorius *de pœnis part.2. cap.*15. Vbi ſic ait. [Non eſt ſimonia donare aliquid temporale, vel ante, vel poſt ei, qui exhibet aliquid ſpirituale, etiam cum intentione quod donatarius moueatur ad dandum ſpirituale ex gratitudine; & è contra dare ſpirituale cum intentione, quod recipiens ex virtute gratitudinis donet poſtea temporale. Et ratio eſt, quia donum opponitur pretio. Et elicitur *ex capite ſicut Epiſcopum* 1. *quæſtio.*2. *Cap. etſi quæſtiones. Cap. dilectus* 2. *Cap. tua de ſimonia.* Docet Sotus *libro* 5. *de iuſt. quæſtio.*7. *artic.*3. Suarez *tom.*1. *de Relig. lib.*4. *cap.*45. *numero* 4. contra Innocentium *in capite tuam de ætate, & qualit.* Duo tamen hic adnotauerim, alterum, qui hoc faceret in foro exteriori præſumeretur ſimoniacus; alterū quod difficile eſſet in his formalitatibus ſub præciſa doni ratione conſiſtere; impoſſibile tamen non eſt.] Hæc Sanctorius. Et de facto id fieri poſſe abſque ſimonia, tradit Paſqualigus *in Quæſtionibus Canonicis, centuria* 4. *quæſtio.* 379. *num.*5. Et Malderus 2. 2. *tract.*5. *cap.*3. *dub.*6. Vbi ſic. [Si quis mutuum datet, non vt pretium Beneficij Eccleſiaſtici, ſed vt hac ratione prouocet amicitiam Collatoris, aut vt gratiam præſtet, quam non vult præſtare, niſi alter ſtatim gratificetur conferendo Beneficium probabile eſt, nec vſuram, nec ſimoniam fore.]

7. Non differentiet M. Petrus de Ledeſma

deſma *in ſum. tractat. 12. concluſ. 25.* Vbi difficiliora docere videtur, dum hanc ſibi proponit obiectionem. (*Licito es reſignar el Beneficio poniendole penſion de quarenta ducados para el que le reſigna, y deſpues es licito vender eſta penſion por quatrocientos, ò quinientos. Luego al principio ſe podia hazer concierto de reſignar el tal beneficio por los quatrocientos ducados? Reſpondo. Soto enſenna, que eſtos dos contratos, aun juntos ſe pueden hazer ſin ſimonia. Eſta ſentencia del Maeſtro Soto es bien aparente. Eſto tiene Orellana, y otros diſcipulos de Santo Tomas.*) Hæc M. Ledeſma, quæ ſunt valde notanda. Vide Dianam *parte 4. tract. 4. reſolut. 155.* Vbi cum Aragon, Nauarra, Leſſio, Reginaldo, Sanchez, & aliis probabile putat committentem ſimoniam de ſolo iure Eccleſiaſtico, qualis eſt in reſeruatione penſionis ſine authoritate Papæ, & ſimilibus, peccare lethaliter, nullam tamen pœnam incurrere, quia quæ in iure latæ, ſolum comprehendunt ſimoniam Diuino, & Canonico iure reprobatam.

8. Sed circa materiam ſimoniæ omnino videndus M. Tabiena *verb. emptio, numero 8.* Vbi ſingularem tradit doctrinam. (Notandum inquit, eſt, quod ſunt quædam, in quibus principaliter conſideratur, quod ſpirituale eſt, vt ſacramenta, & ſimilia, & ſi talia vendantur, videtur, quod intentio venditionis ſit ad ſpirituale, & talia ſimpliciter ab omnibus negatur, quod poſſint vendi: ſi tamen fiat diſtinctio, (attende lector) credo quod ad omnia poteſt adaptari, vnde quamuis ſimpliciter loquendo in multis negetur venditio, applicando tamen mentem ad temporale, poteſt, vendi, non tamen eſſet prædicandum, quia homines ampliant, nec omnes ſciunt diſtinguere.) Sic M. Tabiena.

9. Plus addit M. Sotus *de Inſtit. libro 9. quæſtio 6. articulo 1. ad 1. §. At vero.* Nempe in extrema neceſſitate licitum eſſe emere ipſum Sacramentum, & gratiam ipſam Sacramentalem. Verba eius ſunt. (Sit Sacerdos vſque adeo peruerſus, vt nolit antea baptizare puerum, in quem patet perſanctè iuret pretium largiturum, non ad redimendam vexationem, ſed ad emendum Sacramentum ipſum, & gratiam ſacramentalem, vtrum tunc liceat? Caietanus non videtur annuere, vt liceret pro Sacramento dare, cum cenſeat tam intrinſecè malum eſſe, rem ſpiritualem emere, quam vendere, &c. Sed, niſi mea me fallit inſcitia, etſi vendere Sacramentum, & rem quamcumque ſpiritualem ſit penitus intrinſecè malum, adeo vt neque ad redimendam vexationē, neque vlla excogitabili cauſa fieri poſſit licitè; pretium tamen pro illo offerre, dicēdum eſt non vſque adeo eſſe intrinſecè malum, quin extrema neceſſitas illud permittat.) Hæc Sotus. Sed contra D. Thom. 2. 2. *qu. 100. art. 2.* dicentem *ad 1.* (Nullo modo deberet pretium pro Baptiſmo dare, ſed potius abſque Baptiſmo decedere.) Et *in 4. diſt. 25. quæſt. 3. art. 1. quæſt. 1. ad 3.* (Aliquid dicitur ſpirituale vno modo per eſſentiam, ſicut gratia, & virtutes, & iſta non poſſunt aliquo modo vendi, nec ſupra hoc voluntas deliberata emptionis cadere poteſt.) Hæc Angelicus Præceptor, quibus tam paruuli, quam adulti Baptiſmum emi non poſſe, clariſſime affirmat, & cum eo omnes Theologi. Qua-

propter opinionem M. Soti eſſe improbabilem ait Suarez *tom.1. de Religione, lib.4. cap.22. num.16.* Quid ergo faciendum in caſu, quem proponit Sotus? Reſpondet D. Thomas, *in 4. diſt.25. citata, quaſt.3. art.2. ad 3.* [Dicendum quod in caſu illo debet aliquis emere aquam à Sacerdote, & ipſemet puerum baptizare, quia in caſu neceſſitatis licet baptizare etiam mulieri. Nec debet aliquo modo pro ipſo Baptiſmo Sacerdoti pecuniam dare, & ſimiliter eſt de adulto.] An vero extra caſum neceſſitatis cuicumque baptizare liceat? Negat D. Thom. 3. *part. quaſtio.67. artic.5.* Vbi ait. (Extra articulum vero neceſſitatis grauiter peccaret.] Sed Caietanus *ibidem artic.4.* contrarium tenet, dicens. Sed vbi abſque ſolemnitate baptizaret, & contemptus, & præſumptio deeſſet, extra neceſſitatis articulum, (puta quia credunt ſe benefacere) mortale peccatum non video.]

10. Singulare aliud in materia ſimoniæ tradit Caietanus, quod ſic ex illo refert, & reiicit M. Catherinus *in Annotationibus ad eius comment. libro 6. fol. mihi 568.* [De ſimonia vero in ſecunda quæſtione valde illum falli non dubito, cum negat eſſe ſimoniam, quando quis emit Epiſcopatum habens animum non ſoluendi.] Et *infra.* [Quamobrem hic, & in ſummulis ſuis manifeſtum eſt, hunc virum à Canonibus deuiaſſe.] Hæc Ambroſius Catherinus.

PROPOSITIO II.

Non eſt ſimonia dare pretium cuidam tertio, vt intercedat apud alterum, cui non incumbit conferre, neque eligere, neque præſentare, vt iſte tertius obſecret, vt detur illi Beneficium. Vnde non erit ſimonia dare aliquid famulo auditoris, vt obſecret ſuum herum, vt hic me proponat Regi ad Beneficium. Sanchez Ieſuita *in opuſc. moral. tom.1. lib.2. cap.3. dub.26. num.7.*

1. ℞. P. Thomas Sanchez *vbi ſupra* contrariam ſententiam tenet, dicit tamen hanc eſſe probabilem. (Licet hoc, inquit, probabile ſit, probabilius tamen eſt oppoſitum, quia non poteſt negari directè parari viam ad Beneficium pretio, & ſic emi Beneficiũ.) Dixit probabile, propter authoritatem quorumdam recẽtiorum, quorum alij ſequuti, alij tãquam probabili ſubſcripſerunt, reſpondentes *ad cap. Præſentium 1. q.5.* quod obſtare videbatur. Et nouiſſimè tenet Ioannes de Soria *in Epitome ſummar. parte 2. titul.1. ſect.4. diſput.5. fol.457.* Vbi ait. (Non eſt ſimonia, ſi quis det Paulo pretium, vt intercedat apud Petrum, vt ipſe Petrus intercedat apud Ioannem collatorem Beneficij: quod probabile eſſe docent Vaſquez, & Sanchez.) Hæc Soria. Quẽ ſequitur Rocaful *in Praxi Theol. mor. lib.3. tom.1. de ſeptimo precep. Decalogi cap.6. n.183.* ibi. (Dico ſecundo,

Digitized by Google

ſi daretur pro interceſſione mediata, nempe pro interceſſione apud interceſſorem immediatum, non committit ſimoniam, quia hæc interceſſio mediata, & remota eſt merè temporalis, nec vllo iure humano prohibitum eſt pro illa dare aliquid (attende) ſicut aſſentior probabile, dare pro immediata.] Hæc ille. Quibus videtur ſentire eſſe etiam probabile quod pro immediata interceſſione poſſit abſque ſimonia pretium dari.

2. Nec ſine duce ſentit Rocaful. quia ante illum ita iudicauit M. Sotus *de iuſtitia libro 9. queſt.7. articul.3. in fine corporis* vbi, propoſitâ ratione dubitandi pro vtraque parte, concludit. [Eſt tanti apud me vigoris hæc ſecunda ratio, (nimirum pro contraria, & communi ſententia) vt ei libentius, quam priori aſſenſum præbuerim.] Hæc Sotus. [Vnde videtur (ait Sanchez) probabilem reputare hanc ſententiam, quam tenuit tanquam ſatis probabilem quidam doctus Neotericus. Et Greg Lopez. *Vbi infra lib.17.verſ. Tenudo* ſatis dubitat, quando non datur his, quorum miniſterio vtitur Epiſcopus in conferendis his ſpiritualibus.] Hactenus Sanchez.

3. Notat Paſqualigus cum aliis apud Dianam *part.11 tract.6. Miſcel. reſolut.* 31. nullam interuenire ſimoniam, quando quis dat pecuniam alicui, vt propria ſua merita notificet collatori, vt inde moueatur ad Beneficium ei conferendum.

PROPOSITIO III.

Qui electores pecuniâ corrumpit, vt eum in Generalem, Prouincialem, Priorem, vel Guardianum eligant, non ſubiacet pœnis contra ſimoniacos latis. Azor Ieſuita *part.3.lib.12.cap.21.queſt.6.verſ.quares.* (Eſt tamen notandum, hanc opinionem eo inniti, quod Prælatura Regularis non eſt Beneficium Eccleſiaſticum. Verum ea eſt Ieſuitarum doctrinæ inconſtantia, vt oppoſitum principium aſſumant, cum eo indigent, vt defendant Prælatos Regulares non approbatos ab Ordinario poſſe eligi à ſæcularibus virtute Bullæ Cruciatæ) Henriquez Ieſuita *lib.6.cap.6.num.1.in gloſſ.lit.E.& F.* (Hoc mirum eſſe ſapere, quod vbicumque opus ſit, animum poſſis flectere.)

1. R. PRimam obiectionis partem falſo, tribui Patri Azor, ipſe enim à prædicta propoſitione præſcindit, neque affirmat, neque negat, Prælaturam regularem eſſe Beneficiũ Eccleſiaſticum, ſed tãtum aſſerit, nullum ſimoniacũ eſſe ipſo iure excommunicatum, præter ſimoniacum realem in Ordine, & Beneficio. Quam opinionem tenent apud ipſum Angelus, Roſella, Syluester, & Tabiena, & vt clarius euincatur. En eius verba. [Quæres (inquit Azor) an per ſimoniam realem in aliis, præterquam

vnquam, etſi primis tantum rudimentis inſtructus inconſequentiæ arguit doctrinam Auguſtiſſimæ, patiérque ſapientiſſimæ Prædicatorum Familiæ ex eo, quod Caietano negante Prælaturam regularem eſſe Beneficium Eccleſiaſticum (ſicut negāt Bonacina, Peyrinus, Barboſa, & alij apud Dianam *par.* 4 *tract.* 4. *reſolut.* 256.) id ipſum alij *ſupra* citati ex eodē Ordine affirment? Adde nec diuerſitatem iſtam opinionū inter Ieſuitas, nec inter Thomiſtas citatos, te bene inſpectâ, reperiri: quia nec Azor, & Caietanus, negant, ſed præſcindunt; neque Henriquez & alij Magiſtri concedūt, ſed inquiunt. [Prælatus Monaſterij æquatur habenti Parochiale Beneficium.] Ex quo principio Prælatū eſſe elegibilem virtute Cruciatæ à ſæcularibus ſine approbatione Epiſcopi, docent Dominicani. Quæ tamen magis in Praxi cogitanda dixit Ieſuita. Quorſum ergo illud? [Hoc mirum eſſe ſapere, &c.]

5. Omitto, neque eidem Authori vitio verti, quod in his, quæ ad fidem non pertinent, modo in vnam, modo in contrariam opinionem declinet, vt de Angelico Præceptore dicit Caietanus 2.2. *queſt.* 172. *art.* 6. per hæc verba. [*In articulo ſexto eiuſdem quæſtionis* 172. hoc ſolùm dicendum occurrit: quod Sybillæ, quæ hic inter dæmonum Prophetas computantur, ſuperius in quæſtione ſecunda, articulo ſeptimo, ad tertium, inter perſonas in fide Chriſti expliciter ſaluatas computari videntur. Materia ſiquidem hæc incerta cum ſit, quoniam de indiuiduis non pertinentibus ad fidem eſt, modo in vnam, modo in aliam partem declinare permittitur.

6. Permitti vero non poteſt opinio altera, quam ſapientiſſimi Magiſtri *ſupra* citati, Mātius, Gallo, Medina, & Bannez, ſuſtinēt apud Henriquez *vbi ſupra* aſſerētes graduatos in Theologia, vel iure Canonico; imò, & Lectorem Theologiæ, aut egregium Prædicatorem publicū, poſſe abſque Epiſcopi approbatione, ſæcularium confeſſiones audire, & per conſequēs per Bullæ priuilegium eligi vt iure communi approbatos. Hæc, inquā opinio prorſus reiicienda eſt: tum quia per Sanctum Inquiſitionis Tribunal expuncta ex Hieronymo de Llamas *in Expurg. anno* 1640. Tum quia eſt contra Bullam Pij V. expeditam anno 1571. octauo idus Auguſti, in qua decernit, & declarat decretum Concilij Triden. de approbatione Regularium ad audiendas ſæcularium confeſſiones ab Epiſcopis faciendâ. [Obſeruari debere in omnibus regularibus, etiamſi ſint Lectores, aut in Theologia etiam de ſuperiorum ſuorum licentia graduati.]

PROPO

EX TRACTATV DE VSVRIS

PROPOSITIO I.

Mutuanti licitum eſt, aliquid vltra ſortem exigere, ratione periculi, cui in ea recuperanda exponitur. Rebellus Ieſuita, *part.2. lib.9. quæſt.*12. (Cum autem hoc periculum inſeparabile ſit à mutuo, plane deducitur hac ſola propoſitione, omnes leges prohibentes vſuram caſſas, & inanes reddi.) *Vnde vendẽs creditor poterit etiam, ratione periculi in recuperando pretio, carius vendere: & ſic in aliis locationibus, & cambiis.* [En vſuris plana, & incolumis aperitur via. Nihilominus prædicta opinio eſt cõmunis inter Ieſuitas.) Leſſius *de iuſt.lib.2.cap.20.dub.*13.*n.*111.

1. PRIMA propoſitio, nimirum ratione periculi in recuperanda ſorte, licere aliquid vltra illam exigere, eſt fere communis inter Doctores. Eam enim defendunt Couarruu. Corduba, Salon, Gabriel, Aragon, Angelus, Maior, & alij, apud Salas, *tractat. de vſuris. cap.*22. *numero* 33. *& tractat.de vendit. cap.*41. *numero* 5. Vbi citat D.Thom. *Opuſcul.de vſuris, cap.*10. Item Bonacina, Malderus, Emanuel Rodriguez, & alij, quos ſequitur Diana *prima parte tract.*8. *reſolut.*37. *&* 57. Quibus adde Magiſtrum Penna, apud Salas, *ſupra* Syluestrum *verb. vſura* 1. *quæſt.* 55. & M. Serra 2.2. *quæſt.*77. *articulo* 1. *dub.* 4. §. *Probatur ratione ſumpta ex Syluestro.* Vbi ſic ait. [Quamvis enim vſura ſit, ſi quis recipit aliquid vltra ſortem, ratione mutui; non eſt vſura, vt inquit Syluester, ſi recipit ratione periculi tantum vt pretium periculi.] Et *quæſt.*78. *art.*2. *dub.*3. [Mutuans in ſe ſuſcipiens mutui periculum, poteſt ratione illius, quantum fideiuſſor, & aſſecurator poſſet, exigere.] Hæc Serra.

2. An vero ſemper ſit periculum; ratione cuius poſſit aliquid, vt periculi pretium ſupra ſortem exigi? Negat D.Antoninus 3.*part. titul.*8. *cap.*3. §. 1. & cum eo Doctores omnes Societatis. Affirmat Sylueſter. *verb. Negotium quæſt.* 4. Vbi ſic ait. [Nullus poteſt eſſe ita ſecurus, quin poſſit aliquod

quod interueniat periculum, vel ſaltem aliqua difficultas, vel *labor in re habenda*] Cui ſubſcribit M. Serra *ſupra quæſt.77.art.2.dub.2.* Vnde cum Syluestro infert, poſſe exigere lucrum vltra ſortem, ratione aſſecurationis [Nam quod alius, inquit, aſſecurare poteſt, etiam poteſt, & ipſe mutuans, dum tamen non mutuat cum pacto, vt alius cum ipſo contractum aſſecurationis ineat; nam non eſt peioris conditionis, quam alij.]

3. Hinc ſecundam propoſitionem, nimirum quod vendens credito poſſit, ratione periculi pecuniæ amittendæ ob malitiam, vel impotentiam debitoris, carius vendere, docent omnes ſupracitati. Et eſt expreſſa ſententia D.Thom. *Opuſculo 73. cap.10.* Vbi ſic. (Si enim venditor rem ſuam intendat vendere carius non propter tempus tantum, ſed propter damnum, quod ſibi videt imminere, ex dilatione ſolutionis recuperandæ, ſeu propter vexationem ſuam redimendam, quam probabiliter putat ſibi futuram, in repetitione debiti ſui, propter malitiam, vel impotentiam debitoris, tunc excuſatur à vitio.) Hæc D.Thom. quem ſequuntur diſcipuli M. Serra 2. 2. *quæſt.77. articul.1. dub.4.* (Dicendum eſt ſecundo ratione periculi pecuniæ amittendæ, ac expenſarum, & moleſtiarum ad eam recuperandam licitum eſſe carius vendere dilata ſolutione. Hanc partem docet Syluester, *verb. vſura 1.quæſtio 35.* quem ſequitur Medina *eod. de Reſtitutione, quæſtio 38. §. ad 3.* & alij.) Et ante illum M. Petrus de Ledeſma *in ſum. parte 2. tract.8. capitulo 32. de vſura, concluſ.29. ad 4. titulum.* [*Digo lo ſegundo, que ſera licito, con buena ſe conſiderando el peligro del capital, y los gaſtos que ſe han de hazer en cobrar la deuda, taſſar al tiempo de la venta, cierta cantidad, en la qual ſe aprecie el peligro, y los gaſtos, y pedirla al comprador, fuera del precio preſente.*] Hæc ibi: Quod putat probabile Mag. Corradus, *1.part. Reſp. quæſtio.130.* & tenet apud ipſum Petrus de Aragon 2. 2. *quæſt.77.art.4.*

4. Et apertè ſequitur M. Acacius de Velaſco *tomo 1. reſolut. moral. verb.* [*Contratos*] *reſol. 106. numero 1.* Vbi ſic ait. [*En algunos caſos ſe puede vender vna coſa mas cara* (& ennumeratis tribus ſubdit,) Quartò propter periculum amittendi pretium rei, vel recuperandi cum expenſis, *por el peligro de perder el precio de la coſa, ò recuperarlo con danno della.*] Et pro hac ſententia ſexdecim Authores refert Ioannes Martinez de Prado, *tomo 2. Theolog. moral. capite 27. §.2. à numero 6. ad 10.* inter quos, Sanctarellum, Caramuelem, Villalobos, Fauſtum, & Trullenc, ſubiungens. [Idem docuerunt alij octo Authores, quos refert & ſequitur, Syluester &c. Hæc opinio propter extrinſecam Doctorum authoritatem, & rationem quâ nititur ſpeculatiuam habet probabilitatem, ſed in praxi falſam reputo cum Soto.] Hæc ille. Sed cur tot tamque Doctores ad probabilitatem practicam non ſufficiunt? Cur non vnus D. Thomas? aut quo modo in praxi poterit eſſe falſa, cum nulla ſuperaddatur circunſtantia, quæ in ſpeculatiuam conſiderationem non veniret? Omitto plures Doctores ſentire (apud Dianam *part.10. tract.11. reſol.47. §. Nota vero*) opinionem ſpeculatiuè probabilem, eſſe practicè probabilē.

Inter

Inter quos M. Serra, Ioannes Sancius Leander à SS. Sacram. Spinola, Ioannes Henriquez, Narbona, Auería, & Machado.

5. Et ſaltem quod ratione periculi expenſarum ad recuperandum pretium, poſſit carius vendi creditoꝫ tradunt Sotus *6. de iuſt. qu. 4. art. 1.* & Bannez *2. 2. quæſtio. 77. artic. 4. dub.* Quibus conſentit M. Ioannes Martinez de Prado *ſup. qu. 3. §. 5.* Vbi adducens verba Magiſtri Sori, ſubnectit. [Quam ſententiam eſſe hodie communem inter Doctores octo relatis, docet Bartholomæus à Sancto Fauſto.] Et illam tenet M. Corradus *1. part. Reſp. quæſtion 231.* dicens. [De vendente ad credentiam pluris, quàm res valeat, D. Thom. *in Opuſc. de vſuris, cap. 10.* ait vſuram eſſe, ſi tantum propter expectationem ſolutionis fiat, ſi autem propter ſuam indemnitatem fiat, poteſt non eſſe vſura neque iniuſtitia, licet contractus de ſe ſit illicitus.] Hæc M. Corradus. Sed vnde illicitus, ſi contra iuſtitiam non eſt? Vnde illicitus ſi vt ait D. Thom. *ſupra.* [Tunc excuſatur à vitio?]

6. Addit Caietanus 2. 2. *quæſt. 78. artic. 2. ad 7.* in venditione ad creditum, ſeu dilata ſolutione, (conſiderata vt eſt pars cōſummatiua emptionis.) licitum eſſe propter expectationem ſolutionis aliquid plus exigere, etiam ei, qui non erat ſeruaturus merces, (quantum inter plus, inquit, & minus creditur vero ſimiliter res tunc (id eſt tempore ſolutionis) valitura.) Et ita putat deciſum *in cap. Ciuitate.* Cui fauet Sotus *de iuſt. lib. 6. q. 4. art. 2. §. Verum tamen.* Vbi ait. (Non eſt proſſus Caietani opinio improbabilis, præſertim ſi venditio fiat indefinito pretio.) Quod tradit etiam M. Serra 2. 2. *quæſt. 77. artic. 1. dub. 4. concluſ. 3. in fine.* Verum hæc ſententia eſt contra communem Theol. & contra omninm facile Principem D. Thomam *vbi ſupra* dicentem. (Vnde, quidquid vltra iuſtum pretium, pro huiuſmodi expectatione exigitur, eſt quaſi pretium mutui, quod pertinet ad rationem vſuræ.)

7. An vero ſint alij tituli, quorum ratione poſſit aliquid vltra ſortem exigi? Vide doctiſſimum M. Serra 2. 2. *quæſt. 78. art. 2. dub. 3.* Vbi ita inquit. (Dicendum eſt ſecundò, licitum etiam eſſe mutuanti, aliquid vltra ſortem exigere, ſi ſe obliget ad non repetendam ſortem, vſque ad certum terminum. Huius oppoſitum tenent Leſſius, *lib. 2. capitul. 20. dub. 14.* & alij recentiores. Sed noſtram concluſionem docet Medina, *codice de Reſtitutione, quæſtio. 32.* Mag. Ledeſma *2. part. ſummæ tract. 8. capitul. 33. concl. 4. diffic. 2.* Diana *1. parte tractat. 8. reſolut. 48.*) Hæc ille. Et hanc ſententiam eſſe communem inter diſcipulos D. Thomæ, ait M. Ledeſma *vbi ſupra* his verbis. [*Si la obligacion de no boluer a pedir, es por mucho tiempo, ſe puede muy bien eſtimar en precio, y por razon de aquella obligacion, ſe puede muy bien lleuar el iuſto precio ſin vſura ninguna. Eſto enſennan todos los diſcipulos de S. Tomas.*]

8. Ex quibus nouiſſimè ita docent M. Acacius de Velaſco *tom. 2. Reſol. moral. verb. vſura, reſolut. 455. numero 1.* Vbi ſic. [*Preguntan los Dotores, ſi por la obligacion en que ſe puſo de no pedirſele haſta paſſado el anno, pueda lleuar algo mas vltra ſortem?*] Et citatis pro parte negatiua Ieſuitis, Turriano, Molina, Salas, Layman, & Hurtado, Reſpondet. [*No obſtante que*

que eſta opinion es prouable, ſiento que la del Maeſtro Ledeſma lo es tambien, y ſe puede ſeguir con mucha ſeguridad de conciencia, con que ſea poco lo que ſe lleuare, como tres, ò quatro libras por ciento.] Sic ibi. Opinionem Ledeſmæ non improbat M. Ioannes Martinez de Prado licet non ſequatur abſolutè, ſed caſu quo carentia pecuniæ afferat mutuanti incommoditatem pretio æſtimabilem. (Quæ, inquit, frequentiſſimè eſt mercatoribus) Sic *vbi ſup. capitul.*28. *qu.*1.*§.*5. Quod latius tradit *numero* 29. dicens. (Cum moraliter non contingat, vt magno temporis ſpatio, non occurrant hominibus neceſſitates, & occaſiones diſpenſandi pecunias, ratione huius ſpecialis incommoditatis, poteſt aliquid vltra ſortem exigi.) Hæc M. Prado.

9. Cæterum Cardinalis de Lugo, *tomo* 1. *de iuſtit. diſp.*25. *ſect.*3. *numero* 17. Opinionem Magiſtri Ledeſmæ, & aliorum reiicit; quia, (Si vera, inquit, eſſet, reduceretur vno verbo tota controuerſia de vſuris ad quæſtionem de nomine, inutilem omninò ad forum conſcientiæ: & nullus contractus eſſet vſurarius re ipſa, ſed ſolum propter ignorantiam contrahentium, qui neſciunt diſtinguere titulum lucri.) Et P. Amicus *in curſu Theologico tom.*5.*diſput.*20.*ſect.*8.*numero* 131. dicit. (Eſſe ſententiam nouam, periculoſam; & expoſitam palliatis vſuris) & Palaus *tom.*4. *tract.*32. *part.*8. *ad* 5. ait. (Eſſe ſententiam valde periculoſam in fide.) Nihilominus, vltra citatos, probabilem putat M. Bertrandus Loth *in reſolut. Theologicis tractat.*9. *quæſtio.* 1. *articul.*4.*tit.* 2. & non eſſe improbabilem dicunt Trullenc *lib.*6. *cap.*16. *dub.*12. *in fine.* Ioannes Henriquez *in quæſtion. practicis ſeſſion.*23. *quæſtio.*4. *numero* 13. & Baſſæus *in Floribus, verb. vſur. numero* 9. & defendunt Caramuel *in Theolog. fundam. Fund.* 60. §.1. & Fr. Philippus de la Cruz Vaſconcellos, Ordinis Sancti Baſilij *in Opuſculo Hiſpano idiomate cuſo Matriti, anno* 1638. quod inſcripſit. [*Tratado vnico de intereſſes, ſobre ſi ſe puede lleuar dinero por razon del empreſtido liſo, y llano,*] Vbi multis pro ſententia Ledeſmæ ſtat. [*No hablo, inquit, al preſente ſobre ſi ſe puede lleuar dineros por la priuacion dellos, que lo tengo por cierto, atendiendo a la dotrina de los Thomiſtas, como dize el Padre Fr. Pedro de Ledeſma.*] Et *infra fol.*9. [*Deſpues de preſtado el dinero ſe puede lleuar algun interes por la eſpera de la paga, y no ſolo por la priuacion como ſe ha dicho.*]

10. Legas quæſo prædictum tractatum, & plura ſingularia reperies. Sic enim ſcribit, [*Puede antes de preſtar el dinero, pedirle al que lo ha de recebir, que le prometa ſer agradecido.*] Pro qua aſſertione adducit Medinam Complutenſem, *codice de Rebus reſtituendis per vſuram acquiſitis, quæſt.*3. Vbi ait (Et ſi mutuans dicat, non mutuabo, niſi vltra ſortem loco intereſſe, aliquid certum ſoluas, quod hoc non ſit de ſe illicitum, apparet ex dictis.) Quæ doctrina, ſi nitatur principio *ſupra iacto tract. de ſimonia Prop.*1. nimirum pactum ſolius amicitiæ, & gratitudinis non continere ſimoniam, neque vſuram, tot habebit pro ſe patronos, quot ibidem citatos reperies. Quibus adde Angelum, *verb. vſura* 1. *numero* 4. Vbi ait. (Non eſſe vſuram cum naturalis obligatio ita deducitur in pactum, vt

X non

non magis teneatur, quam ex ipſa naturali obligatione.] Quod tenent etiam apud illum Hoſtienſis, & Gregorius Ariminenſis, & Adrianus, & Gabriel, apud Leſſium, *lib.2. cap.20. dub 8. numero 56.* Verum addit Philippus de la Cruz *fol.4.* [*Supueſto que puede pedir que ſe le determine la cantidad, y no prometiendo el agradecimiento a ſu guſto, y voluntad, no darle ninguna coſa, y eſto aunque le aya, de dar ſu dinero paramente preſtado y que el tal agradecimiento aya de ſer puramente por eſſo. Annado, que puede pedir que ſe le haga eſcritura de la tal donacion; como no aya rieſgo de que pidiendo eſtas condiciones, acaſo ſea la tal promeſa forzada, y no gratuita &c. Por lo qual conuiene para la ſeguridad ad deſte modo de contratar, que el que dà aduierta al que recibe, como no le pide ninguna coſa por modo de obligacion, ni debito de juſticia, ſino que lo que diere, ò prometiere, aya de ſer de ſu voluntad, y grado, y que tenga intencion de darlo, y prometerle por via de agradecimiento, porque ſiendo aſſi, no es vſura, como lo reſuelue muy bien Fray Pedro de Ledeſma, con todos los Diſcipulos de Santo Tomas.*] Hæc Cruz.

11. Cæterùm id quod addit, de ſcriptura ſeu inſtrumento publico, eſt apertè contra ferè omnes Doctores expreſsè excludentes obligationem ciuilem, ad iuſtificationem prædicti gratitudinis pacti: quod contrapponunt pacto iuſtitiæ: vt ex M. Bannez, notauerat idem Cruz *ibidem* dicens. [*Y aunque Bannez no admite la obligacion ciuil, ſe ha de tener por cierto, como proue arriba con Adriano, S. Antonino, y Rodriguez.*) Verum hi Authores non admittunt abſolutè talem obligationem, ſed ad id præcisè ad quod iam naturaliter vi mutui manebat obligatio. Adrianus enim *in 2. tract. de reſtit. §. Sed contra* ſolùm ait: (Licere mutuando paciſci, & inducere obligationem ciuilem, ſi per illud pactum ad nil aliud obligetur, quam ad quod prius erat obligatus naturaliter.) V.g. vt mihi viciſſim dū opus habeam, & tibi incommodum non fuerit, remutes, aut iuſto pretio, à me emas, aut meo molendino molas, aut agrum meum iuſto pretio colas, & in hoc tantum caſu D. Antoninus *part. 2. titul.1. cap.7. §.10.* Id probant ex Gregorio Ariminenſi. Et in eodem ſenſu intelligendus eſt Emanuël Rodriguez dum eis citatis *in ſum. tomo 4. capitulo 177. numero 5.* ait. (*Cierto es que el que preſta a otro algun dinero, puede recibir algo, no como ganancia del dinero, ſino como agradecimiento deſta buena obra, pues la gratitud es vna correſpondencia deuida de derecho natural, y Diuino. Lo qual es en tanto verdad, que puede el que dà preſtado imponer obligacion ciuil al que le recibe de le acudir con eſte agradecimiento, pudiendolo hazer ſin notable danno ſuyo como ſiguiendo à Adriano, ſan Antonino, y a otros que reficero, lo afirma Leſſio: porque no parece ſer notable carga obligarſe vno con obligacion ciuil à cumplir aquello lo qual eſtà obligado a cumplir por ley natural, y diuina.*) Hactenus Rodriguez, qui malè pro hac opinione citat Leſſium, quia oppoſitum ibi tradit (nimirum *lib.2. de iuſt. cap.20. num.59. prope finem.*) & prædictos Authores adducit in ſenſu à nobis *ſupra* explicato, non in eo, quem intendit Philippus de la Cruz.

12. Ita

12. Itaque obligationem ciuilem, quam admittit Cruz, omnes Doctores vt vſurariam reiiciunt, & ab ſcholis exterminanda eſt, ſicut, & concluſiones, quas ex illo principio ducit *fol.* 2. dicens. [*Auiendo, que ſi la tal promeſa la hiziere por eſcrito libremente, auiendola acceptado quien dio el dinero, la puede deſpues cobrar por juſticia, y detenello con ſana conciencia, no corriendo peligro que ſelo atribuyan a logro, que aqui ſe habia en el foro interior (& folio quinto,) y el que lo prometio, vna vez hecha la promeſa deue en conciencia pagarlo, como enſenna Santo Tomas, Caytano, y Sylueſtro. Lo qual conſta de la Inſtituta, &c. y el no cumplirla ſera pecado, como enſenna, a la letra Nauarro por eſtas palabras.* [*Si prometio alguna coſa notable, licita, y poſſible, verdadera, y voluntariamente, y no cumpliò ſu promeſa peca mortalmente.*] *Con que queda bien prouado, que auiendo hecho promeſa de tanto, ò tanto en agradecimiento, ay obligacion en conciencia a pagarlo.*] Hæc ille. Quæ ſi concedas, actum eſt de vſuris. Authoris æquiuocatio in eo ſtetit, quod pactum amicitiæ includens promiſſionem, de aliquo dono ex gratitudine ſub conditione mutui conferendo, quam admittunt plures Doctores, aliam putauit obligationem inducere, quam quæ iure naturali cuique ineſt præbendi ſe gratum ſuo benefactori, quod à veritate alienum docent omnes. Secus vero eſſet, ſi poſt acceptum mutuum, mutuatarius ſponte efficeret liberalem promiſſionem; hanc enim alij ex iuſtitia, ac proinde grauiter, alij ex fidelitate, atque adeo leuiter obligare exiſtimant; vt videre eſt apud Dianam *parte 2. tractatu 3. Miſcel. reſolut. 9. & 3. part. tractat. 5. reſolut.* 116. & 4. *part. tractatu* 4 *reſolution.* 122. Quod autem, qui mutuauit, poſſit liberalem promiſſionem, ſeu donationem acceptare, probat M. Fumus, in Armilla, *verb. vſura numero* 21. dicens. [Non enim mutuando factus eſt quis peioris conditionis, quam antea eſſet, ideo ſi antea poterat aliquid gratis accipere, multo magis poſt hoc beneficium.] Sic ille, & plures apud Dianam *prima parte tractatu* 8. *de contract. reſolut.* 62. & eſt ſententia Diu. Thom. *opuſcul.* 73. *de vſuris, capite* 8. *poſt medium.*

PROPOSITIO II.

Licitum eſt mercatori creditò vendere merces pretio rigoroſo, v.g. 100. & ſtatim numeratâ pecuniâ eas emere 80. quod eſt pretium infimum. Leſſius Ieſuita *de iuſt. lib. 2. cap. 21. dub. 16. num.* 130.

1. R. LEſſius non dicit, rem venditam 100. poſſe ſtatim emi 80. ſed *95.* quod longè diuerſum eſt. Quia hoc pretium continetur intrà latitudinem iuſti, ſecundùm omnes Theologos, ſecus illud. Et quæſtio solùm eſt, an qui vendit credito pretio ſūmo, poſſit numeratâ pecuniâ

 emere

emere pretio medio, vel infimo? Quod illicitum putant nonnulli. [Sed verius, inquit Leſſius, eſt, non eſſe iniuſtum, etiamſi redimat ipſe venditor, modo intra limites iuſti pretij conſiſtat, ita vt quando vendit creditò, non excedat pretium rigoroſum, & quando non redimit numeratò, non deſcendat infra iuſtum infimum, Ita Nauarrus *cap.23.num.91.* & Petrus de Nauarra *libro 3. capite 2. de numero 170.* & alij recentiores.] Hæc Leſſius, quæ *infra numero 131.* limitat; dummodò non ſit ſcandalum, nec vlla ſibi, vel ſuis infamia; & nequeat abſque ſui diſpendio mutuum dare.

2. Hanc ſententiam tenet etiam M. Mercatus 1. *de contract. capite 26.* ibi. [*Si acaecieſſe, inquit, auer vendido ſu ropa, verla deſpues en tienda, ò alomenos expueſta a vender, no auiendo concierto en ello, ne temiendoſe de infamia, bien podrà comprarla, como qualquiera otro del pueblo, por el precio que los demas la compran.*] Sic ille. Quam opinionem. (Veram eſſe ſpeculatiuè loquendo) ait M. Ludouicus Lopez *de contract. lib.1. cap. 34.* Verum opinionem ſpeculatiuè probabilem, (nedum veram) eſſe practicè probabilem defendit M. Sa-ra 1.2.*quæſt.19.articul.6. fol. 376.* & plures, quos dedi *tiop. praeced.n.4.* Ideò prædictam Leſſij, Mercati, & aliorum ſententiam tuentur Angelus, Salon, Garcia, Gutierrez, Palatius, Azeuedus, G. affius, & alij, quos refert Salas *tractat. de contract. vbi de vendit. dub. 37. numer. 2. & de vſuris dub. 16.* Et nouiſſimè amplectitur M. Acacius de Velaſco *tomo 1. reſolution. moral. verb. contratos. reſolut. 106. numero tertio* ibi. [*Reſpon de con Layman, y otros muchos, que eſtas moatras ſe pueden comprar licitamente, porque en eſta venta, y compra, lo que ſe compra, y vende es intra limites de juſto precio, y aſſi puede muy bien hazerſe, &c. Quando el que vende no ſe concierta con el comprador, que le ha de vender otra vez, lo que compra por menos, ò inſimo precio.*] Hæc ille. Et antea tradiderant M. Ioannes de la Cruz, & alij quos ſequitur Diana *parte prima tract. un 8. reſolut. 33. & 58.* Et quando mercator non vendit credito, intentione reemendi, ſequuntur Syluester, & Ludouicus Lopez, citans Magiſtrum Penna *vbi ſupra*, & Roſella *verb. vſura 2. n.10.* Verùm intentio reemendi iuſto pretio, ex natura rei, nec eſt illicita, nec contractum licitum vitiare poteſt.

3. Plus addere videtur Caietanus *in ſumma verb. Emptio*, nimirum poſſe vendere cum pacto de retrouendendo. Nam poſtquam ſtatuit, iuſtum pretium diuidi *in pium, moderatum, & rigoroſum.* Et quod *Deducere emptionem ad pretium pium nullum ſit peccatum.* Sic ait. [Quando venditur aliquid cum pacto de retrouendendo, ſi pretium eſt iuſtum, contractus licitus reputatur, & communiter ſit.] Secus, (Si pretium, quo emitur, minus eſt quam res valeat.) Merces autem, quæ pretio rigoroſo valent 100. certum eſt pretio pio valere 95. Quid ergo; licebit vendere credito pro 100. cum pacto retrouendendi numerata pecunia pro 95. Abſit: ideò bene id negat ipſe Caietanus *verb. vſura exterior caſu 9.*

4. Adde mercatorem rogatum ab emente poſſe numeratâ pecuniâ, longè minori quantitate, ab eo teuendente merces emere. Nam rogatus à venditore

venditore poteſt emere pro 67. rem valentem 100. Vt tradunt Caietanus, Bonacina, & alij quos ſequitur Diana 1. *part. tract. 8. reſol* 53. Imò addunt alij poſſe emere pro 60. & vilius. Quod tenet M. Serra 2. 2. *qu.* 77 *art.* 1. §. *Aduertendum.* Vbi ſic. [Merces vltroneæ vileſcunt, quandoque pro media parte. & quandoque plus.] Et ſaltem quod ad medietatem vileſcant, tradit M. Corradus 1. *part. Reſp. q.* 130. Et tenent Palatius, Megala Fauſtus, & alij, quos citat Diana 1. *part. tra.* 8. *reſol.* 78. Quibus ſubſcribit Caramuel *in Theolog. Fundamentali, fund.* 43. § 8. *num.* 795. Quod autem mercator poſſit redimere merces à ſe credito venditas, eodem pretio, quo alij merces vltroneas, tradit expreſsè M. Ludouicus Lopez *vbi ſupra*: (Si numeratâ, inquit, pecuniâ, minoris eas redimeret, eo ſcilicet pretio, quo alius vltro oblatas iuſto emeret, non eſſet iniuſtus contractus, ſed neque illicitus, ſi ſcandalum caueretur, locúmque haberet in hoc caſu ſententia Nauarri.] Et *infra* §. *Reſpondetur,* (Secùdùm Caietanum, & axioma commune, merces vltroneæ pro tertia parte ſolent vileſcere.) Ex quibus patet iuxta hunc Doctorem poſſe mercatorem merces credito venditas 100 ſtatim rogatum emere pecunia numerata pro 67.

5 Eandem ſententiam, ne dicam laxiorem, tenet M. Bannez 2. 2. *qu.* 78. *de vſur. art.* 2. *Ad ſecũdum reſpondetur.* Vbi ſic ait. [Si mercator bona fide vendidit merces ſuas ignorãs voluntatis eius, qui emit; poſtea verò vidẽs quod, qui emit ab eo merces, procurat eas diuendere, emit eas iuſto pretio, ſicuti ſi venderentur in publica auctione, talis contractus erit iuſtus, etiamſi pretio emat viliori; ſunt enim illæ merces vltroneæ.] Hæc ille: in publica autem auctione iuſtum pretium eſt, dum non infra dimidium, vt ait M. Corradus 1. *part. Reſp. quæſt* 158. Quod tradunt etiam, apud Dianam *vbi infra,* M. Ludouicus Lopez, Salon, Malderus, Rodiguez, Corduba, & alij. Imò & infra dimidium emi poteſt, ſicut, & duplo, vel pluris quam valet vendi; vt cum M. Serra *vbi ſupra* Tradit M. Ioannes Martinez de Prado *tom.* 1. *Theol. cap.* 27. *quæſt.* 1. *numero* 42. citans Trullenc, Villalobos, & Dianam *part.* 9 *tract.* 8. *reſol* 5 [Vbi alios, inquit, decem Authores refecit.] Adde ſecundum aliquos iuſtum pretium reputari, quod abſque fraude extorqueri poteſt. Ita docent M. Bannez, Medina, Aragon, Villalobos, Bonacina, & alij apud Dianam 1. *parte tract.* 8. *reſolut.* 55. *&* 4 *part. tract.* 14 *reſolut.* 12. Vnde iuxta doctrinam prædicti M. Bannez, mercator, qui pretio credito vendidit merces pro 100. poterit ſtatim numeratâ pecuniâ, rogatus emere pro 50. & minoris. Emit enim merces vltroneas, & quas eodem pretio poteſt emere, quo in publica auctione. Doceri vellem à Magiſtro Bannez modum fugiendi eiuſmodi illationem.

6. Veroſimilius M. Corradus Doctrinam vniuerſalem tradit (quæ alia non eſt à Patris Leſſij) *in Reſponſ.* 1. *parte queſtione* 157. ibi. [Si mercator iuſte vendit credito ſuas merces tanti, quanti valent pecunia numerata, licitus eſt contractus, quamvis ſciat me minori venditurum, etiamſi ipſe poſtea eaſdem merces viliori pretio emeret, remoto tamen puſillorum ſcandalo. Quia vt *quæſt.* 150. *ſupra* habetur, rerum pretia iuſte variantur

ex vario vendendi modo.]Et *infra.* [Nec etiam ad rem facit, ſi quis vendat ex neceſſitate, vel non neceſſitate oppreſſus, quia neceſſitas non mutat rei pretium, vt bene Caietanus 2.2.*q.77 art.*1. demonſtrat.] Hæc M. Conradus.

7. Ex quibus infertur, quantâ ſoliditate, Diana 1.*part. tract.*8. *reſol.*78. dixerit. [Ex hac doctrina ſequitur, me olim rectè reſpondiſſe, poſſe aliquem emere rem vilius ab illo; qui vendit neceſſitate compulſus, quia ex modo vendendi, minuitur pretium rei, & merces efficiuntur vltroneæ. Ita Turrianus, Nauarra, Bonacina *vbi ſupra* cum Villalobos *in ſumm. tom.*1. *tractat.*21.*diffic.*6. *numero* 20. Sic ille. Quibus adde F. Ludouicum à Concep. *in exam. verit. tractat. de reſtitut. caſu* 21.*numero* 8. *fol.mihi* 173. Vbi ait. (Vileſcit res, non ſolùm pro tertia, ſed etiam pro dimidia parte, quando quis illam vendere neceſſitate compellitur.)

8. Nota hîc. Iure poſitiuo Caſtellæ *l.*12. *tit* 11 *libro* 5.*noua recopil.* damnari mercatorem, qui credito vendit, ſi iterum emat pecunia numerata, quocumque pretio. Cæterùm has leges ſolum procedere contra ementem pretio iniuſto, explicant Palatius, & Azeuedo, apud Salas, *tract.de vendit. dub.*37.

PROPOSITIO III.

Ex communi ſcientia Ieſuitarum licitum eſt, pecuniam ad lucrum dare exigendo viginti pro centum.

1. R. HÆc doctrina tantum abeſt, vt ſit communis, vt nullius ſit Ieſuitę Quod vel ex eo ſuadetur, quod nullus ab hiſtorico famoſo pro ea referatur. In hoc puncto Ieſuitæ nil nouum in ſcholas induxere; ſed antiquos Doctores per omnia ſunt ſequuti. Omnes itaque vno ore, & calamo vno, lucrũ ex pecunia licitum, illud tantum agnoſcũt, quod prouenit, aut ex negotiatione per ſe, vel per alium, (vt cum pecunia traditur mercatori certum lucrum ſaluâ ſorte redditurо, modo *infra* explicando) aut ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis, quando non negotiaturo traditur.

2. Primum luctandi caput eſt apud Doctores commune. Audi M. Marcum Serra inſignem Theologum 2.2. *quæſtion.* 77. *articul.*4. *dub.*2. Vbi ſic ait (Dicendum ſecundò: Si contractui ſocietatis ſuperaddantur contractus aſſecurationis capitalis, & venditionis lucri incerti pro lucro incerto, ex vi horum licitum eſt, exigere lucrum certum ſaluâ ſorte. Docent hoc Syluester *verb. ſocietas, quæſtio.*2. Fumus *eodem verbo*, §.7. Maior *in* 4. *diſt.*15. *quæſtion.* 17. 18. *&* 19. & Gabriel *ibidem, quæſtio.*11. *dub.*10. Caietanus *tom.*2. *Opuſcul. tractat.*31. *reſp.* 11. Nauarrus *cap.*17. *numero* 255. Couarru. *libro* 3. *variar. reſolut. capite* 2. *numero* 3. & communiter recentiores.) Hæc Serra. Et hanc opinionem referens M. Ioãnes Martinez de Prado, *tom.*2 *Theol. mor. c.*19.*q.*2. adducit pro

Digitized by Google

pro illa ex Thomiſtis Medinam, Franc. Garzia, & Ludouicum Lopez: & ex aliis, ſupra viginti Doctores, apud quos, inquit. [Fere triginta alij citati reperiuntur.] Ipſe vero *§.3.nu.19.* ait. [Hanc ſententiam per principia etiam intrinſeca eſſe probabilem, debitis adhibitis limitationibus.] Et abſolutè tuentur, Bonacina, Sarmiento, Molla, Malderus, Megala, & alij quos citatos ſequitur Diana *p.1.tr.8.reſ.30.*

3. Iam quantum lucri certi exigi poſſit. Reſpondet Serra. *vbi ſupra* his verbis. (Quantum vero lucri certi ſaluâ ſorte exigi poſſit? Pendet ex praxi probatâ, & communi æſtimatione. Sicut de pretio reliquarum rerum diximus ſupra. Antiquitus, vt ex Maiori, & Caietano, *locis citatis*, colligitur, quinque pro centum exigebantur. Nunc etiam octo exiguntur, nec propterea Mercatores deficiunt, qui illa ſingulis annis ſoluere offerant, vtpotè multo plura lucrantes.) Sic ille. Quem ſequuntur Ioannes Martinez *vbi ſup. quæſt.2. num.20.* & Mag. Acacius de Velaſco *infra citandus*. Ieſuitæ verò qui ſcripta prælo mandarunt, quinque tantum pro centum cum antiquis communiter, exigi poſſe concedunt. Sed quidem nequit prudenter, pro omni genere negotiationis, eadem quantitas lucri taxari. Quia iuxta qualitatem mercium, maius, vel minus ſolet eſſe lucrum; quò autem incertum maius eſt, eò pluris prô certò lucro vendi poteſt. Quapropter iure optimo M. Serra ad praxim probatam, & communem æſtimationem reducit: cui cum Bonacina acquieſcit M. Prado *ſup.* dum ſubnectit. (Imò Bonacina *de contract. diſp.3.q.3.part.11.n.6.* cum aliis aſſerit, in contractu trium contractuum poſſe tantò plus exigi, quò negotiatio maius lucrum affert.)

4. Si verò pecunia non mercatori tradatur, ſed alteri non negotiaturo, nil vltra ſortem exigi poteſt, niſi ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, vt dixi. Ceſſat autem lucrum, quando ex eo, quod pecuniam mutuas, amittis, v.g. Occaſionem emendi cenſum aut domum, aut agrum fructiferum; vel quando pecunia erat deſtinata, & expoſita negotiationi licitæ, & propter mutuū remouetur à negotiatione, ad quam erat in potentia proxima. Vnde ſi nūquā fuerat ad negotiandū dicata; vel iam, propter aliā rationē, fuerat à negotiatione abſtracta, nil vltra ſortem exigi poteſt, niſi fortè ratione periculi, & expenſarū in ea recuperanda, quod ad titulū damni emergētis reducitur, iuxta diuerſas opiniones, de quibus *ſuprà prop.1.* Hæc eſt communis Ieſuitarum, & aliorum Theologorum ſententia. Vide Card. de Lugo *to.2. de iuſtit. diſp.25. ſect.5.* P. Salas *de vſuris dub.10.* P. Molinam *de Iuſt. diſp.315. in fin. & 316. in princ.* Cardin. Toletum *lib.5.c.33.* P. Leſſium *c.20. dub.11.* Syluest. *verb. vſura 1. §.19.* Eminentiſſ. Caiet. 2.2. *qu.78. art.2.* M. Corradum *1.p. Reſp. qu.229.* M. Acaciū de Velaſco *to.1. reſ. moral. verb Contractos reſol.124.* & alios apud ipſos. Iā verò quātum lucri ex hoc capite poſſint ſupra ſortem exigi, pendet ex quantitate lucri quod mutuāti ceſſat, vel dāni quod emergit; vnde niſi in caſu particulari, attentis circumſtantiis, nemo prudenter determinare poteſt.

5. Ex his principiis, montes, quos vocant Pietatis, in quibus à ſingulis mutuatariis aliquid vltra ſortem exigitur, pro conductione domus, pro alimentis, & ſtipendiis miniſtrorum, licitos

propter opinionem M. Soti eſſe improbabilem ait Suarez *tom.1. de Religione, lib.4. cap.21. num.16.* Quid ergo faciendum in caſu, quem proponit Sotus? Reſpondet D. Thomas, *in 4. diſt.25. citata, quæſt.3. art.2. ad 3.* [Dicendum quod in caſu illo debet aliquis emere aquam à Sacerdote, & ipſemet puerum baptizare, quia in caſu neceſſitatis licet baptizare etiam mulieri. Nec debet aliquo modo pro ipſo Baptiſmo Sacerdoti pecuniam dare, & ſimiliter eſt de adulto.] An vero extra caſum neceſſitatis cuicumque baptizare liceat? Negat D. Thom. *3. part. quæſtio.67. artic.5.* Vbi ait. (Extra articulum vero neceſſitatis grauiter peccaret.] Sed Caietanus *ibidem artic.4.* contrarium tenet, dicens. Sed vbi abſque ſolemnitate baptizaret, & contemptus, & præſumptio deeſſet, extra neceſſitatis articulum,(puta quia credunt ſe benefacere) mortale peccatum non video.]

10. Singulare aliud in materia ſimoniæ tradit Caietanus, quod ſic ex illo refert, & reiicit M. Catherinus *in Annotationibus ad eius comment. libro 6. fol. mihi 568.* [De ſimonia vero in ſecunda quæſtione valde illum falli non dubito, cum negat eſſe ſimonia, quando quis emit Epiſcopatum habens animum non ſoluendi.] Et *infra.* [Quamobrem hic,& in ſummulis ſuis manifeſtum eſt, hunc virum à Canonibus deuiaſſe.] Hæc Ambroſius Catherinus.

PROPOSITIO II.

Non eſt ſimonia dare pretium cuidam tertio, vt intercedat apud alterum, cui non incumbit conferre, neque eligere, neque præſentare, vt iſte tertius obſecret, vt aetur illi Beneficium. Vnde non erit ſimonia dare aliquid famulo auditoris, vt obſecret ſuum herum, vt hic me proponat Regi ad Beneficium. Sanchez Ieſuita *in opuſc. moral. tom.1. lib.2. cap.3. dub.26. num.7.*

1. ℟. P. Thomas Sanchez *vbi ſupra* contrariam ſententiam tenet, dicit tamen hanc eſſe probabilem. (Licet hoc, inquit, probabile ſit, probabilius tamen eſt oppoſitum, quia non poteſt negari directè parari viam ad Beneficium pretio, & ſic emi Beneficiũ.) Dixit probabile, propter authoritatem quorumdam recẽtiorum, quorum alij ſequuti, alij tãquam probabili ſubſcripſerunt, reſpondentes *ad cap. Præſentium 1. qu.5.* quod obſtare videbatur. Et nouiſſimè tenet Ioannes de Soria *in Epitome ſummar. parte 2. titul.1. ſect.4. diſput.5. fol.457.* Vbi ait. (Non eſt ſimonia, ſi quis det Paulo pretium, vt intercedat apud Petrum, vt ipſe Petrus intercedat apud Ioannem collatorem Beneficij: quod probabile eſſe docent Vaſquez, & Sanchez.) Hæc Soria. Quẽ ſequitur Rocaful *in Praxi Theol. mor. lib.2. tom.1. de ſeptimo præcep. Decalogi cap.6. n.183.* ibi. (Dico ſecundo,

ſi

ſi daretur pro interceſſione mediata, nempe pro interceſſione apud interceſſorem immediatum, non committit ſimoniam, quia hæc interceſſio mediata, & remota eſt merè temporalis, nec vllo iure humano prohibitum eſt pro illa dare aliquid (attende) ſicut aſſentior probabile, dare pro immediata.] Hæc ille. Quibus videtur ſentire eſſe etiam probabile quod pro immediata interceſſione poſſit abſque ſimonia pretium dari.

2. Nec ſine duce ſentit Rocaful. quia ante illum ita iudicauit M. Sotus *de iuſtitia libro 9. quæſt. 7. articul. 3. in fine corporis* vbi, propoſitâ ratione dubitandi pro vtraque parte, concludit. [Eſt tanti apud me vigoris hæc ſecunda ratio, (nimirum pro contraria, & communi ſententia) vt ei libentius, quam priori aſſenſum præbuerim.] Hæc Sotus. [Vnde videtur (ait Sanchez) probabilem reputare hanc ſententiam, quam tenuit tanquam ſatis probabilem quidam doctus Neotericus. Et Greg. Lopez. *Vbi infra lib. 17. verſ. Tenudo* ſatis dubitat, quando non datur his, quorum miniſterio vtitur Epiſcopus in conferendis his ſpiritualibus.] Hactenus Sanchez.

3. Notat Paſqualigus cum aliis apud Dianam *part. 11 tract. 6. Miſcel. reſolut. 31.* nullam interuenire ſimoniam, quando quis dat pecuniam alicui, vt propria ſua merita notificet collatori, vt inde moueatur ad Beneficium ei conferendum.

PROPOSITIO III.

Qui electores pecuniâ corrumpit, vt eum in Generalem, Prouincialem, Priorem, vel Guardianum eligant, non ſubiacet pœnis contra ſimoniacos latis. Azor Ieſuita *part. 3. lib. 12. cap. 21. quæſt. 6. verſ. quæres.* (Eſt tamen notandum, hanc opinionem eo inniti, quod Prælatura Regularis non eſt Beneficium Eccleſiaſticum. Verum ea eſt Ieſuitarum doctrinæ inconſtantia, vt oppoſitum principium aſſumant, cum eo indigent, vt defendant Prælatos Regulares non approbatos ab Ordinario poſſe eligi à ſæcularibus virtute Bullæ Cruciatæ) Henriquez Ieſuita *lib. 6. cap. 6. num. 2. in gloſſ. lit. E. & F.* (Hoc mirum eſſe ſapere, quod vbicumque opus ſit, animum poſſis flectere.)

1. R. Primam obiectionis partem falſo tribui Patri Azor, ipſe enim à prædicta propoſitione præſcindit, neque affirmat, neque negat, Prælaturam regularem eſſe Beneficiū Eccleſiaſticum, ſed tātum aſſerit, nullum ſimoniacū eſſe ipſo iure excommunicatum, præter ſimoniacum realem in Ordine, & Beneficio. Quam opinionem tenent apud ipſum Angelus, Roſella, Syluester, & Tabiena, & vt clarius euincatur. En eius verba. [Quæres (inquit Azor) an per ſimoniam realem in aliis, præterquam in

vnquam, etſi primis tantum rudimentis inſtructus inconſequentiæ arguit doctrinam Auguſtiſſimæ, pariterque ſapientiſſimæ Prædicatorum Familiæ ex eo, quod Caietano negāti Prælaturam regularem eſſe Beneficium Eccleſiaſticum (ſicut negāt Bonacina, Peyrinus, Barboſa, & alij apud Dianam *par.* 4 *tract.* 4. *reſolut.* 256.) id ipſum alij *ſupra* citati ex eodē Ordine affirment? Adde nec diuerſitatem iſtam opinionū inter Ieſuitas, nec inter Thomiſtas citatos, te bene inſpectâ, reperiri: quia nec Azor, & Caietanus, negant, ſed præſcindunt; neque Henriquez & alij Magiſtri concedūt, ſed inquiunt, [Prælatus Monaſterij æquatur habenti Parochiale Beneficium.] Ex quo principio Prælatū eſſe elegibilem virtute Cruciatæ à ſæcularibus ſine approbatione Epiſcopi, docent Dominicani. Quæ tamen magis in Praxi cogitanda dixit Ieſuita. Quorſum ergo illud? [Hoc mirum eſſe ſapere, &c.]

5. Omitto, neque eidem Authori vitio verti, quod in his, quæ ad fidem non pertinent, modo in vnam, modo in contrariam opinionem declinet, vt de Angelico Præceptore dicit Caietanus 2.2. *quæſt.* 172. *art.* 6. per hæc verba. [*In articulo ſexto eiuſdem quæſtionis* 172. hoc ſolùm dicendum occurrit: quod Sybillæ, quæ hic inter dæmonum Prophetas computantur, ſuperius in quæſtione ſecunda, articulo ſeptimo, ad tertium, inter perſonas in fide Chriſti expliciter ſaluatas computari videntur. Materia ſiquidem hæc incerta cum ſit, quoniam de indiuiduis non pertinentibus ad fidem eſt, modo in vnam, modo in aliam partem declinare permittitur.

6. Permitti vero non poteſt opinio altera, quam ſapientiſſimi Magiſtri *ſupra* citati, Mātius, Gallo, Medina, & Bannez, ſuſtinēt apud Henriquez *vbi ſupra*. aſſerētes graduatos in Theologia, vel iure Canonico; imò, & Lectorem Theologiæ, aut egregium Prædicatorem publicū, poſſe abſque Epiſcopi approbatione, ſæcularium confeſſiones audire, & per conſequēs per Bullæ priuilegium eligi vt iure communi approbatos. Hæc, inquā opinio prorſus reiicienda eſt: tum quia per Sanctum Inquiſitionis Tribunal expuncta ex Hieronymo de Llamas *in Expurg. anno* 1640. Tum quia eſt contra Bullam Pij V. expeditam anno 1571. octauo idus Auguſti, in qua decernit, & declarat decretum Concilij Triden. de approbatione Regularium ad audiendas ſæcularium confeſſiones ab Epiſcopis facienda. [Obſeruari debere in omnibus regularibus, etiamſi ſint Lectores, aut in Theologia etiam de ſuperiorum ſuorum licentia graduati.]

PROPO

EX TRACTATV DE VSVRIS.

PROPOSITIO I.

Mutuanti licitum eſt, aliquid vltra ſortem exigere, ratione periculi, cui in ea recuperanda exponitur. Rebellus Ieſuita, *part.2. lib.9. quæſt.12.* (Cum autem hoc periculum inſeparabile ſit à mutuo, plane deducitur hac ſola propoſitione, omnes leges prohibentes vſuram caſſas, & inanes reddi.) *Vnde vendẽs creditor poterit etiam, ratione periculi in recuperando pretio, carius vendere: & ſic in aliis locationibus, & cambiis.* [En vſuris plana, & incolumis aperitur via: Nihilominus prædicta opinio eſt cõmunis inter Ieſuitas.) Leſſius *de iuſt. lib.2. cap.20. dub.13. n.111.*

1. PRIMA propoſitio, nimirum ratione periculi in recuperanda ſorte, licere aliquid vltra illam exigere, eſt fere communis inter Doctores. Eam enim defendunt Couarruu. Corduba, Salon, Gabriel, Aragon, Angelus, Maior, & alij, apud Salas, *tractat. de vſuris. cap.22. numero 33. & tractat. de vendit. cap.41. numero 5.* Vbi citat D. Thom. *Opuſcul. de vſuris, cap.10.* Item Bonacina, Malderus, Emanuel Rodriguez, & alij, quos ſequitur Diana *prima parte tract.8. reſolut.37. & 57.* Quibus adde Magiſtrum Penna, apud Salas, *ſupra* Syluestrum *verb. vſura 1. quæſt. 35.* & M. Serta 2.2. *quæſt.77. articulo 1. dub. 4. §. Probatur ratione ſumpta ex Sylueſtro.* Vbi ſic ait. [Quamvis enim vſura ſit, ſi quis recipit aliquid vltra ſortem, ratione mutui; non eſt vſura, vt inquit Sylueſter, ſi recipit ratione periculi tantum vt pretium periculi.] Et *quæſt.78. art.2. dub.3.* [Mutuans in ſe ſuſcipiens mutui periculum, poteſt ratione illius, quantum fideiuſſor, & aſſecurator poſſet, exigere.] Hæc Serta.

2. An vero ſemper ſit periculum, ratione cuius poſſit aliquid, vt periculi pretium ſupra ſortem exigi? Negat D. Antoninus 3. *part. titul.8. cap.3. §. 1.* & cum eo Doctores omnes Societatis. Affirmat Sylueſter. *verb. Negotium quæſt. 4.* Vbi ſic ait. [Nullus poteſt eſſe ita ſecurus, quin poſſit aliquod

Digitized by Google

quod interuenire periculum, vel ſaltem aliqua difficultas, vel *labor in re habenda.*] Cui ſubſcribit M. Serra *ſupra quæſt.77.art.2.dub.2.* Vnde cum Syluestro infert, poſſe exigere lucrum vltra ſortem, ratione aſſecurationis [Nam quod alius, inquit, aſſecurare poteſt, etiam poteſt, & ipſe mutuans, dum tamen non mutuat cum pacto, vt alius cum ipſo contractum aſſecurationis ineat, nam non eſt peioris conditionis, quam alij.]

3. Hinc ſecundam propoſitionem, nimirum quod vendens credito poſſit, ratione periculi pecuniæ amittendæ ob malitiam, vel impotentiam debitoris, carius vendere, docent omnes ſupracitati. Et eſt expreſſa ſententia D.Thom. *Opuſculo 73. cap.10.* Vbi ſic. (Si enim venditor rem ſuam intendat vendere carius non propter tempus tantum, ſed propter damnum, quod ſibi videt imminere, ex dilatione ſolutionis recuperandæ, ſeu propter vexationem ſuam redimendam, quam probabiliter putat ſibi futuram, in repetitione debiti ſui, propter malitiam, vel impotentiam debitoris, tunc excuſatur à vitio.) Hæc D.Thom. quem ſequuntur diſcipuli M. Serra 2. 2. *quæſt.77. articul.1. dub.4.* (Dicendum eſt ſecundo ratione periculi pecuniæ amittendæ, ac expenſarum, & moleſtiarum ad eam recuperandam licitum eſſe carius vendere dilata ſolutione. Hanc partem docet Sylueſter, *verb. vſura 1.quæſtio 35.* quem ſequitur Medina *eod. de Reſtitutione, quæſtio 38. §. ad 3.* & alij.) Et ante illum M. Petrus de Ledeſma *in ſum. parte 2. tractat.8. capitulo 32. de vſura, concluſ.29. ad 4. titulum.* [*Digo lo ſegundo, que ſera licito, con buena ſe conſiderando el peligro del capital, y los gaſtos que ſe han de hazer en cobrar la deuda, taſſar al tiempo de la venta, cierta cantidad, en la qual ſe aprecie el peligro, y los gaſtos, y pedirla al comprador, fuera del precio preſente.*] Hæc ibi: Quod putat probabile Mag. Corradus, 1.*part. Reſp. quæſtio.130.* & tenet apud ipſum Petrus de Aragon 2. 2. *quæſt.77.art.4.*

4. Et apertè ſequitur M. Acacius de Velaſco *tomo 1. reſolut. moral. verb.* [*Contratòs*] *reſol. 106. numero 1.* Vbi ſic ait. [*En algunos caſos ſe puede vender vna coſa mas cara* (& ennumeratis tribus ſubdit,) Quartò propter periculum amittendi pretium rei, vel recuperandi cum expenſis, *por el peligro de perder el precio de la coſa, ò recuperarlo con danno della.*] Et pro hac ſententia ſexdecim Authores refert Ioannes Martinez de Prado, *tomo 2. Theolog. moral. capite 27. §.2. à numero 6. ad* 10. inter quos, Sanctarellum, Caramuelem, Villalobos, Fauſtum, & Trullenc, ſubiungens. [Idem docuerunt alij octo Authores, quos refert & ſequitur, Sylueſter &c. Hæc opinio propter extrinſecam Doctorum authoritatem, & rationem quâ nititur ſpeculatiuam habet probabilitatem, ſed in praxi falſam reputo cum Soto.] Hæc ille. Sed cur tot tamque Doctores ad probabilitatem practicam non ſufficient ? Cur non vnus D. Thomas ? aut quo modo in praxi poterit eſſe falſa, cum nulla ſuperaddatur circunſtantia, quæ in ſpeculatiuam conſiderationem non veniret ? Omitto plures Doctores ſentire (apud Dianam *part.10. tract.11. reſol.47. §. Nota vero*) opinionem ſpeculatiuè probabilem, eſſe practicè probabilē.

Inter

Digitized by Google

Inter quos M. Serra, Ioannes Sancius Leander à SS. Sacram. Spinola, Ioannes Henriquez, Narbona, Auerſa, & Machado.

5. Et ſaltem quod ratione periculi expenſarum ad recuperandum pretium, poſſit carius vendi creditori; tradunt Sotus *6. de iuſt. qu. 4. art. 1.* & Bannez *2. 2. quæſtio. 77. artic. 4. dub.* Quibus conſentit M. Ioannes Martinez de Prado *ſup. qu. 3. §. 3.* Vbi adducens verba Magiſtri Soti, ſubnectit. [Quam ſententiam eſſe hodie communem inter Doctores octo relatis, docet Bartholomæus à Sancto Fauſto.] Et illam tenet M. Corradus *1. part. Reſp. queſtion 23.* dicens. [De vendente ad credentiam pluris, quàm res valeat, D. Thom. *in Opuſc. de vſuris, cap. 10.* ait vſuram eſſe, ſi tantum propter expectationem ſolutionis fiat, ſi autem propter ſuam indemnitatem fiat, poteſt non eſſe vſura neque iniuſtitia, licet contractus de ſe ſit illicitus.] Hæc M. Corradus. Sed vnde illicitus, ſi contra iuſtitiam non eſt? Vnde illicitus ſi vt ait D. Thom. *ſupra.* [Tunc excuſatur à vitio?]

6. Addit Caietanus *2. 2. quæſt. 78. artic. 2. ad 7.* in venditione ad creditum, ſeu dilata ſolutione, (conſiderata vt eſt pars cōſummatiua emptionis.) licitum eſſe propter expectationem ſolutionis aliquid plus exigere, etiam ei, qui non erat ſeruaturus merces, (quantum inter plus, inquit, & minus creditur vero ſimiliter res tunc (id eſt tempore ſolutionis) valitura.) Et ita putat deciſum *in cap. Ciuitate.* Cui fauet Sotus *de iuſt. lib. 6. q. 4. art. 2. §. Verùm tamen.* Vbi ait. (Non eſt prorſus Caietani opinio improbabilis, præſertim ſi venditio fiat indefinito pretio.) Quod tradit etiam M. Serra *2. 2. quæſt. 77. artic. 1. dub. 4. concluſ. 3. in fine.* Verum hæc ſententia eſt contra communem Theol. & contra omninm facile Principem D. Thomam *vbi ſupra* dicentem. (Vnde, quidquid vltra iuſtum pretium, pro huiuſmodi expectatione exigitur, eſt quaſi pretium mutui, quod pertinet ad rationem vſuræ.)

7. An vero ſint alij tituli, quorum ratione poſſit aliquid vltra ſortem exigi? Vide doctiſſimum M. Serra *2. 2. quæſt. 78. art. 2. dub. 3.* Vbi ita inquit. (Dicendum eſt ſecundò, licitum etiam eſſe mutuanti, aliquid vltra ſortem exigere, ſi ſe obliget ad non repetendam ſortem, vſque ad certum terminum. Huius oppoſitum tenent Leſſius, *lib. 2. capitul. 20. dub. 14.* & alij recentiores. Sed noſtram concluſionem docet Medina, *codice de Reſtitutione, quæſtio. 22.* Mag. Ledeſma *2. part. ſumma tract. 8. capitul. 13. concl. 4. difſic. 1.* Diana *1. parte tractat. 8. reſolut. 48.*) Hæc ille. Et hanc ſententiam eſſe communem inter diſcipulos D. Thomæ, ait M. Ledeſma *vbi ſupra* his verbis. [*Si la obligacion de no bolver a pedir, es por mucho tiempo, ſe puede muy bien eſtimar en precio, y por razon de aquella obligacion, ſe puede muy bien llevar el iuſto precio ſin vſura ninguna. Eſto enſennan todos los diſcipulos de S. Tomas.*]

8. Ex quibus nouiſſimè ita docent M. Acacius de Velaſco *tom. 2. Reſol. moral. verb. vſura, reſolut. 455. numero 1.* Vbi ſic. [*Preguntan los Dotores, ſi por la obligacion en que ſe puſo de no pedirſele haſta paſſado el anno, pueda llevar algo mas vltra ſortem?*] Et citatis pro parte negatiua Ieſuitis, Turrano, Molina, Salas, Layman, & Hurtado, Reſpondet. [*No obſtante que*

que eſta opinion es prouable, ſiento que la del Maeſtro Ledeſma lo es tambien, y ſe puede ſeguir con mucha ſeguridad de conciencia, con que ſea poco lo que ſe llenare, como tres, ò quatro libras por ciento.] Sic ibi. Opinionem Ledeſmæ non improbat M. Ioannes Martinez de Prado licet non ſequatur abſolutè, ſed caſu quo carentia pecuniæ afferat mutuanti incommoditatem pretio æſtimabilem. (Quæ, inquit, frequentiſſimà eſt mercatoribus) Sic *vbi ſup. capitul.*28. *qu.*1.§.5. Quod latius tradit *numero* 29. dicens. (Cum moraliter non contingat, vt magno temporis ſpatio, non occurrant hominibus neceſſitates, & occaſiones diſpenſandi pecunias, ratione huius ſpecialis incommoditatis, poteſt aliquid vltra ſortem exigi.) Hæc M. Prado.

9. Cæterum Cardinalis de Lugo, *tomo* 1. *de iuſtit. diſp.*25. *ſect.*3. *numerò* 17. Opinionem Magiſtri Ledeſmæ, & aliorum reiicit; quia, (Si vera, inquit, eſſet, reduceretur vno verbo tota controuerſia de vſuris ad quæſtionem de nomine, inutilem omninò ad forum conſcientiæ: & nullus contractus eſſet vſurariùs re ipſa, ſed ſolum propter ignorantiam contrahentium, qui neſciunt diſtinguere titulum lucri.) Et P. Amicus *in curſu Theologico tom.*5.*diſput.*20.*ſect.*8.*numero*131. dicit. (Eſſe ſententiam nouam, periculoſam, & expoſitam palliatis vſuris) & Palaus *tom.*4. *tract.*32. *part.*8. *ad* 5. ait. (Eſſe ſententiem valde periculoſam in fide.) Nihilominus, vltra citatos, probabilem putat M. Bertrandus Loth *in reſolut. Theologicis tractat.*9. *quæſtio.* 1. *articul.*4. *tit.* 2. & non eſſe improbabilem dicunt Trullenc *lib.*6. *cap.*16. *dub.*12. *in fine.* Ioannes Henriquez *in quæſtion. practicis ſeſſion.*13. *quæſtio.*4. *numero* 13. & Baſſæus *in Floribus, verb. vſur. numero* 9. & defendunt Caramuel *in Theolog. fundam. Fund.* 60. §.1. & Fr. Philippus de la Cruz Vaſconcellos, Ordinis Sancti Baſilij *in Opuſculo Hiſpano idiomate cuſo Matriti, anno* 1638. quod inſcripſit. [*Tratado vnico de intereſſes, ſobre ſi ſe puede lleuar dinero por razon del empreſtido liſo, y llano*,] Vbi multis pro ſententia Ledeſmæ ſtat. [*No hablo, inquit, al preſente ſobre ſi ſe puede lleuar dineros por la priuacion dellos, que lo tengo por cierto, atendiendo a la dotrina de los Thomiſtas, como dize el Padre Fr. Pedro de Ledeſma.*] Et *infra fol.*9. [*Deſpues de preſtado el dinero ſe puede lleuar algun interes por la eſpera de la paga, y no ſolo por la priuacion como ſe ha dicho.*]

10. Legas quæſo prædictum tractatum, & plura ſingularia reperies. Sic enim ſcribit, [*Puede antes de preſtar el dinero, pedirle al que lo ha de recebir, que le prometa ſer agradecido.*] Pro qua aſſertione adducit Medinam Complutenſem, *codice de Rebus reſtituendis per vſuram acquiſitis, quæſt.*3. Vbi ait (Et ſi mutuans dicat, non mutuabo, niſi vltra ſortem loco intereſſe, aliquid certum ſoluas, quod hoc non ſit de ſe illicitum, apparet ex dictis.) Quæ doctrina, ſi nitatur principio *ſupra* iacto *tract. de ſimonia Prop.*1. nimirum pactum ſolius amicitiæ, & gratitudinis non continere ſimoniam, neque vſuram, tot habebit pro ſe patronos, quot ibidem citatos reperies. Quibus adde Angelum, *verb. vſura* 1. *numero* 4. Vbi ait. (Non eſſe vſuram cum naturalis obligatio ita deducitur in pactum, vt

non magis teneatur, quam ex ipſa naturali obligatione.] Quod tenent etiam apud illum Hoſtienſis, & Gregorius Ariminenſis, & Adrianus, & Gabriel, apud Leſſium, *lib. 2. cap. 20. dub 8. numero 56.* Verum addit Philippus de la Cruz *fol. 4.* [*Supueſto que puede pedir que ſe le determine la cantidad, y no prometiendo el agradecimiento a ſu guſto, y voluntad, no darle ninguna coſa, y eſto aunque le aya, de dar ſu dinero paramente preſtado y que el tal agradecimiento aya de ſer puramente por eſſo. Annado, que puede pedir que ſe le haga eſcritura de la tal donacion; como no aya rieſgo de que pidiendo eſtas condiciones, acaſo ſea la tal promeſa forzada, y no gratuita &c. Por lo qual conuiene para la ſeguridad ad deſte modo de contratar, que el que da aduierta al que recibe, como no le pide ninguna coſa por modo de obligacion, ni debito de juſticia, ſino que lo que diere, ò prometiere, aya de ſer de ſu voluntad, y grado, y que tenga intencion de darlo, y prometerle por via de agradecimiento, porque ſiendo aſſi, no es vſura, como lo reſuelue muy bien Fray Pedro de Ledeſma, con todos los Diſcipulos de Santo Tomas.*] Hæc Cruz.

11. Cæterùm id quod addit, de ſcriptura ſeu inſtrumento publico, eſt apertè contra ferè omnes Doctores expreſsè excludentes obligationem ciuilem, ad iuſtificationem prædicti gratitudinis pacti: quod contrapponunt pacto iuſtitiæ: vt ex M. Bannez, notauerat idem Cruz *ibidem* dicens. [*Y aunque Bannez no admite la obligacion ciuil, ſe ha detener por cierto, como proue arriba con Adriano, S. Antonino, y Rodriguez.*) Verum hi Authores non admittunt abſolutè talem obligationem, ſed ad id præcisè ad quod iam naturaliter vi mutui manebat obligatio. Adrianus enim *in 2. tract. de reſtit. §. Sed contra* ſolùm ait. (Licere mutuando paciſci, & inducere obligationem ciuilem, ſi per illud pactum ad nil aliud obligetur, quam ad quod prius erat obligatus naturaliter.) V.g. vt mihi viciſſim dū opus habeam, & tibi incommodum non fuerit, remutes, aut iuſto pretio, à me emas, aut meo molendino molas, aut agrum meum iuſto pretio colas, & in hoc tantum caſu D. Antoninus *part. 2. titul. 1. cap. 7. §. 10.* Id probant ex Gregorio Ariminenſi. Et in eodem ſenſu intelligendus eſt, Emanuël Rodriguez dum eis citatis *in ſum. tomo 4. capitulo 177. numero 5.* ait. (*Cierto es que el que preſta a otro algun dinero, puede recibir algo; no como ganancia del dinero, ſino como agradecimiento deſta buena obra, pues la gratitud es vna correſpondencia deuida de derecho natural, y Diuino. Lo qual es en tanto verdad, que puede el que da preſtado imponer obligacion ciuil al que le recibe de le acudir con eſte agradecimiento, pudiendolo hazer ſin notable danno ſuyo como ſiguiendo à Adriano, ſan Antonino, y a otros que reficere, lo afirma Leſſio: porque no parece ſer notable carga obligarſe vno con obligacion ciuil à cumplir aquello, lo qual eſtà obligado a cumplir por ley natural, y diuina.*) Hactenus Rodriguez, qui malè pro hac opinione citat Leſſium, quia oppoſitum, *ibi* tradit (nimirum *lib. 2. de iuſt. cap. 20. num. 59. prope finem*) & prædictos Authores adducit in ſenſu à nobis *ſupra* explicato, non in eo, quem intendit Philippus de la Cruz.

12. Ita

11. Itaque obligationem ciuilem, quam admittit Cruz, omnes Doctores vt vſurariam reiiciunt, & ab ſcholis exterminanda eſt, ſicut, & concluſiones, quas ex illo principio ducit *fol.2.* dicens. [*Amado, que ſi la tal promeſa la hiziere por eſcrito libremente, auiendola aceptado quien dio el dinero, la puede deſpues cobrar por juſticia, y detenello con ſana conciencia, no corriendo peligro que ſelo atribuyan a logro, que aqui ſe habia en el foro interior (& folio quinto,) y el que lo prometio, vna vez hecha la promeſa deue en conciencia pagarlo, como enſenna Santo Tomas, Cayetano, y Sylueſtro. Lo qual conſta de la Inſtituta, &c. y el no cumplirla ſera pecado, como enſenna, a la letra Nauarro por eſtas palabras.* [*Si prometio alguna coſa notable, licita, y poſſible, verdadera, y voluntariamente, y no cumpliò ſu promeſa peca mortalmente.*] *Con que queda bien prouado, que auiendo hecho promeſa de tanto, ò tanto en agradecimiento, ay obligacion en conciencia a pagarlo.*] Hæc ille. Quæ ſi concedas, actum eſt de vſuris. Authoris æquiuocatio in eo ſtetit, quod pactum amicitiæ includens promiſſionem, de aliquo dono ex gratitudine ſub conditione mutui conferendo, quam admittunt plures Doctores, aliam putauit obligationem inducere, quam quæ iure naturali cuique ineſt præbendi ſe gratum ſuo benefactori quod à veritate alienum docent omnes. Secus vero eſſet, ſi poſt acceptum mutuum, mutuatarius ſponte efficeret liberalem promiſſionem; hanc enim alii ex iuſtitia, ac proinde grauiter, alij ex fidelitate, atque adeo leuiter obligare exiſtimant, vt videre eſt apud Dianam *parte 2. tractatu 3. Miſcel. reſolut.9. & 3. part. tractat.5. reſolut.116. & 4. part. tractatu 4. reſolution. 121.* Quod autem, qui mutuauit, poſſit liberalem promiſſionem, ſeu donationem acceptare, probat M. Fumus, in Armilla, *verb. vſura numero 21.* dicens. [Non enim mutuando factus eſt quis peioris conditionis, quam antea eſſet, ideo ſi antea poterat aliquid gratis accipere, multo magis poſt hoc beneficium.] Sic ille, & plures apud Dianam *prima parte tractatu 8. de contract. reſolut.62.* & eſt ſententia Diu. Thom. *opuſcul.73. de vſuris, capite 8. poſt medium.*

PROPOSITIO II.

Licitum eſt mercatori creditò vendere merces pretio rigoroſo, v.g. 100. & ſtatim numeratâ pecuniâ eas emere 80. quod eſt pretium infimum.* Leſſius Ieſuita *de iuſt. lib.2. cap.21. dub.16. num.130.

1. R. Leſſius non dicit, rem venditam 100. poſſe ſtatim emi 80. ſed 95. quod longè diuerſum eſt. Quia hoc pretium continetur intrà latitudinem iuſti, ſecundùm omnes Theologos, ſecus illud. Et quæſtio solùm eſt, an qui vendit credito pretio ſūmo, poſſit numeratâ pecuniâ

X 2 emere

emere pretio medio, vel infimo? Quod illicitum putant nonnulli. [Sed verius, inquit Leſſius, eſt, non eſſe iniuſtum, etiamſi redimat ipſe venditor, modo intra limites iuſti pretij conſiſtat, ita vt quando vendit creditò, non excedat pretium rigoroſum, & quando non redimit numeratò, non deſcendat infra iuſtum infimum, Ita Nauarrus *cap.23.num.91.* & Petrus de Nauarra *libro 3. capite 2. de numero* 170. & alij recentiores.] Hæc Leſſius, quæ *infra numero* 131. limitat; dummodò non ſit ſcandalum, nec vlla ſibi, vel ſuis infamia; & nequeat abſque ſui diſpendio mutuum dare.

2. Hanc ſententiam tenet etiam M. Mercatus 1. *de contract. capite* 26. ibi. [*Si acaecieſſe, inquit, auer vendido ſu ropa, verla deſpues en tienda, ò alomenos expueſta a vender, no auiendo concierto en ello, ne temiendoſe de infamia, bien podrà comprarla, como qualquiera otro del pueblo, por el precio que los demas la compran.*] Sic ille. Quam opinionem, (Veram eſſe ſpeculatiuè loquendo) ait M. Ludouicus Lopez *de contract. lib.1. cap.* 34. Verum opinionem ſpeculatiuè probabilem, (nedum veram) eſſe practicè probabilem defendit M. Serra 1.2. *quæſt.19. articul.6. fol.* 576. & plures, quos dedi *trop. præced. n.4.* Ideò prædictam Leſſij, Mercati, & aliorum ſententiam tuentur Angelus, Salon, Garcia, Gutierrez, Palatius, Azeuedus, Graffius, & alij, quos refert Salas *tractat. de contract. vbi de vendit. dub.37. numer.2. & de vſuris dub.16.* Et nouiſſimè amplectitur M. Acacius de Velaſco *tomo 1, reſolution. moral. verb. contratos. reſolut.* 206. *numero tertio* ibi. [*Reſponde con Layman, y otros muchos, que eſtas moatras ſe pueden comprar licitamente, porque en eſta venta, y compra, lo que ſe compra, y vende es intra limites de juſto precio, y aſſi puede muy bien hazerſe, &c. Quando el que vende no ſe concierta con el comprador, que le ha de vender otra vez, lo que compra por menos, ò infimo precio.*] Hæc ille. Et antea tradiderant M. Ioannes de la Cruz, & alij quos ſequitur Diana *parte prima tractatu* 8. *reſolut.* 33. *&* 58. Et quando mercator non vendit credito, intentione reemendi, ſequuntur Sylueſter, & Ludouicus Lopez, citans Magiſtrum Penna *vbi ſupra*, & Roſella *verb. vſura* 2. *n.*20. Verùm intentio reemendi iuſto pretio, ex natura rei, nec eſt illicita, nec contractum licitum vitiare poteſt.

3. Plus addere videtur Caietanus *in ſumma verb. Emptio*, nimirum poſſe vendere cum pacto de retrouendendo. Nam poſtquam ſtatuit, iuſtum pretium diuidi *in pium, moderatum, & rigoroſum.* Et quod *Deducere emptionem ad pretium pium nullum ſit peccatum.* Sic ait. [Quando venditur aliquid cum pacto de retrouendendo, ſi pretium eſt iuſtum, contractus licitus reputatur, & communiter ſit.] Secus, (Si pretium, quo emitur, minus eſt quam res valeat.) Merces autem, quæ pretio rigoroſo valent 100. certum eſt pretio pio valere 95. Quid ergo; licebit vendere credito pro 100. cum pacto retrouendendi numerata pecunia pro 95. Abſit: ideò bene id negat Ipſe Caietanus *verb. vſura exterior caſu* 9.

4. Adde mercatorem rogatum ab emente poſſe numeratâ pecuniâ, longè minori quantitate, ab eo reuendente merces emere. Nam rogatus à venditore

venditore poteſt emere pro 67. rem valentem 100. Vt tradunt Caietanus, Bonacina, & alij quos ſequitur Diana 1. *part tract.* 8. *reſol* 55. Imò addunt alij poſſe emere pro 60. & vilius. Quod tenet M. Serra 2. 2. *qu.* 77 *art.* 1. §. *Aduertendum.* Vbi ſic. [Merces vltroneæ vileſcunt, quandoque pro media parte. & quandoque plus.] Et ſaltem quod ad medietatem vileſcant, tradit M. Corradus 1. *part. Reſp. q.* 130. Et tenent Palarius, Megala Fauſtus, & alij, quos citat Diana 1. *part. tra.* 8. *reſol.* 78. Quibus ſubſcribit Caramuel *in Theolog. Fundamentali, fund.* 43, §. 8. *num.* 795. Quod autem mercator poſſit redimere merces à ſe credito venditas, eodem pretio, quo alij merces vltroneas, tradit expreſsè M. Ludouicus Lopez *vbi ſupra*; (Si numeratâ, inquit, pecuniâ, minoris eas redimeret, eo ſcilicet pretio, quo alius vltro oblatas iuſto emeret, non eſſet iniuſtus contractus, ſed neque illicitus, ſi ſcandalum caueretur, locúmque haberet in hoc caſu ſententia Nauarri.] Et *infra* §. *Reſpondetur,* (Secũdùm Caietanum, & axioma commune, merces vltroneæ pro tertia parte ſolent vileſcere.) Ex quibus patet iuxta hunc Doctorem poſſe mercatorem merces credito venditas 100 ſtatim rogatum emere pecunia numerata pro 67.

5 Eandem ſententiam, ne dicam laxiorem, tenet M. Bannez 2. 2. *qu.* 78. *de vſur. art.* 2. *Ad ſecũdum reſpondetur.* Vbi ſic ait. [Si mercator bona fide vendidit merces ſuas ignorãs voluntatis eius, qui emit; poſtea verò vidẽs quod, qui emit ab eo merces, procurat eas diuendere, emit eas iuſto pretio, ſicuti ſi venderentur in publica auctione, talis contractus erit iuſtus, etiamſi pretio emat viliori; ſunt enim illæ merces vltroneæ.] Hæc ille: in publica autem auctione iuſtum pretium eſt, dum non infra dimidium, vt ait M. Corradus 1. *part. Reſp. quæſt* 158. Quod tradunt etiam, apud Dianam *vbi infra,* M. Ludouicus Lopez, Salon, Malderus, Rodriguez, Corduba, & alij. Imò & infra dimidium emi poteſt, ſicut, & duplo, vel pluris quam valet vendi; vt cum M. Serra *vbi ſupra* Tradit M. Ioannes Martinez de Prado *tom.* 1. *Theol. cap.* 27. *quæſt.* 1. *numero* 42. citans Trullenc, Villalobos, & Dianam *part.* 9 *tract.* 8. *reſol* 5 [Vbi alios, inquit, decem Authores refecit.] Adde ſecundum aliquos iuſtum pretium reputari, quod abſque fraude extorqueri poteſt. Ita docent M. Bannez, Medina, Aragon, Villalobos, Bonacina, & alij apud Dianam 1. *parte tract.* 8. *reſolut.* 55. & 4 *part. tract.* 14 *reſolut.* 12. Vnde iuxta doctrinam prædicti M. Bannez, mercator, qui pretio credito vendidit merces pro 100. poterit ſtatim numeratâ pecuniâ, rogatus emere pro 50. & minoris. Emit enim merces vltroneas, & quas eodem pretio poteſt emere, quo in publica auctione. Doceri vellem à Magiſtro Bannez modum fugiendi eiuſmodi illationem.

6. Veroſimilius M. Corradus Doctrinam vniuerſalem tradit (quæ alia non eſt à Patris Leſſij) *in Reſponſ.* 1. *parte queſtione* 157. ibi. [Si mercator iuſte vendit credito ſuas merces tanti, quanti valent pecunia numerata, licitus eſt contractus, quamvis ſciat me minori venditurum, etiamſi ipſe poſtea eaſdem merces viliori pretio emeret, remoto tamen puſillorum ſcandalo. Quia vt *quæſt.* 150. *ſupra* habetur, rerum pretia iuſte variantur

pro illa ex Thomiſtis Medinam, Franc. Garzia, & Ludouicum Lopez: & ex aliis, ſupra viginti Doctores, apud quos, inquit. [Fere triginta alij citati reperiuntur.] Ipſe vero §.3.*nu.*19.ait. [Hanc ſententiam per principia etiam intrinſeca eſſe probabilem, debitis adhibitis limitationibus.] Et abſolutè tuentur, Bonacina, Sarmiento, Molina, Malderus, Megala, & alij quos citatos ſequitur Diana *p.*1.*tr.*8.*reſ.*30.

3. Iam quantum lucri certi exigi poſſit. Reſpondet Serra *vbi ſupra* his verbis. (Quantum vero lucri certi ſaluâ ſorte exigi poſſit? Pendet ex praxi probatâ, & communi æſtimatione. Sicut de pretio reliquarum rerum diximus ſupra. Antiquitus, vt ex Maiori, & Caietano, *locis citatis*, colligitur, quinque pro centum exigebantur. Nunc etiam octo exiguntur, nec propterea Mercatores deficiunt, qui illa ſingulis annis ſoluere offerant, vtpotè multo plura lucrantes.) Sic ille. Quem ſequuntur Ioannes Martinez *vbi ſup. quæſt.* 2. *num.* 20. & Mag. Acacius de Velaſco *infra* citandus. Ieſuitæ verò qui ſcripta prælo mandarunt, quinque tantum pro centum cum antiquis communiter, exigi poſſe concedunt. Sed quidem nequit prudenter, pro omni genere negotiationis, eadem quantitas lucri taxari. Quia iuxta qualitatem merciom; maius, vel minus ſolet eſſe lucrum; quò autem incertum maius eſt, eò pluris prò certo lucro vendi poteſt. Quapropter iure optimo M. Serra ad praxim probatam, & communem æſtimationem reducit: cui cum Bonacina acquieſcit M. Prado *ſup.* dum ſubnectit. (Imò Bonacina *de contract. diſp.*3.*q.*3.*part.*11.*n.*6. cum aliis aſſerit, in contractu trium contractuum poſſe tantò plus exigi, quò negotiatio maius lucrum affert.)

4. Si verò pecunia non mercatori tradatur, ſed alteri non negotiaturo, nil vltra ſortem exigi poteſt, niſi ratione lucri ceſſantis, vel damni emergentis, vt dixi. Ceſſat autem lucrum, quando ex eo, quod pecuniam mutuas; amittis, v.g. Occaſionem emendi cenſum aut domum, aut agrum fructiferum; vel quando pecunia erat deſtinata, & expoſita negotiationi licitæ, & propter mutuũ remouetur à negotiatione, ad quam erat in potentia proxima. Vnde ſi nũquã fuerat ad negotiandũ dicata; vel iam, propter aliã rationẽ, fuerat à negotiatione abſtracta, nil vltra ſortem exigi poteſt, niſi fortè ratione periculi, & expenſarũ in ea recuperanda, quod ad titulũ damni emergẽtis reducitur, iuxta diuerſas opiniones, de quibus *ſuprà prop.*1. Hæc eſt communis Ieſuitarum, & aliorum Theologorum ſententia. Vide Card. de Lugo *to.*2.*de iuſtit. diſp.*25.*ſect.*5. P. Salas *de vſuris dub.*10. P. Molinam *de Iuſt. diſp.*315.*in fin & 3* 6.*in princ.* Cardin. Toletum *lib.*5.*c.*33. P. Leſſium *c.* 20.*dub.*11. Syluest. *verb. vſura* 1. §.19. Eminentiſſ. Caiet. 2.2.*qu.*78.*art.*2. M. Corradum 1.*p. Reſp. qu.*229. M. Acaciũ de Velaſco *to.*1.*reſ. moral. verb Contractus reſol.*224. & alios apud ipſos. Iã verò quãtum lucri ex hoc capite poſſit ſupra ſortem exigi pendet ex quantitate lucri quod mutuãti ceſſat, vel dãni quod emergit; vnde niſi in caſu particulari, attentis circunſtantiis, nemo prudenter determinare poteſt.

5. Ex his principiis, montes, quos vocant Pietatis, in quibus à ſingulis mutuatariis aliquid vltra ſortem exigitur, pro conductione domus, pro alimentis, & ſtipendiis miniſtrorum, licitos

licitos eſſe, omnes Ieſuitæ docuerunt, contra Caietanum *to.2. Opuſcul. tr.6.* Sotum *de iuſt. lib.6. quæſt.1. artic.2.* & Syluestrum *verb. vſura 5. quæſt.4.* oppoſitum ſentiẽtes. Verum Ieſuitarum ſententia (vt refert M. Serra 2.2. *q.78. art.1. dub.4.*) definita eſt à Leone X. *in Concilio Lateranenſi ſeſſ.10.* his verbis. Sacro approbante Concilio declaramus, & definimus Montes Pietatis ante dictos per Reſpublicas inſtitutos, & authoritate Sedis Apoſtolicæ hactenus approbatos, & confirmatos, in quibus, pro eorum indemnitate, aliquid moderatum, ob ſolas miniſtrorum impenſas, &c. Vltra ſortem, abſque lucro eorumdem mõtium recipitur, neque ſpeciem mali præ ſe ferre, nec vllo pacto improbari: quinimo meritorium eſſe, & probari debere tale mutuum, & minime vſurarium eſſe.) Et *paulo infra.* (Omnes autem Religioſos, & Eccleſiaſticas, ac ſæculares perſonas, qui contra præſentis declarationis & ſanctionis formam de cætero prædicare, ſeu diſputare verbo, vel ſcripto auſi fuerint, excommunicationis latæ ſententiæ pœnam, priuilegio quocumque non obſtante, incurrere volumus.] Hactenus Conſilium Lateranenſe ſub Leone X. Anno 1515. celebratum. Videatur Diana *part.11. in fin. tract.2. de infallibilitate decretorum Pontificis.* Vbi poſtquam contra Caietanum, & Sotum definitionem Leonis X. Vt omnino certam propugnauit. Sic ait. (Vide etiam Verricelli *in Quæſtion. moral. tom.1. tract.8. qu.24. num.9.* aſſerentem, quod Mons Pietatis à Leone X. licitus declaratus, de fide eſt, quod ſit iuſtus. Ita rectè Nauarrus *comment. de vſuris, num.59.* Sotum, & Caietanum grauiter reprehendit immodeſtiæ, & irreuerentiæ erga Sedem Apoſtolicam, & Concilia Generalia, Diſplicet mihi viros tam doctos ſugillare: ſed neceſſarium eſt, in re tam graui: & contra Caietanum, & Sotum inſurgit ex Dominicanorum Familia M. Ioannes à S. Thom. 2.2. *qu.1. diſp.9. art.3. fol 777.* vir quidem ſapientiſſimus.) Hæc ibi.

6. Inſurgunt etiam alij, M. Canus, *libro 5. de authoritate Concil. capite 5. §. deinde Eccleſia, fol.193.* ibi. (Eccleſia non poteſt definire quidquam eſſe vitium, quod honeſtum eſt, aut contra, honeſtum eſſe, quod eſt turpe, quæ autem ratio id de Eccleſia conuincit, eadem conuincit de Cõcilio, in quo vniuerſalis Eccleſię authoritas reſidet.) Et *quæſtio.4. §. Nonne igitur.* (Dixerit quis, erit aliqua nota, qua Conciliorum de fide iudicia internoſci queant? Erit plane.) Et annumeratis duabus. (Tertia, inquit, eſt, ſi in eos, qui contradixerint excommunicationis ſententia ipſo iure feratur. Exemplum eſt de hæreticis, *capite cum Chriſtus, & cap. ad abolendum.*) Vide *ſup. tract. de Fide Propoſ.* Vbi Syluestrum & M. Bannez reperies aſſerentes de fide eſſe, non poſſe Pontificem errare in his, quæ ad mores pertinent. Quapropter haud mirari non poſſum, quomodo Montes Pietatis vt licitos ab Eccleſia declaratos, & definitos, ſint qui contradixerint?

7. Difficilius eſt, & maiorem vſuræ ſpeciem præ ſe fert, debita in poſterum ſoluenda, v.g. poſt annum, minoris emere, etiam quando debitum liquidiſſimum eſt, & abſque difficultate, & labore exigibile. Et tamen hoc eſſe licitum, tradit ipſe Caietanus *in ſum. verb. vſura in fin. §. Cogor.*

Cogor. Vbi ſic ait. [Reſpondeo, quod hic nulla interuenit vſura; quia eſt contractus non palliati, aut impliciti mutui, ſed emptionis, & venditionis: quia Ioannes vendit ius ſuum, quod habet ſuper illas pagas, & non vendit ipſas pagas, nec aliquod mutuum accipit] & *infra.* [Quoniam ius recipiendi ad annum mille aureos, minus eſt ſecundum rem, & ſecundum humanum vſum; ac humanam æſtimationem, quam mille aurei, quia potentia etiam proxima, minor eſt actu, & inter os, & offam multum intercedere poſſe, prouerbium eſt.] Sic Caietanus, cuius ſententiam probabilem eſſe dicunt M. Ioannes de la Cruz *in direct.1.part.7.præcep.de vſura dub.6.* & M.Serra 2.2. *q.77. articulo 1. dub.5. §. Dicendum eſt ſecundò.* Vbi ſic ſcribit. [Probant *ex lege Minus; ff. de regulis iuris* vbi dicitur, Minus eſt actionem habere, quam rem. Sed qui emit debitum mille aureorum ſoluendorum poſt annum, etiam ſi liquidiſſimum ſit, & abſque difficultate, & labore exigibile, non emit mille aureos, ſed ius, & actionem ad illos; ergo cum minus ſit talem actionem habere, quam mille aureos; minoris emi poterit, quam mille aureis.] Hæc Serra; & eadem M.Fumus *verb. vſur. num.50.* & decem alij Doctores, quos refert, & ſequitur Diana 1. *p. tract. 8. reſol. 49.*

8. Expende, an vi conſequentiæ ex his deducatur, te poſſe emere pro eo à Petro ius, & actionem ad 100. ab ipſomet tibi poſt annum ſoluendos. Et vt vis illationis magis pateat. Vide doctiſſimum M. Ioannem de la Cruz *ſupra* citatum; vbi hanc quæſtionem proponit [An qui debet ſoluere centum in fine anni, ſatisfaciat dando creditori petenti nonaginta principio anni?] Cui reſpondet [Etiam ſecluſo lucro ceſſante, & damno emergente, eſt probabile ſatisfacere. Ita Armilla *verb. vſura, numero 33.*] Sic ille. Quapropter Illuſtriſſimus Ioannes Caramuel *in Theol. fundamentali, numero 261. & 274. fol. mihi 131.* planè fatetur iuxta hanc doctrinam, [difficillimum eſſe negare, mutuantem mille poſſe recipere in fine anni mille, & quinquaginta; quia illa quantitas præſens tantum valet, quantum iſta futura. ac proinde nil ſupra ſortem recipit.] Quod argumentum ſimiliter confecerat *in Theol. moral. libro 2. diſput. nu. 799.* dicens. [Si ergo centum aurei ſoluendi poſt annum, poſſunt hodie extingui nonaginta paratis; ſi mutuans nonaginta dederit hodie ſub onere, quod centum poſt annum reſtituantur, nil acquiſiuit præter ſortem.] Quod vrgentius premit, ſi tradens pecuniam intendas, non contractum mutui, ſed emptionis, & venditionis, iuxta Caietani doctrinam, celebrare, emendo pro 90. numerata pecunia, ius, & actionem ad 100. poſt annum ſoluendos. Verum cum hæc illatio à nullo Catholico concedi poſſe videatur, diſparitatem reddere coguntur Authores citati: eos conſule.

9. M. Ioannes Martinez de Prado *tom.1. Theologiæ moral. capite 18. quæſt.1. §.3. num.21.* Argumento Caramuelis, (in quem acriter inuehitur) ſic reſpondet. [Iam retulimus, quod Bannez, & Salas illam doctrinam (nempe Caietani, & aliorum) dicunt improbabilem, & nos oſtendimus oppoſitam eſſe communem Theolog. Et veram. Ex vno autem principio

falſo, non mirum quod aliud falſum ſequatur.] Hæc ille: oneri tamen ſuccumbens, cum legitimam, & ineuitabilem iudicet conſequentiam Caramuelis ex illo Thomiſtarum principio deductam. Vnde non illationis, ſed præmiſſarum Authores carpere debuiſſet. Maximè cum loquantur contra D. Thom. *Opuſc.* 67. *de emptione, & vendit. in fin. Opuſc.* 73. *de vſuris, capite* 8. *poſt medium*, vbi extinctionem illam maioris debiti, per ſolutionem anticipatam, reprobat, niſi. (Quando gratis, inquit, & liberaliter creditor eiuſmodi ſuperabundantiam tribuit debitori, & debitor non cauſa temporis accipiat.) Aut quando (debitor non poteſt habere pecuniam ſine alicuius rei propriæ alienatione, & damno, ex qua ſoluat creditori, quod petitante terminum ſolutionis, aliàs eſt caſus vſurarius.) Sic D. Thomas.

10. Nihilominus F. Philippus de la Cruz Vaſconzillos *in tractatu ſupra citato de intereſſes, folio octauo. & nono* præmiſſas improbare non audens, conſequentiam plane concedit. [*Nueſtra ſentencia, inquit, y la verdad de lo que ſe ha de ſeguir es, que puede qualquiera que diere dineros; pedir, y lleuar como deuda de iuſtitia algun interes. Fuera de los que deſienden eſta dotrina; a la lettra patrozina mi opinion, y ſentencia el doctiſſimo Cayetano, que el ſolo baſta por muchos verb. vſura exterior. §. Nota fol.* 578. *dize aſsi*] Nota ſecundò, quòd quia lucrum vſurarium eſt ex mutuo, ideò ſi quis non mutuat, ſed accommodat, ſeu locat, aut vendit pecuniam, cum pacto recipiendi aliquid plus, non eſt vſura, ſed liciti ſunt eiuſmodi contractus, dummodo pacta ſint moderata, iuxta qualitatem temporis. [*De la qual dotrina ſe aprouechan muchos, y graues Dotores, y vſan los Mercaderes, tratantes, y todos los comercios.*] Et *infra*, ex præiactis principiis ſic illam probat. [*La razon es, porque el que da eſte dinero, lo vende de contado por vn derecho que le dà el que le recibe, de cobrar tanta cantidad, ſegun el concierto para tal, ò tal tiempo, el qual derecho vale mucho menos, que la tal cantidad que le entrega de contado,* &c. *Y aſsi poſt eſta razon miſma ſe conceden los cenſos, y tributos, porque ſe comprar el derecho de cobrar aquel'a renta de tal caſa, ò heredad, lo qual por eſtar por cobrarſe puede comprar por menos dinero de contado, porque como digo el dinero de preſente, vale mas que el derecho de cobrar dineros paſſado algun tiempo.*] Addit *inferius folio decimo*, hoc eſſe licitum etiam. [*En caſo que aya muy buenas hypotecas, prendas de oro, y plata, porque no deue el que le comprar correr rieſgo de no poder lleuar reditos, por auer dado ſu dinero, que es ſolo por darlo de contado, por el derecho, que tiene de cobrar deſpues, a cuya cauſa puede lleuar mas de lo que es el capital,* &c.

11. *La tercera razon es por que el dinero de contado, vale mas que el fiado, y en eſperança, como ſe ha dicho algunas vezes.* (Quod tenet Caietan. Nauarrus, M. Fumus, M. Petrus de Ledeſma, & alij, quos citatos ſequitur Caramuel *in Theolog. fundam. numero.* 261. *fol. mihi* 131. & cum Maldero, & Philiarco dicit eſſe probabile Diana 1. *parte tractat.* 8. *reſolut.* 39.) *por los muchos prouechos que cauſa a ſu dueño vſando del. Porque lo*

lo puede contratar, aumentando muchas ganancias, puede remediar mil neceſſidades; que le pueden ocurrir; como ſon, el curar vna graue enfermedad, eximirſe de alguna priſion, condenacion, ò ſentencia las quales no ſe pueden preuenir. Y acaſo hallandoſe en eſtos trabajos, y ſin dineros, puede ſer, que caiga en alguna grande ruina, que no padeciera, ſi tu viera ſu dinero en ſu cofre. Quien dirà que tal priuacion no es digna de algun premio, y valor? Y ſerà mas ò menos, ſegun la cantidad, y tiempo que careciere del.] Sic ille.

12. Iam verò, quænam quantitas ſuprà ſortem exigi poſſit? Reſpondet, *folio octauo*, dicens. [*En quanto a la cantidad, no ſe puede dar coſa fixa, cierta, ni determinada, &c. Haſe de hazer reparo en las neceſſidades de los lugares, y circunſtancias, que pueden ocurrir en el comercio publico: y el precio que alli comunmente ſe diere, ſe podrà lleuar, como ſe vè que lo hazen los particulares gremios deſta villa de Madrid, Seuilla, y otras. Y eſto aunque ſe reciban joyas en prendas, hypotecas, fianzas, piezas de oro, &c.*] Et infrà *folio decimo ſexto* iuxta alium diſcurrendi modum, quem ibi ex aliorum mente refert, quantitatem lucri determinat ad decimum pro 100. dicens. [*En el fuero interior*, quod in exteriori dicitur mutuum, *es contrato, y entrega que ſe haze como cenſo, y por el legitimamente puede lleuar lo que concede la Bula; que ſon a cinco por ciento, y otros tantos por los incomodos, y mejor por la priuacion, como ſe notò arriba, lo qual he pueſto aqui, por ſer eſte vn modo muy bueno, y muy ſeguro de dar dineros, queriendo huir de eſcrupulos, &c.*] Hæc Cruz.

13. Verum, ſi hæc ita ſe habent, vbi eſt peccatum vſuræ? Huic obiectioni occurrit, *folio decimoſeptimo*, his verbis. [*Pueden arguir contra nueſtra ſentencia diziendo, que de aqui ſe ſigue, que no ay vſura en el mundo, ni tampoco lugar della, &c. Sabiendo que el defenderlo es heregia, como lo diſinio el Concilio Vienenſe ſub Clemente V. &c. de lo qual ſe ſabe, que es notorio, que la vſura eſtà prohibida por derecho diuino. A lo qual reſpondo que eſte precepto, y prohibicion ſolo ſe puſo, porque algunos mouidos de codicia, no lleuaſſen dineros, ni intereſſes, por titulo de preſtar, como puede ſuceder, ò por error, ò negligencia, y no querer buſcar otro titulo iuſto, ò por no guardar en eſſe todas las condiciones y circunſtancias que ſe requieren: y aunque raras vezes puede ſuceder eſte pecado, por los muchos titulos que ay para eſcuſarle: con todo eſſo, no baſta para que eſte mandato de la vſura ſea ſuperfluo, como no lo es, el de no aborrecer a Dios, y a eſte modo otros, y caſi nunca ſe quebranta*] Hactenus ille. Potuiſſetque, (quoad ſpeciem) in ſui fauorem adduxiſſe Diuum Thomam *in tertia ſententia, diſtinctione 37. quæſtione 1. articulo 6. in corp.* Vbi explicans in quo conſiſtat malitia peccati vſuræ, ſic ait. (Pro vſu pecuniæ quæ ſit alterius, ex hoc ipſo quod mutuatur, aliquid accipere, nil aliud eſt, quam accipere aliquid ab aliquo pro vſu rei propriæ.] Et *in diſputatis, quæſtione 13. de Auaritia, articulo quarto, in corp.* [Dicitur enim vſura ab vſu, eo ſcilicet, quod pro vſu pecuniæ pretium quoddam accipitur, &c. Vnde mutuare pecuniam pro vſura, eſt ſecundum ſe peccatum

catum mortale.] Quod argumentum latè ibi proſequitur, vt ſuadeat vſuram eſſe peccatum contra rationem iuſtitiæ naturalis. Vnde *Opuſculo* 73. *de vſuris, cap.*4. concludit. [Ex his patet, quod vſura ſit malum vituperabile, ſecundum legem naturæ, & peccatum mortale, ſecundum legem diuinam.] Hæc Angelicus Præceptor Ergo, ſi nil exigatur pro vſu pecuniæ mutuatæ, ſed ex alio titulo, non erit vſura.

14. His, & ſimilibus fundamentis, ſuam ſingularem ſententiam ſuadere conatur prædictus F. Philippus de la Cruz, vir aliàs doctus, & notus *ex ſum.illa, quam inſcripſit. Notte de Confeſſores*. Laudo hominis diſcurſum, nõ concluſiones. Idem enim eſt, eſſe definitum, nil ſupra ſortem exigi poſſe ratione mutui, ac nil poſſe ratione cuiuſvis tituli intrinſecè & eſſẽtialiter ad mutuũ pertinentis; quales ſunt carẽtia, ſeu priuatio pecuniæ, traditio de præſẽti, & ſolutio de futuro, & alij eiuſmodi. Quapropter omnino dicendum, aut ex illis principiis prædictas concluſiones non deduci, vt eorum defenſores reſpondere tenentur; aut ſi infetantur, debere ab ſcolis exterminar, imo & graui cẽſura notari. Quid iſtorum? Non eſt huius loci.

PROPOSITIO IV.

Licitum eſt tabernariis vinum aquâ miſcere, & agricolis triticum paleis, & communi pretio vendere, dummodò deteriora non reddantur eis, quæ communiter venduntur. Leſſius Ieſuita, *de iuſtitia lib.*2. *cap.*21.*dub.*11.*nu.*82. [Expende quot legibus id prohibitum, & quot inconuenientia ex praxi pullulent.

1. R. HAnc opinionem cum Magiſtro Soto, & aliis tuetur, M. Serra 2. 2. *quæſt.*77.*art.*2. ibi. [Dicendum eſt ſecundò; in caſu, quo res habens aliquem defectum ex iſtis non minus eſſet bona, quã ea quæ ab aliis communiter venduntur nõ eſſet condemnandus iniuſtitiæ, qui eam eodem pretio venderet. Docent hoc, M. Soto *libro 6. de iuſtitia, quæſtion.*3.*articulo* 2. Leſſius, & alij, quos ſequitur Diana 1.*part.tract.*8.*reſ.*51. Probatur, quia licet quis vtatur fraude, & dolo miſcendo triticum paleis, tamen pretium rei attenditur ex eius valore, &c. Et qui prædicto modo miſcet vinum aquâ, & triticum paleis, nullum damnum infert emptori; ergo licitè poteſt illud eodem pretio, quo alij, ſuum triticum, aut vinum vendere.] Hæc Serra. Et cum Ludouico Lopez tradit M. Ioannes de la Cruz 1. *parte director.*7. *prec. quæſtione tertia. de emptione dub.* 6. ibi. (Probabile eſt non licere, ſed probabilius videtur oppoſitum. Ita Ludouic. Lopez, *tom.*1. *cap.* 192. quia etſi iſte vtatur dolo, tamen pretium rei attenditur ex eius valore.)

2. Tenet etiam M. Corradus *in Reſponſ.* 1.*part. quæſt.* 51. Vbi ex Soto ſic ait. (Nil refert, ſi ſint eiuſdem bonitatis,

bonitatis, & vſui accommodatæ. Ita de quantitate dicendum eſt, ſi menſura ſit breuior,dummodò pretio reſpondeat. Vt de vino vide i e eſt quandoque eiuſdem bonitatis, & potentiæ erit aliquando vinum parum aqua miſtum, ſicut aliud purum. Et hoc ſit dictum in foro conſcientiæ, de viris timoratis ſinceris,& candidis? de anſa cauponibus detur.] Et *ſecunda parte Reſponſ.quæſt.*496.aſſerit non peccare,nec ad reſtitutionem teneri. (Qui tritico purgato admiſcent glebas terræ, vt creſcat menſura eo quod,quia puriſſimum erat, facta ea terræ miſtura, non facit illud deterius, quam aliud triticum. Opinio tamen contraria Medinæ,inquit,tuta eſt,& laudabilis.)

3. Eamdem ſententiam cum Magiſtris citatis, contra nonnullos Ieſuitas, tradit M.Ioannes Martinez de Prado, *tom.2. Theolog. moral. cap.*17. *queſtion.*2.§.4.*à numero* 30.Vbi ſic.(Si autem propter talem miſtionem res non fit deterior: ex induſtria fieri non poſſe tenent Salas,Caſtrus Palao,&c. Talem tamen miſtionem eſſe licitam, defendunt Sotus, Serra latè id probans. Ludouicus Lopez, & alij, quos referunt,& ſequuntur Diana,& Leſſius; quia venditor nullam iniuriam infert emptori, cum det ei rem æque bonam.) Sic Prado. & nouiſſime M.Acacius de Velaſco, *tom.* 1. *reſolut. moral.verb.contratos,y ſolut.*109. *num.*8. Vbi poſtquam ſententiam oppoſitam propoſuit,ait.[*Pero mas probable me parece lo contrario, ſi eſte le ha de vender al precio que los demas que ſe venden mezclado con las pajas, porque eſte engaño es material, y no ſe haze agrauio al comprador, pues ſe le vende al precio que los otros, y del miſmo modo; y no es razon que el ſe prejudique a ſi. Eſta opinion es de Lopez,tomo* 1. *capite* 192.] Et eam tuetur Bonacina cum aliis *diſput.*3. *de contract. quæſt.* 2. *punct.*6. *n.*17. Quoad leges vero prohibentes, & inconuenientia pullulantia; conſule doctiſſimos Authores, quos citaui.

PROPOSITIO II.

Ægidius Ieſuita de Sacram. Baptiſmi quæſt.66.dub.1.art.4.num.24. docet baptizatos ſaliua, & ſudore iterum baptizandos ſub conditione; eo quod ſaliua, & ſudor ſunt materia dubia. Prædixerat autem num.22. Licitum eſſe in caſu neceſſitatis baptizare materia dubia. (Vnde expreſsè docet in caſu neceſſitatis licere baptizare ſaliuâ, & ſudore: cum tamen contrarium determinatum ſit in cap. penultimo de Baptiſmo.)

1. ℞. PEr conſequentiam malè deductam imputari Ægidio propoſitionem, quam ibidem expreſſe negat. Ibi enim ſequentes ſtatuit concluſiones. Prima. (In neceſſitate licitè vtimur materia dubia.) Secunda. [Poſſumus in neceſſitate vti ceruiſia, ſi ſpecies aquæ non ſit mutata: ſecus videtur dicendum de craſſa, & multum decocta, quia videtur amittere ſpeciem aquæ, ſicut de aqua iurulenta valde pingui ait D. Thom. *in corpore*. Quia tamen extrema puerorum neceſſitas cogit extrema quæque tentare; nollem omnino damnare tali materia in ea vtentes. De ſputo tamen (attende) ſudore, & ſimilibus, non videtur id poſſe dici, ob cap. penul. de Baptiſmo; vbi Pontifex negat abſolutè pro Chriſtianis habendos, qui in neceſſitate ſputo baptizati ſunt.] Hæc Ægidius. In quibus, vt patet, expreſsè aſſerit, non licere, etiam in extrema neceſſitate, baptizare ſputo, ſudore, & ſimilibus. Quibus præiactis, ſubnectit. [Hoc etiam certum eſt, tam hac, quam illa materia baptizatos ſaltem ſub conditione baptizandos, quia minimum eſt materia dubia. Ex quibus anſam arripuit Anonymus, ad imputandam, vi argumenti, concluſionem, quam Author præmiſſarum immediatè antea negauerat. Cæterùm cum virum doctum in eiſdem paragpho, & clauſula ſibi contradicere, in nullius cordati mentem venire poſſit: dicendum eſt, vltimæ periodi ſenſum eſſe: Baptizari debere ſaltem ſub conditione, quia minimum quod contra tale baptiſma poteſt obiici, eſt quod fuerit confectum in materia dubia, quod ſufficit ad illud ſub conditione ſaltem iterandum. Dixit [minimum] quia, iuxta ſua principia, ex defectu materiæ, nullum eſt, nec potuit in ſaliua, aut ſudore miniſtrari, etiam in extrema neceſſitate: quia hæc materia, nec dubia eſt. Idemque dixerat ibidem de aqua roſacea, & liquoribus ex plantis expreſſis. [Liquores, inquit, ex plantis, aut herbis expreſſi non ſunt materia Baptiſmi. Aliqui tamen putant hos in extrema neceſſitate poſſe adhiberi, quia non omnino conſtat, an differant ſpecie ab aqua naturali: quæ non facile auſim approbare, quia Conſilia requirunt aquam naturalem, qualis non videtur artificialis expreſſa ex plantis] Et idem tradit de aqua ex ſale reſoluta. [Quia non videtur, (inquit,) probabile

Familia Dominicanorum viros Doctores & pios, ita ſentire de poteſtate Pontificis in his, quæ ad Mores pertinent.] Hæc Turrianus, & meritò: quia præfati Magiſtri id tenent contra D. Thom. vt notant Syluester *verb. fides, numero* 9. dicens. [Adde ſecundò: quòd, etiam ſecundum D. Thom. errare non poteſt in ſpectantibus ad bonos mores concedendo ſcilicet decreta, & conſtitutiones.] Cuius concluſio (inquit M. Bannez 2.2. *quæſtio.*1. *art.*10. *dub.*8. *con.*3.) [Tam certa eſt; vt oppoſitum non dubitem eſſe hæreticum.] Et ante illum Syluester *verb. fides numero* 2. (Ideo etiam ad fidem pertinet inhærere determinationi Pontificis Summi, in his, quæ ſunt fidei, imo etiam in his, quæ ſpectant ad bonos mores, quia in huiuſmodi etiam Eccleſia errare non poteſt, & conſequenter nec caput eius, in quantum caput, ſiue in quantum Pontifex. Quod ſemper intelligo eſſe, quando interrogatur in dubiis, vt caput Chriſtianitatis. Vel ſecundum Archi. Quando determinat cum Cardinalium conſilio. Sed primum eſt melius; quia Papa ſine Cardinalibus eſſe poteſt.) Sed malè ſubnectit. (Sed prædicta, quantum ad caput, & Eccleſiam, ita limitanda videntur, quod errare non poſſunt finaliter. Secus in primo motu, quia poſſunt prima facie ſententiam falſam proferre: ſed ſtatim Spiritus Sanctus, vel per Scripturam, vel per viros doctos ſundatos in Scriptura, aut aliter, lumen afferret, ne ſtatetur in falſa ſententia.) Sed quis aquieſcit Syluestro.

5. Exiſtimauit etiam, M. Canus Pontificem poſſe errare in approbatione Religionis, ſed deceptus eſt, vt ait Turrianus *ſupra*, & contra illum inſurgit ex ſuo Prædicatorum Ordine M. Ioannes à Sancto Thom. 2. 2. *diſp.* 9. *artic.* 2. *fol.* 776. firmans Pontificè non poſſe errare in approbatione alicuius Religionis [Et qui oppoſitum diceret, inquit, ad minus tanquam temerarius, ſcandaloſus, & errori proximus habebitur.] Et quod errare nequeat in prædicta approbatione, quantum ad conſtitutiones, & leges ſibi propoſitas, ita vt approbet leges pernicioſas, aut nociuas ſaluti animarum, ita certum putat, M. Bannez *vbi ſupra concl.* 4. vt dixerit oppoſitum eſſe hæreticum. Et eſt de mente Angelici Præceptoris *Opuſculo* 19. *cap.* 4. *in corp.* Vbi ait. [Cum aliqua Religio per Sedem Apoſtolicam inſtituta eſt, manifeſtè ſe damnabilem oſtendit, qui talem Religionem damnare conatur.] Sed hæc non terrent Canum. Adi illum *lib.* 5. *de locis, c.* 5. Vbi ſic ſcribit. [Noſtro ſæculo tam multæ ſunt Religiones à Pontificibus confirmatæ, vt qui eas omnes tueri voluerit, tanquam Eccleſiæ vtiles, vel neceſſarias, hic imprudentiæ; ne dicam ſtultitiæ, nomine iure optimo, ſummiſque rationibus arguatur.] Sic Canus *in editione Salmanticenſi, anno* 1563.

6. Cenſuit ſimiliter, M. Canus *lib.* 5. *de locis, cap.* 5. *q.* 5. Pontificem poſſe errare in canonizatione Sanctorum, quod tenet etiam Caietanus, *tom.* 1. *Opuſc. tract.* 15. *de indulgentiis ad Iulium Mediceum, cap.* 8. *ad vltimum*. Sed hanc doctrinam. [Ad minimum eſſe erroneam, & temerariam.] Inquit Arriaga, *tom.* 5. *diſp.* 9. *ſect.* 5. *num.* 31. Et conſentit Michael Zanardus, ex Prædicatorum Ordine *in director. part.* 2. *verb. Hæreſes circa canonizationem Sanctorum*

ctorum fol. mihi 400. Vbi ſic ait. [Defendunt hæretici, poſſe Papam errare in canonizatione Sanctorum. Ita Wicleph, vt refert Thomas Waldenſis, *tomo* 3. *de Sacramentalibus, capite* 121. & idem ſentiunt Lutherani, & Caluiniſtæ. In contrarium ſtat ſententia Catholicorum.] Et *infra*. (Habet certitudinem infallibilis veritatis.) Et eſſe de fide contra Caietanum, & Canum, dicit cum aliis Diana, *part.* 11. *in fine, tract.* 3. *reſolut.* 18. Et oppoſitum eſſe dignum cenſura ait M. Banhez 2. 2. *quæſtio.* 1. *artic.* 10. *dub.* 7. *concluſ.* 2. & Catherinus, & alii, apud Malderum 2. 1. *quæſt.* 1. *dub.* 9. Mitius verò loquitur D. Thom. *Quodl.* 9. *art.* 16. ibi. (Quia honor, inquit, quem Sanctis exhibemus, quædam profeſſio fidei eſt, qua Sanctorum gloriam credimus. Piè credendum eſt, quod nec etiam in his Iudicium Eccleſiæ errare poſſit.)

7. Tradit vero, & iure optimo Canus *ſup. quæſt.* 5. *concl.* 1. (Quod Eccleſia in morum doctrina eorum, qui ad ſalutem neceſſarij ſunt, errare non poteſt.) Vnde indubitabile eſſe debet, Gregorium *in cap. penult. de Baptiſmo ſupra citato* errare non potuiſſe, dum Baptiſmum ſaliua, aut ſudore confectum, verum nõ eſſe Baptiſmum declarauit, & ita firmiter tenendum credo, & non ſolum vt opinionem. Quidquid alij contendant, paritate deſumpta *ex cap. A quodam Iudæo diſt.* 4. *de conſec. can.* 24. Vbi Nicolaus Papa conſultus reſpondit eos qui (Tantum in Chriſti nomine baptizati ſunt, conſtat non eſſe denuò baptizandos.) Quo non obſtante, contrarium tenet D. Thomas, & cõmuniter Theologi, quia (licet tenera (inquit Sotus *infra*) id arbitratus fuerit Pontifex, non hoc decreuit tanquam articulum fidei ſed ſolum tanquam opinionem, quam putauit eſſe Ambroſij, & ideò non obſtante ſuâ aſſertione teneri poteſt, & debet contraria opinio quæ authoritate Euangelij, & aliorum Pontificum, & Sanctorum Patrũ validius cõprobatur.)

8. Hinc fit, non eſſe audiendum Caietanum 3. *part. quæſt.* 66. *articul.* 6. dum ait Baptiſmum collatum in nomine Chriſti tantum, ſeu non expreſſis Perſonis Trinitatis eſſe validum. (Dicimus, inquit, quod Baptiſmus in nomine Chriſti, ſi fiat, verus eſt Baptiſmus. Cuius opinio reiicienda prorſus eſt; tum quia expreſſa contra D. Thom. *ibidem*. Vbi ait. (Chriſtus autem inſtruit, Sacramentum Baptiſmi dari cum inuocatione Trinitatis, & ideo quidquid deſit ad plenam inuocationem Trinitatis, tollit integritatem Baptiſmi.) Cui ſe contrarium profitetur ipſe Caietanus, *ſ. circa has quæſtiones*, dicens, (Multi Doctores tenent partem negatiuam, de quorum numero ſunt, Author Durandus, & Petrus de Palud. &c.) Tum quia Sotus *in* 4. *diſt.* 3. *quæſt. vnica, articulo* 6, ait. Caietani ſententia. (Vt cum bona venia loquar, vix poteſt à nota, neſcio quali, excuſari) & *paulò infrà*. Quia contraria eſt omnino expreſſæ Zachariæ Pontificis *in cap. in Synodo ſupra citato diſt. de conſecrat. can.* 83. Vbi ait. Quod perfectus Chriſtianus nemo eſt, niſi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti fuerit baptizatus, & ſubdit. Quod ſi quis vnam de Trinitate perſonam in Baptiſmo non nominaret, illud Baptiſma verum eſſe non poſſet.) Hactenus Sotus, Bartholomæus Spina, Magiſter ſacri Palatij, *tom.* 1.

Opuſ.

Digitized by Google

Opuſ. in Opuſ. de forma Baptiſmi acriter inuehitur contra Caietanum dicens, *capite* 3. Eius opinionem eſſe periculoſam nouitatem. Et *cap.*5. eſſe contra Doctores, & Eccleſiæ authoritatem, & erroneam. Et *capite* 16. [Videtur, inquit, hic homo Sanctum Thomam, cæteráque Sanctæ Matris Eccleſiæ luminaria non plurimum magnifacere, dum dicit, ſe credere, ſi caſus acciderit, quo quis baptizatus eſſet nomine Chriſti tātum, quod Sedes Apoſtolica determinaret prout ipſe facit, &c. Nunquid Eccleſia ſpreto Thoma, cæteriſque poſterioribus firmiſſimis mundi columnis, ſequeretur hunc vnicum Neotericum, cuius dogmata in infinitis penè locis vacillant, & nonnunquam in rebus fidei?] Sic Spina Caietanum pupugit.

9 Sed quidem in hac materia benignos, (pluſquam par eſſet) inuenies Doctores, Syluester, *verb. Baptiſmus numero* 5. (Si ſubtrahatur, inquit, aliquid de eſſentia formæ Baptiſmi, creditur, quod ſuppleat ſummus Sacerdos: vt ſi moriatur puer ante formæ perfectionem]Et *infra q.*7.[Credo quod ſicut dictum eſt de ſubſtractionē, ita & de corruptione ſit dicendum, ſcilicet quod ſi non ſit facta ex malitia, etiamſi ſenſum tollat, ſi moriatur puer, Deus ſupplet, ſi autem vixerit, Baptizetur ſub conditione.] Sic *vbi ſupra, verb. Baptiſmus* 4. *qu.*10. *num.*8.

10. Inſuper, licet fide ſanctum ſit ſit in Concil. Trident. *ſeſſ.*7. *Canone* 11. in Miniſtris, dum Sacramenta conficiunt, & conferunt, requiri intentionem, ſaltem faciendi quod facit Eccleſia: nihilominus Diu. Thom. *in* 4. *diſtinct.* 6. *articul.* 2. (Si deſit, inquit, mentalis intentio in baptizante puerum, pie creditur, quod Summus Sacerdos, ſcilicet Deus defectum ſuppleat, & ſalutem ei conferat.) Quod iterum tradit 3. *part. quæſtion.*64. *articul.*8. *ad* 2. dicens. (Quidam dicunt, quod requiritur mentalis intentio in Miniſtro, quæ ſi deſit, non perficitur Sacramentum, ſed hunc defectum in pueris ſupplet Chriſtus: in adultis autem, qui intendunt Sacramentum ſuſcipere, ſupplet illum defectum fides, & deuotio. Sed hoc ſatis poſſet dici, quantum ad vltimum effectum, qui eſt iuſtificatio à peccatis. Sed quantum ad characterem non videtur per deuotionem accedentis poſſe ſuppleri.)

11. Et quod in puerorum Baptiſmo Deus ſuppleat intentionem Miniſtri, & gratiam conferat, tenet etiam M. Petrus de Palude, apud Syluest. *verb. Baptiſm.*4. *quæſtion.*11. & eſt ſententia Durandi *diſt.* 6. *quæſt.* 2. & aliorum, vt notat Sotus *in* 4. *diſtin.*5. *quæſtio. vnica, articul.* 2. §. *Grauius autem.* Vbi varias opiniones referens, ſic ait. (Eſt opinio Durandi *ſupra*, quod vbi intentio Miniſtri defuerit, adulto deuotio ſua ſufficit, paruo vero Summus Sacerdos Chriſtus id ſupplebit, conferendo gratiam. Poſtmodum verò *diſt.*5. *art* 6. opinionem retulimus Altiſiodorenſis *lib* 3. *tractatu* 3. *capit.*4. *quæſt.*2. dicentis: quod ſi Sacerdos non proferret integram formam, ſcilicet tres Trinitatis perſonas, Deus ſupplebit, quod omiſſum fuerit. Et poſtea *artic.* 7. allegauimus Paludanum *diſt.* 1. *qu.*1. *paulò ante* 3. *concluſ.* dicentem, quod ſi baptizans non tangat aqua illum, quem baptizat, Deus ſupplebit, & gratiam conferet. Similiter D. Thom. *in* 4. *diſt.* 24.

quæſt.1.artic.2.quæſt.3. quod dum quis non baptizatus Sacerdotalem Ordinem ſuſcipit, nullum poſtmodum Sacramentum confert; tamen piè credi poteſt, quod, quantum ad vltimos effectus Sacramentorum, Summus Sacerdos ſupplebit defectus. Ad hæc accedit modo opinio Caietani, quod paruulos, ſine Sacramento, dum applicari non poteſt, Deus ab Originali liberabit. Idémque dicturus eſt *infra art.11.* de illis, qui in vtero moriuntur.] Hucúſque M. Sotus.

12. Cæterùm *paulò infrà*, ferè omnes opiniones relatas inurit notâ. Et (inuerſo ordine procedendo) ſententiam primam Caietani, [Fateor, inquit, me non intelligere quomodo valeat citra errorem defendi.] Et de ſecunda *inferius artic.11.* *faceſſit* quoad paruulos qui in vtero moriuntur. Sic ait. [Sicut illos, ita & iſtos ſaluos fieri abſque Baptiſmo cenſet, licet hic miraculosè ſub correctione loquatur. Eſt autem opinio, quam fateor, me noluiſſe apud Caietanum reperire. Etenim vt ſingularis eius eſt, ita (vt cum omni reuerentia eius loquar) vix poteſt à temeritate defendi, eſt enim peior etiam quàm altera de pueris natis.) Quam citra errorem (vt legiſti) defendi non poſſe dixerat. Ideòque *inferius* ſubiungit. (Licet hanc opinionem temerariam dixerim, arbitror profectò peiorem illi notam inurendam.) Eadem quæ Sotus contra Caietanum, intorquenda ſunt contra Margaritam Confeſſorum eius inſiſtentem veſtigiis, *folio 197. in editione Complutenſi, anno* 1554. Vbi ſic leges. (Quæritur vtrum ſine Baptiſmo puer poſſit ſaluari? Dicendum, quòd ſecundum legem communem damnabitur ſecundum Diu. Thom. Piè tamen creditur, quod ſi mater prægnãs faciat aliquod ſpeciale obſequiũ Deo pro ſaluatione pueri, ſi contingat abortus, vel infans ex defectu aquæ ſine Baptiſmo moriatur, quod non damnabitur, ſed ex Dei miſericordia valebit illi ad remiſſionem Originalis, &c. Imò aliqui tenent, quod ſi quis Chriſtianus faciat aliquid pro ſalute puerorum infidelium, quod ſaluantur, quia talis tenet locum Eccleſiæ, & parentum; non tamen hoc eſt certum.)

13. Præterea *articul. 2. ſupra citato, §. At vero* apertiſſimis D. Auguſtini teſtimoniis confutat. Præcipuè *ex Epiſtola 28. ad Hieronymum.* Vbi Sanctus Doctor ſic ait. (Quiſquis dixerit, quod in Chriſto viuificabuntur paruuli, qui ſine Sacramenti eius participatione de vita exeunt; hic profectò, & contra Apoſtolicam prædicationem venit, & totam condemnat Eccleſiam) & *libro primo de peccat. merit. & Baptiſmo paruulorum, capite* 18. (Quis Chriſtianorum ferat, cum dicitur, ad æternam ſalutem poſſe quemquam peruenire, ſi non renaſcatur in Chriſto, quod per Baptiſmum fieri voluit) & *libro tertio de anima, & eius origine contra Vincentium Victorem capite* 9. (Noli, inquit, credere, noli dicere, infantes, antequam baptizentur, morte præuentos peruenire poſſe ad originalium indulgentiam peccatorum.) Et *in fine eiuſdem libri*, inter errores Pelagianorum, ſextum enumerat. (Infantes, antequam baptizentur, morte præuentos peruenire poſſe ad originalium indulgentiam peccatorum. Quæ probant, Deum non ſuppleтe intentionem Miniſtri, quoad vltimum effectum, nimirum conferẽdo gratiam,

& remiſſionem originalis, vel actualis peccati, & ideò contrariam opinionem eſſe reiiciendam, [tanquam temerariam, & erroneam,] quæſt. dicit Cabrera *de Sacramen.* 64. *articul* 8. *diſputat.* 1. §. 6. *numer.* 65. & 66. Cuius cenſuram approbat M. Acacius de Velaſco, *tom.* 1. *reſolut. moral verb Baptiſmo, reſolution.* 97. *numero ſecundo,* ſubiungens. [*Y eſta opinion es la que ſe deue ſeguir, dexando piedades, que no ſe fundan, y ſe dizen adininando.*]

14. Ex quibus concludit M. Sotus *in* 4. *diſtin.* 5. *qu. vnic. artic.* 2. §. *At vero ſupra citato.* [Hæc ſufficere prudentiſſimo cuiq; debent, ne vel ſuſpicetur, vt vbi aliquid ſubſtãtiæ Baptiſmi defuerit, ſiue formæ, ſiue materiæ, ſiue intentionis, Deum id ratum habiturum, vt defectum ſuppleat. At multo id minus ſuſpicandum, vbi Baptiſmus applicari nõ poteſt.] Hæc ille, & merito: Aliàs quomodo verũ eſſet illud Chriſti Domini Ioannis 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto non intrabit in Regnum Cœlorum.* Vnde *diſt.* 4 *de conſecrat. Canon. Firmiſſimè* deſumpto ex D. Auguſtin. *lib. de Fide ad Petrum c.* 9. Sic dicitur. [Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites, non ſolũ homines iam ratione vtentes, verum etiam paruulos, qui ſine in vteris matrum viuere incipiunt, & ibi moriuntur, ſiue cum de matribus nati, ſine Sacramento ſancti Baptiſmatis, quod datur in Nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, de hoc ſæculo tranſeunt, ſempiterno igne puniendos.] Et denique in Conc. Tridentino *ſeſſ.* 5. *can.* 5. ſic. *Si quis dixerit Baptiſmum non eſſe neceſſarium ad ſalutem anathema ſit.* Neceſſarium autem non eſſet, ſi eo iure, & in voto deficiente, (quocũque ex capite proueniat ſubſtantialis defectus) Deus defectum ſupp'ens gratiam ſanctificantem conferret.

15. Quapropter D Thomas *quodlib* 6 *qu.* 3. *art.* 4. inquit. [Manifeſtum eſt, quod in pueris nondum habentibus vſum rationis nõ poteſt eſſe motus fidei, & dilectionis, & ideo non poſſunt ſaluari, niſi per Baptiſmum aquæ, vel per Baptiſmum ſanguinis, ſi propter Chriſtum occidantur, vt Auguſtinus dicit de innocentibus.] Idẽque tradit 2. 2. *q.* 124. *art.* 1. *ad* 1. dicens. [Effuſio ſanguinis propter Chriſtum vicẽ gerit Baptiſmi.] Nõ inficior difficultatem nonnullam ingerere contra Baptiſmum ſanguinis paruulorum, quæ docet Diu. Thom. 3. *parte q.* 66. *art.* 11. Vbi inquiens. (Vtrum Baptiſmus ſanguinis ſit potiſſimus inter alia Baptiſmata? Et concludens affirmatiuè, reſpondet. [Ad ſecundum dicẽdum, quod effuſio ſanguinis non habet rationem Baptiſmi, ſi ſit ſinè charitate, ex quo patet, quod Baptiſmus ſanguinis includit Baptiſmũ flaminis, & non è conuerſo, vnde ex hoc ipſo probatur perfectior.] Bene, ſed quid de effuſione ſanguinis paruulorum, quibus Baptiſmus flaminis deficit, vtpotè carentibus motu fidei, & dilectionis? Habuit nec ne rationem Baptiſmi ſine charitate? Forſan loquitur hic Diu. Thom. de Baptiſmo ſanguinis adultorum, & non de Baptiſmo ſanguinis ſecundum ſe. Sit ita; ſed cur adulti non diſponuntur ad illum ſufficienter per attritionem ſinè charitate, ſicut diſponuntur ad Baptiſmum aquæ.

16. M. Sotus *in* 4. *diſt.* 3. *quæſt. vnica, articul.* 11. *concluſ.* 4. §. *ſit ergo ex his* apertè negat Baptiſmum ſanguinis adultorum, includere Baptiſmum flaminis,

minis. Verba eius ſunt. [Baptiſmus flaminis debet eſſe cóverſio in Deum per deteſtationem peccatorum, aut propoſitum bene viuendi, dum quis peruenit in vſum rationis. Martyrium autem nequiquam talē deteſtationem requirit, ſed hunc ſolum actum ſpecificare: volo mortem pro Chriſto perpeti.] Hæc Sotus; ſed, quia contra D. Thom. audiendus non eſt. Sicut neque M. Canus, & M. Ledeſma, qui nec effuſionem ſanguinis cum charitate putant ſuffícere ad Baptiſmum ſanguinis, contra quos inſurgit, M. Ioannes de la Cruz, 2. *part. direct. vbi de Pœnit. queſt, 2. de contritione dub.* 1. §. *Ad hoc dico.* Vbi ſic ait. [Sed ſi peccata non occurrant homini, vt ſi ſubito rapitur ad martyrium, iuſtificabitur, (cótra Cano, & alios, quos ſequitur Ledeſma, *cap.* 6. *de pœnit. concl.* 13.) per actum virtualem pœnitentiæ inclusum in actu dilectionis Dei ſuper omnia, vt patet ex Diu. Thom. 3. *parte qu.* 87. *art.* 1.) Hæc M. Cruz; & merito: quia talis charitatis actus diſpoſitiuè ſaltem iuſtificat; ſecundum omnes Theologos, & nil deficit ad Baptiſmum ſanguinis, & flaminis, ſecundum D. Thomam.

17. Cenſuit Caietanus 3. *part. q.* 68. *art.* 7. Quod in adultis. [Per ſe loquendo non exigitur intentio, ſeu voluntas ex parte Baptizandi, de neceſſitate Sacramenti, ſed ſufficit in ipſo non inueniri obicem voluntatis contrariæ.] Verum id eſt expreſsè contra Div. Thom. *ibidem* dicentem. [Si in adulto deeſſet intentio ſuſcipiendi ſacramentum, eſſet rebaptizandus.] Eſt etiam contra ipſum Caietanum 2. 2. *queſt.* 124. *articul. in fine*, requirentem voluntatem ad Baptiſmum ſanguinis, ſeu martyrium. [Poſſet quis, inquit, in peccato mortali exiſtēs ex improuiſo dormiens occidi, quia Chriſtianus: tunc enim, quia martyrio adulti voluntarium deeſt, martyrium non eſt propriè loquendo, & ideò regulariter loquendo ille ſic occiſus non eſſet ſaluus.] Et eſt iuxta deciſionem, *cap. Maiores de Baptiſmo*, ibi. [Actuale verò quod conſenſu contrahitur, ſine conſenſu minime relaxatur.]

18. Priuilegium Baptiſmi ſanguinis, ſeu martyrij, ad infantes etiam in vtero exiſtentes, extendit Sotus *in* 4. *diſtinct.* 3. *queſt. vnica art.* 11. Vbi ſic. (Si Turca Caſtrum aliquod in Chriſti odium incenderet, paruuli ibi concremati, quamvis non baptizati, in Dei gratia decederent. Imò & fortaſsè exiſtentes in maternis vteris, licet Baptiſmo aquæ tangi non poſſint.] Verum hoc videtur contra Sacros Canones 115. *Qui in maternis diſtinct.* 4. *de conſecrat.* Vbi dicitur. [Qui in maternis vteris ſunt; ideo cum matre baptizari non poſſunt, quia qui natus adhuc, ſecundum Adam non eſt, renaſci ſecundum Chriſtum, non poteſt.] Qui deſumptus fuit ex Auguſtino *in Epiſt. ad Dardanum.* Vbi ait. (Nemo renaſcitur, niſi prius naſcatur.)

Digitized by Google

EX TRACTATV
DE POENITENTIA.

PROPOSITIO I.

Licitum eſt in Sacramento Pœnitentiæ interrogare Pœnitentem de complice, in ordine ad huius correctionem, & obtenta pœnitentis licentia, illum corrigere. Fagundez Ieſuita *in 5. præcep. Eccleſiæ lib. 5. cap. 2. num. 2. & 11.*

1. ℞. HÆc opinio innititur doctrinæ Sapientiſſimorum aſſerentium non eſſe culpam grauem, reuelare in confeſſione, abſque vlla neceſſitate, complicem peccati. Quod tenet Caietanus 2. 2. *quæſtio. 73. articulo 2. in editione Romana anno* 1570. ibi. (Nota detractionem per accidens poſſe eſſe mortale, ſi notabiliter lædat famam proximi. Sed aduerte quod non læditur fama proximi ſaltem notabiliter, ex hoc quod narratur ſecreto crimen eius tali perſonæ, apud quam perinde erit, ac ſi non eſſet dictum, vt contingit in colloquiis inter virum, & vxorem, de criminibus filiorum. Et in confeſſionibus eorum, qui confitentes peccata propria dicunt imprudenter Confeſſori, in quo confidunt, perſonam, cum qua grauiſſime peccauerunt, & ſimilibus: ex his enim aut non læditur fama proximi, vel parum læditur.) Hæc Caietanus Cuius ſententiam dicit eſſe probabilem M. Ioannes de la Cruz, 1. *parte direct. artic. 2. de detractione dub. 3. concl. 1.* (Ex mente, inquit, Caietani non erit peccatum mortale, reuelare crimen alterius occulto viro graui, & timorato, &c. Et ſic excuſat eos, qui in confeſſionibus incautè reuelant complicem ſuorum peccatorum. Hæc ſententia, etſi ob tantum Doctorem probabilis ſit, &c.) Cui conſonat M. Serra 2. 2. *quæſtio. 73. articulo 2. dub. 1.* dicens. (Probabilem exiſtimo ſententiam Caietani cum Diana & aliis, quos refert 1. *parte tractat. 3. Miſc. reſol. 21. & 3. parte tractat. 5. Miſcel. reſol* 33.) Et eam tradit M Zanardus, *in direct. 1. 2. de narrantibus aliorum peccata capitulo* 47. (Quartò inquit, quæritur. An ſecretò dicere aliquibus, duobus, tribus, vel pluribus prudentibus, & taciturnis, qui nullo modo reuelabunt delictum ſibi notificandum neque parati ſunt ad ei nocendum, ſed proficiendum, cum occaſio

caſio præſens fuerit, ſit mortale?] Et reſpondet. [Non eſt mortale, quia nullum ſupponimus inferre damnum notabile, & tanto magis non erit peccatum ſaltem mortale, ſi ad accipiendum conſilium reueletur delictum ſocij, & minus ſi id fiat in confeſſione, licet id non expediat.]

2. Ex quibus R. P. Leander à SS. Sacramento, *tomo de Pœnit. tractat.5. diſp. quæſt.64.* Sic ait. (An peccaret mortaliter pœnitens, qui in confeſſione manifeſtaret complicem ſui delicti, etiam ſine rationabili cauſa? (reſpondet) Negant peccare mortaliter omnes Doctores, qui negant eſſe mortale manifeſtare crimen, etiam ſine cauſa, vni, vel duobus viris prudentibus, qui ſecretò retinebunt, & expreſsè in facti contingentia, Diana 2.*part. tract.*17. *reſol.*22. & 3.*part. tract.*5. *reſol.*31.) Hæc Leander. Doctores autem qui negant id eſſe mortale refert M. Ioannes Martinez de Prado, *tom 2. Theol.moral.capitulo* 25. *quæſt.*1. §.2. Vbi adducit Caietanum, Nauarrum, Cordubam, Petrum de Nauarra, Dianam, Graſſium, Ioannem de la Cruz, Baſſæum, Zambellum, Cœleſtinum, Bonacinam, & Trullenc. Quorum alij ſequuntur, alij probabilem eſſe dicunt. Et quando imprudenter, & incaute reuelat pœnitens in confeſſione complicem peccati, venialem tantum culpam agnoſcunt doctiſſimi viri *ſupra* citati.

3. Sed quid ſi occurrat neceſſitas reuelandi? Ab omni culpa liberat M. Serra *ſupra*, Vbi ſic ſcribit. (Vt colligitur ex D.Thoma hic, reuelare peccatum occultum alterius, propter bonum eius, vel Reipublicæ, vel tertiæ perſonæ, aut propter aliquod aliud bonum neceſſarium, debitis circumſtantiis obſeruatis, non eſt peccatum, aut detractio.) Et Clarius M. Ioannes Martinez de Prado *vbi ſupra.* [Aſſerendum, inquit, eſt quod qui abſque vlla neceſſitate graue crimen occultum vni ſoli manifeſtat, ex genere ſuo peccat mortaliter: quamuis cum cauſa manifeſtare, nec leue peccatum ſit. Hæc ſecunda pars iam eſt probata, & eſt certa.] Cui facit doctrina, quam cum aliis tradit M. Corradus, 2.*part. Reſp. quæſt.*175. [Circunſtantiam, inquit, complicis prodere apud confeſſarium non ob futurum, non eſt propriè infamare complicem, quia infamia, ex communi opinione, eſt ſiniſtra de aliquo diuulgata apud multos opinio. Hæc reuelatio autem, quæ vni tantum fit celaturo, non eſt proprie infamia, quod ſi aliqualis iactura eſt famæ, illa modica eſt, & quam tenetur complex pati, propter ſalutem animæ proximi.] Quare ergo, & propter ſui ſalutem non tenebitur? Et eſt iuxta mentem Soti *in* 4. *diſt.* 18. *quæſtio.*2.*articul.*5. §. *Sunt quidam in fine.* Vbi ait. [Confeſſarius eodem confeſſionis ſigillo tenetur celare culpas aliarum perſonarum, ob idque illud non eſt, alios infamare.]

4. Propter hæc, ſententiam, quæ in P. Fagundez Anonymo *diſplicuit*, in propriis terminis *defendunt* communiter Sapientiſſ. Patres Dominicani. Agmen regat M. Ioannes de Friburgo *in ſum. Confeſſor. libro* 3. *tit.*34. *quæſt.*87. [Quæro etiam vtrum liceat aliquando Sacerdoti, inquirere à Pœnitente ſpecificationem perſonæ, cum qua peccauit? Reſpondetur ſecundum Raymundum, §.31. &c. *In Gloſſa ſuper verbum non debet* Pœnitens

tens non tenetur, ſi tamen exprimat eam bona intentione Pœnitentiario, qui eſt perſona, qui debet prodeſſe, & non obeſſe, non vt prodat ipſum peccatorem, ſed vt Pœnitentiarius oret pro eo, aut ſecrete laboret ad correctionem eius, non peccat, ſeu potius meretur; *arg.* 32. *quæſt.* 5. Similiter ſi Pœnitentiarius inquirat de illa perſona bona fide, vt oret pro ea, aut corrigat eam in occulto, non credo quod peccet, dum tamen confitentem nullo modo cogat ad nominandum illam perſonam, aut eius expreſſionem extorqueat ab inuito.]

5. D. Antoninus 3. *part. tit.* 14. *c.* 19. §. 11. cum Paludano. [Si tamen exprimat cum bona intentione, non vt prodat, ſed vt pœnitentiarius oret pro ea, vel eam ſecreta admonitione corrigat, non peccat, ſed meretur. Similiter Confeſſor ſecundum Raymundum, &c. Si interroget, non ex curioſitate, ſed ex charitate, vt prouideat, puta; quia Prælatus: non credo quod male faciat, non tamen debet cogere, vel moleſtare illum ad dicendum, ſi non vult.

6. M. Tabiena *in ſumma verbo circumſtantia, numero* 11. [Interrogare de eiuſmodi circumſtantiis bono fine, vt ſcilicet poſſit prodeſſe, non eſt malum. Et idem dic de eo, qui confitetur, vt poſſit prodeſſe, vel vt Sacerdos oret pro eo, vel corrigat. Similiter dicendum de interrogante, non ex curioſitate, ſed ex Charitate, vt prouideat, ſicut Prælatus, non male facit, ſecundum Raymundum: non tamen debet cogere, vel moleſtare illum ad dicendum, quando non eſt neceſſaria, & ille non vult dicere.

7. M. Capreolus *in* 4. *diſtinct.* 21. *quæſtio.* 2. *articulo* 3. *ad* 8. [Aut accuſans in confeſſione tertiam perſonam, dat Confeſſori licentiam illud reuelandi, aut non? ſi ſic, tunc idem eſt, ac ſi Confeſſor ſciret vt homo, & eodem modo poteſt procedere circa perſonam accuſatam, ſicut in correctione fraterna. Si non: tunc confeſſor non tenetur aliquo modo corrigere, neque aliud medium adhibere.]

8. M. Soncin. *in* 4. *diſt.* 21. *quæſt.* 2. *concluſ.* 2. *ad* 3. [Habita licentia, à Confeſſore poteſt fieri correctio, non habita, non tenetur Confeſſor corrigere.

9. Margarita Confeſſorum, *verb. confeſſio lachrymabilis in fine.* [Non peccat, ſed meretur Confeſſor, ſicut, & ipſe pœnitens reuelans, ſi interroget perſonam, non ex curioſitate vt prodat, ſed vt proſit, pro ea orando, vel fraternè corrigendo, & ſecretè monendo de licentia pœnitentis, & non aliter.]

10. Syluester *verb. Confeſſ.* 1. *numero* 28. *quæſt.* 24. [Si tamen peccator exprimat eam intentione bonâ, non vt prodet, ſed vt proſit, vel vt Sacerdos pro ea oret, vel eam ſecreto emendet, non peccat, ſed meretur, 2. 2. *quæſtio.* 7. hoc videtur. Et concordat Gloſſa Raymundi vt *in ſumma Confeſſ. libro* 3. *titulo* 33. Sed tamen debet dicere extra confeſſionem, vel dare licentiam loquendi, ſi intendat correctionem. Similiter ſecundum D. Antonin. non peccat Confeſſor ſi hac intentione, & non ex curioſitate interroget, & idem Monaldus.]

11. M. Dominicus de Soto *in* 4. *diſtinct.* 18. *quæſt.* 4. *art.* 6. contra nonnullos ſupradictam, aut ſimilem ſententiam

tentiam limitantes. [Sed diſcrimen, inquit, eſt, quod illi dicent, neceſſe eſſe, vt pœnitens iterum extra confeſſionem narret peccatum ipſum, cuius reuelandi facultatem vult facere Sacerdoti. At verò hæc eſt vna cæremonia Methaphyſica nil ad rem moralem pertinens, &c. Inter confitendum poteſt eamdem dare licentiam.]

12. Quibus conſonat M. Petrus de Soto *de inſtitut. Sacerdot. de ſecreto confeſſionis, lect.* 11. §. *tertio ſum.* [De licentia confitentis manifeſtari poteſt, quidquid in confeſſione auditum eſt, nec opus eſt id ſcrupuloſius tractari, quàm vt ille facultatem concedat. Dixerunt quidam, opus eſſe, vt extra confeſſionem iterum reuelet, ſed vanum eſt.

13. Vidiſti iam, amice lector, quomodo loquantur grauiſſimi Doctores citati, circa præſentem difficultatem: videamus iam, qualiter P. Fagundez, cuius opinio tam malè audit apud Anonymum, & ſequaces. Igitur *vbi ſupra*, *cap.* 2. citato ſic ſcribit. [Vtrum liceat Confeſſario, vti notitia confeſſionis de licentia pœnitentis, ad corrigendum complicem, vel in bonum aliorum?] Et poſtquam primam opinionem negantem propoſuit. Sic ait. [Nihilominus ſecunda opinio, quæ docet hunc vſum per ſe loquendo, & ſecluſo ſcandalo, eſſe licitum de licentia pœnitentis, in graui cauſa, & ſeruatis debitis circumſtantiis, eſt communis Theolog. & Summiſtarum. Eam tenent Suarez, Henriquez, Syluester, Capreolus, D. Antoninus, Armilla, Tabiena, Nauarrus, Soncinas, Henricus, Gabriel, & alij.] Hæc Fagundez, qui *paulo infra nu.* 4. plures ad praxim huius ſententiæ conditiones exigit inter quas. [Tertia, inquit, eſt, vt pœnitens moneatur, exhorteturque à Confeſſario, vt id ipſum ſibi extra Confeſſionem dicat, quo poſſit liberius hac de re loqui: quod ſi ille nolit, & malit intra confeſſionem dicere, tunc id poterit licitè fieri propter bonum complicis, modo id fiat cum maxima prudentia, & cautela, & in re graui, & non leui.]

14. Inſuper *nu* 6. ſic admonet Confeſſarium. [Raro confeſſarius per ſe ipſum ferat opem, niſi in defectu alterius, qui id commodè, vt decet, facere poſſit. Nec ſe ſtatim inuitet ad eam monitionem faciendam. Imo ſi pœnitens id ab eo petat, iubeat, vt ipſe potius complicem corripiat, aut quærat virum probum, per quem id efficiat, nam licet hoc licitè fieri poteſt per ipſum confeſſarium, ſæpe non expedit, vt optime monet Henriquez. Quamobrem cauendum eſt, ne petatur, vt detur hæc licentia ſine cauſa vrgentiſſima, & in negotio etiam grauiſſimo.] Hactenus P. Fagundez, quæ nimis ſcrupuloſè dicta cenſebis, poſt tot Magiſtrorum veſtigia laxioribus terminis contenta.

PROPO-

Digitized by Google

PROPOSITIO II.

Ad hoc vt peccatum tenear confiteri, requiritur, quod ſaltem probabiliter iudicare poßim me peccaſſe. Coninch Ieſuita, *tractat.2. de Sacram.diſp.7.dub.8.concl.7.*

1. R. HÆc doctrina à ſapientiſſimis Thomiſtis originem trahit; quia obligationem confitendi peccata dubia, iamdiu de probabili tantum dubio, intelligendam tradidere. Ita D. Antoninus apud Tabienam *verb. confeſſio 2. num.12.* Vbi loquens de prædicta obligatione ſic inquit. [Secundum Archiepiſc. Florentinum debet intelligi dubio probabili.] Cuius ſententiæ adhæret ipſe Tabiena *ibidem*, & expreſſius *num.14.* dicens. [Tenetur iterare confeſſionem, quando aduertenter tacet aliquid, quod eſt mortale, vel credit, vel probabiliter dubitat, eſſe mortale.] Quibus conſentire videtur M. Zanardus 1. *part. inſtruct. de Sacrament. Pœnitent. de dubiis pro confeſſione* §. *Quæritur. folio mihi* 215. qui obligationem confitendi non agnoſcit, dum quis nõ iudicat probabiliter ſe peccaſſe. Mentē quæſo perpende verba. [Octauo, inquit; quæritur, an ad integritatem confeſſionis ſpectet confiteri peccata dubia? Reſpondetur, quod pœnitens tripliciter poteſt dubitare peccatum eſſe commiſſum, & non confeſſum. Primò, probabiliter tenendo peccatum eſſe commiſſum, & non confeſſum, quamvis etiam habeat aliquam coniecturam confeſſionis, ſed probabilem, vel non tā probabilem, & tunc tenetur. Secundò, habendo rationes probabiles pro vtraque parte, & tunc etiam tenetur confiteri. Tertiò, habendo rationes probabiliores pro confeſſione facta, & ſic debet omnes ſcrupulos reiicere.] Hæc Zanardus. Videatur etiam Pater Henriquez, *libro 8. de Euchariſtia, cap.45. in Gloſſa litt. P.* Vbi loquens de communi opinione aſtruente obligationem confitendi peccata dubia ad communicandum. Sic ait. (Addunt tamen Paludanus, Antoninus, & Tabiena id verum eſſe, (nempe teneri ad confeſſionem,) quando magis declinat, id fuiſſe peccatum mortale, aut non fuiſſe illius confeſſionem, alias in dubio æquali, vt non tenetur ad votum & onus præcepti, ita neque ad confeſſionem illius. Contra Gerſon *Alpha* 41. *lit. F.* qui obligat in æquilibrio, &c. At re vera hic poteſt practice deponere dubiam conſcientiam, & ſic excuſatur à præcepto. Sed in mortis articulo expedict confiteri, ſi facilem non habet contritionem aut aliud Sacramentum ne ſe exponat periculo damnationis.) Hactenus Henriquez.

2. Tanta authoritate innixi tuentur iam non pauci, non eſſe obligationem confitendi peccata dubia. Ita Ioſeph de Iannario, *in reſolution. moral. tom.1 reſolution.2.* Author caſuum conſcientiæ Bononiæ, *caſu 3. folio 83.* Petrus Marchātius *in tribun. Sacram. tractat.4. titul.6. quæſt.5.* Caramuel *in Theolog. moral. libro 3. de conſcientia dictam. diſput.4. articul.1. & in Theol. fun-*

Aa 2 *dam.*

dam. à numero 1321.*fol. mihi* 671. & iterum *fol.* 691. §. *Objicies.* Vbi inquit [à ratione non ſolum eſſe probabiliorem, ſed moraliter certam.] Et probabilem eſſe dicit Angelus Boſſius, *tomo* 1. *numero* 1754. Et in caſu æqualis dubij amplectitur Philibertus Marchinus *de Sacram Ordinis, tract.* 2. *par.* 3. *cap.* 1. *numero* 17. & putant probabilem Martinus de ſan Ioſeph *in Monitis Confeſſ. tomo* 1. *libro* 2. *de Pœnitent. tract.* 6. *numero* 1. & alij. Quod probant ex Conc. Tridentino *ſeſſ.* 14. *capite* 5. Vbi materiam neceſſariam confeſſionis omnibus Chriſti fidelibus proponens, ſic definit. [Conſtat enim, nil aliud in Eccleſia à Pœnitentibus exigi, quam vt poſtquam quiſque diligentius ſe excuſaru, ea peccata confiteatur, quibus ſe Dominũ, & Deum ſuum mortaliter offendiſſe meminerit.] Qui autem dubitat de peccato, non meminit: nam qui dubitat an fuerit confeſſus peccatum mortale, tenetur confiteri; non vero qui meminit confeſſum fuiſſe. Et Beneficiarius, qui dubitat, an recitauerit, tenetur recitare, non vero qui meminit. Et vt ait D. Thom. cum Ariſtotele *lib.* 1. *de memoria, & Reminiſcentia lect.* 1. [Semper cum anima memoratur, pronunciat, ſe vel prius audiuiſſe, vel ſenſiſſe, vel intellexiſſe.] Nihil autem horum pronunciare poteſt, qui dubitat. Ergo qui dubitat, an Deum mortaliter offenderit, non meminit mortaliter offendiſſe, & per conſequens iuxta Concilium, non tenetur confiteri.

3. Quapropter hanc ſententiam, vltra citatos, ſpeculatiuè veram dicit Banni, *tom.* 1. *tractatu* 4. *de Pœnitent. quæſt.* 17. Licet contrariam inuitus (vt *ibidem* fatetur) ſequatur, & non diſſentit Tamburinus *in Methodo expeditæ confeſſionis, libro* 2. *capite* 1. licèt dicat ſe non audere decernere [an practicè excipi poſſit?] Et ſequuntur Ioannes Martinon, *in Theologia Scholaſtica, tomo* 5. *diſput.* 50. *ſectione* 8. *numero* 91. Ferrantinus *de ſcandalo, quæſtio.* 77. *à numero* 31. apud quem, plures viri doctiſſimi vt probabili ſubſcripſere, item Amicus, & Theſes Louanienſes apud Caramuelem *ſupra in Theologia morali, libr.* 3. *diſputatione* 4. *de conſ. dictam. artic.* 1. & putat probabilem Palao *tomo* 4. *de Pœnit. tractatu* 23 *punct.* 9. quia contrariam, quam ſequitur, vocat veriorem, & Layman *in Theolog. morali libro* 1. *tractatu* 1. *capite quarto*, §. 4. *numero* 37. *& de confeſſ. in Ordine ad Communionem* loquentes, tenent Granado *in* 3. *parte controuerſ.* 6. *tractatu* 10. *diſput.* 7. *numero* 13. & Sà *verb. Euchar. numero* 23. Quod tanquam probabile admittit Leander *de Euchariſt. tractatu* 7. *diſputation.* 7. *quæſtione* 11. Denique ſententiam Ægidij, ſemper eſſe ſibi viſam ſpeculatiuè probabilem, cum Leſſio, & aliis, quibus eam communicauit, dicit Ioannes Præpoſitus *in tertia parte, quæſt.* 5. *de integritate confeſſionis dub.* 3. & amplexus videtur 1. 2. *quæſt.* 19. *art.* 6. *dub.* 4. *in fine.* Et pro ſcrupuloſis tenent communiter Theologi, quia hi dubitantes debent præſumi non peccaſſe mortaliter. Et pro omnibus militare videtur Eſpejo *de la conciencia, tractatu primo*, §. 9. *folio* 122. Vbi ait. [*Si tu dudas ſi conſentiſte en tal vicio, ò pecado, es ſennal que no, y por conſiguiente no pecaſte mortalmente.*] Sic ibi citans Diuum Thomam. Tot militant pro hac ſententia Doctores, ob quorum ſalutem, authoritatem, improbari nequit; nam vnicum grauem authorem

authorem conſtituere opinionem extrinſecè probabilem, tradunt 24. Doctores, quos citatos ſequitur Angelus Maria Verricelli, *tom.1 tractatu 1. ſingular. quæſtione* 5. Sed quorſum hæc? Quando ex antiquis tanto patrocinio munitur. Nec omittam quod in Vniuerſitate Complutenſi, toto terratum Orbe celebertima, in publicis diſputationibus, inoffenſo pede, quotidie defenſatur.

4. Non defuerunt, qui iudicauerint, præceptum Eccleſiaſticum annuæ confeſſionis non obligare illum, qui tantum habet peccata mortalia interna, verum hæc ſententia ſuſtineri non poteſt, & malè audit apud Theologos. Vide P. Suarez, *tom.4. in 3. part. diſput* 30. *ſect.2. num.4.* Vbi ſic ait. [Refertur Margarita Confeſſorum, *verb. confeſſ. fol.*40. negans huiuſmodi perſonas obligari hoc præcepto; fortaſſe quia Eccleſia non habet poteſtatem in actus internos. Sed eſt plus quàm temeraria ſententia. Margaritæ verba ſunt. [Si quis haberet ſolū peccata cordis, videtur quod poſſit differre confeſſionem vſque ad mortis periculum, cum de illis Papa nil habeat iudicare.] Sic leges, *folio* 44. *in editione Complutenſi, anno* 1554. *ſumma*, quæ inſcribitur. [Margarita Confeſſorum, olim ab Monacho Prędicatorum Ordinis Hiſpalenſis Cœnobij compoſita, nunc denuò diligentius excuſſa, & aucta copioſius, & per eiuſdem Ordinis doctiſſimos viros expenſa diligentiſſime, atque exacte caſtigata.] Hæc in fronte.

PROPOSITIO III.

Qui confeſſus eſt peccatum vt dubium, non tenetur ceſſante dubio, vt certum confiteri. Lugo Ieſuita, *tom. de Sacram. Pœnitentia diſput.* 16. *ſect.*2. §. 4. *nu.*78. *Hanc Propoſitionem multis probare contendit, eámque defendunt* Pellizarius Ieſuita, *in Manual. Regularium, tract.5. cap.3. ſect.1. nu.*56. Tamburinus Ieſuita *in Methodo expeditæ confeſſionis, lib.2. cap.1. §.4. num.*24.

1. R. PRædicti Authores contrariam ſententiam ſequuntur, dicunt tamen hanc eſſe probabilem: tum propter fundamenta, quæ iecit Lugo; tū propter authoritatem grauiſſimi, & ſapientiſſimi P. F. Nicolai Richardi, ex Ordine Prædicatorum M. Sacri Palatij, qui de hac opinione conſultus reſpōdit. (Eſſe ſatis probabilem.) Vt teſtatur Lugo, *vbi ſupra, tom. de Pœnitentia in lucem edito*, priùs quàm ad purpuram fuiſſet aſſumptus. Nec mirum ſine duce in hanc cogitationem incidiſſe. Etenim, vt bene ait. M. Bannez 2. 2. *quæſt.*62. *articul.*5. *dub.*4. *§. ad argumenta.* [Ad primum, quod erat ex multitudine Doctorum, reſpondetur, quod in rebus moralibus, obſcuris, difficillimis decidendis, non mirum eſt, ſi alicui viro docto ſe ſe offerat aliqua noua ratio, vt opinetur contra com-

munem ſententiam, meritò, & non temerariè; & iſto modo ſunt introductæ plurimæ opiniones contrariæ aliis, quæ ſolebant eſſe communes.]

2. Quapropter opinionem cuius efficaciſſima fundamenta poſuit Ieſuita Lugo dicens. [Se nolle in hoc puncto definire aliquid,ſe ſecuriorem partem conſulere.] Amplexati ſunt poſtea Motella, & illum citans R.P. Leander à SS. Sacram. *de Pœnit. tractat.5. diſput.5. quæſt.*27. Martinus de ſan Ioſeph, *in Monitis Confeſſ, tom.1. libro 1. tract.* 8. *numero* 9. Marcus Vidal *in Arca Theolog. moral.tom.1 titul. de Pœnit. inquiſ.*5. *à numero* 33. Caramuel *in Theolog. moral. libro* 3.*diſp.*4. *numero* 1539. & iterum *in Theol.Fundam.folio mihi* 699. & putant probabilem Angelus Maria Verricelli *in qq. moral. tom.*1. *tractat.*5. *quæſtione* 6. *numero* 22. Et F. Ioſeph Roſell. Carthuſianus *in tra.de deponendo conſcientiam in dubiis, capite* 19.*numero* 14. & inuentur ex Ordine Minorum Sebaſtianus Sachus *in Faſciculo Florum,libro*.1.*tractat*.4. *cap*.3. *de conſcientia dubia num.* 35. & Reuerendiſſimus P.F. Chriſtophorus Delgadillo, *tom.de Pœnit. c.*14.*dub*.10. Vbi ſolidis fundamentis probat, dicens: [Debere eam defendere, quotquot affirmant, ſufficientem, & tutum eſſe modum illum confitendi; decies, v.g. plus minúſve peccatum commiſit.] Quem confitendi modum fere omnes Doctores admittunt, docens non teneri poſtea confiteri, licèt recordetur duodecies peccaſſe, & tamen duo ſaltem peccata dubia vt confeſſus fuerat.

3. Imo addit Delgadillo *ſup. c.*17. *dub* 34. idem proſus dicendum, licet numerum centum, & determinatum confeſſus, v.g. decies iuraui. Non addendo verba illa [paulò plus minúſve.] Quia implicitè, inquit, & interpretatiuè videtur incluſus in quauis confeſſione. Sed non acquieſco, & multò minus opinioni Viualdi *in Candelab. aureo de confeſ.*7. Sed dixi *numero tertio, folio* 100.aſſerentis, eum, qui confeſſus fuit, centum plus minúſve iuraſſe, verè ſatisfeciſſe; licèt poſtea recordetur fuiſſe 200. quod putat etiam probabile Verricelli, *tomo* 1. *tractatu quinto*, *quæſtione ſexta, num.* 23. Verum hæc opinio omnino improbabilis eſt; imò, & quam ſequitur Verricelli *tract.* 1. *quæſt.* 8. dicens verba illa (plus minúſve) addere quoad confeſſionem medietatem ſupra ſummam expreſſam, ita vt qui confeſſus eſt centum, plus minúſve, non teneatur iterum confiteri, licet reperiat fuiſſe centum, & quinquaginta. Hæc vt dixi nullam probabilitatis ſpeciem habent. Secus ſi reperiſſet fuiſſe 110. vel 112. vt tradunt communiter Doctores. Videatur Diana 3.*par. tract.*4. *reſ.*94.& 4.*p.tract.* 4.*reſ* 102. Vbi illos refert. Ex quorum præmiſſis concluſionem ſupra elicitam firmiſſimam oſtendit Lugo, quem tot poſtea Doctores ſunt ſequuti.

4. Vnde apprimè conueniunt Eminentiſſimo Cardinali, quæ de Angelico Doctore, & omnium Magiſtro, inquit. M.Barnabas Gallego, *de conſciencia probabili, dub.*21. [Noſter Angelicus Doctor D.Thom. multa ſcripſit, & docuit contra alios, qui ante ipſum ſcripſerunt, & tamen eius opiniones ſtatim ac ab ipſo traditæ ſunt, exiſtimatæ ſunt probabiles, tum propter maximam eius authoritatē apud omnes Theologos; tum quia non leuibus, ſed rationabilibus fundamentis ductus eſt ad ſic opinandum.] Hæc

ille

ille de Angelico Doctore D. Thom. Eadem ego de eminentiſſimo Cardinali de Lugo. Nam vt ait D. Gregorius in illud Danielis 12. *Pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia.* [Secundum incrementa temporum creuit ſcientia Sanctorum Patrum.] Et vt inquit Caietanus 2. 2. *quæſtio.*141. *artic.*4.§.*ad* 1. [Malè cum humano ingenio actum eſſet, ſi nil ſcire poſſemus, niſi quod Ariſtoteles dixit.] Quibus facit Angelicus Præceptor *Opuſculo* 19. *cap.*1. his verbis. [Vtilitas communis non ſolùm debet procurari, vt ſi quocumque modo, ſed vt fit optimo modo, quo fieri poteſt. Quantò autem Doctores magis multiplicantur tantò vtilitas communis; quæ ex doctrina prouenit, magis creſcit, quia vni manifeſtatur, quod alteri nondum notum eſt. Propter quod dicitur Sap.6. *Multitudo ſapientum ſanitas eſt orbis terrarum.* Et magis ad rem noſtram *opuſculo* 41. *de eruditione Principum*, quod reperies in editione Veneta anno 1593. ibi ergo *lib.*5. *cap.*9. Sic ſcribit. [In Magiſtro, qui eligitur, quinque ſunt requirenda, ſcilicet, mens ingenioſa, vita honeſta, humilis ſcientia, eloquentia, docendi peritia. Mens ingenioſa, vt inter ea, quæ docti poſſunt, ſciat eligere meliora, nec totum ex alienis ſcriptis accipiat, ſed aliqua inueniat. Sap. Illum eruditorem elige, quem magis mireris in ſuis, quam alienis. Nil magnificum docebit, qui à ſe nil didicit, falſóque Magiſtri nuncupantur auditorum narratores, ac ſi audiendi ſunt, vt qui recenſent rumores.]Hæc D.Thom.Quę luculenter ſatis prædixerat Seneca *epiſt.* 33. [Qui alium, inquit, ſequitur, nil ſequitur, nil inuenit, imo nec quærit. Ego verò vtar viâ veteri, ſed ſi clariorem inuenero, hanc muniam. Qui ante nos iſta nouerunt, non Domini noſtri, ſed duces ſunt. Patet omnibus veritas. Nondum eſt occupata. Multum ex illa etiam futuris relictum eſt.] Sic ibi. Non ergo opinio improbanda, eò quod ab antiquioribus non fuerit tradita. Præcipuè quia vt ait Caramuel, 2. *parte Theolog. fundam. fol. mihi* 36. *numero* 51. [Puto omnia eſſe hodie melius examinata, & hanc ob rem, in omni materia, & præcipuè in morali, libentius iuniores, quam antiquiores lego, & ſequor.] Sic eruditiſſimus vir.

PROPOSITIO IV.

Non eſt circumſtantia in confeſſione aperienda, quod fœmina, quacum rem habuiſti, fuerit Iudæa, vel Mahometana. **Azor Ieſuita** ***3. part. lib. 3. cap. 29. quæſt. 3.***

1. R. HAnc opinionem tuentur Franciſcus Syluius 2. 2. *qu.* 154. *art.*2. Ioannes Franciſcus Suarez *in Enchiridio caſuum conſc. confeſſ. fol. mihi* 346. Alcozer *in ſum. capite* 20. *fol.*74. §. *el ſer muger.* & fauet M. Ludouicus Lopez *part.*1. *inſtruct. capite* 35. §. *Affine eſt.* Vbi cum formidine dicit confitendam. Verba eius ſunt. [An concubitus Chriſtiani cum tali

tali infideli ſit circunſtantia notabiliter aggrauans,& neceſſariò confitenda? Id reuocamus in dubium. Et licèt nullum Doctorem reperirem de iſto caſu expreſsè loquentem: arbitror ſub aliorum iudicio, quod talis circumſtantia ſit conferéda) Eandem ſententiam eiſdem formalibus verbis tradit M.Corradus 1.*p. Reſponſ.q.*174. qui ita fideliter tranſcripſit, vt nec omiſerit illa: (Licèt nullum Doctorem reperterim de iſto caſu expreſsè loquentem.) Dixi hos Doctores fauere: quia ſupponunt prædictam circunſtantiam non mutare ſpeciem, (quod non improbat M. Candidus, *tom.*2. *diſq.* 24. *art.*23. *dub.*35.) Et dubitant an ſit notabiliter aggrauans? & per conſequens, in eorum doctrina, neceſſariò confitenda, licet contra D. Thom. *infra* citandum.

2. Quapropter ſententiam Patris Azor eſſe probabilem, dicit Diana *part.*7. *tractat.*7. *reſol.*72. (Non detinam, inquit, adnotare negatiuam ſententiam eſſe probabilem: aſſerunt enim plures Doctores Circumſtantiam infidelitatis in copula illicita non mutare ſpeciem, ſed ſolum aggrauare. Ergo cum probabiliter circumſtantiæ aggrauantes non ſint neceſſariò in confeſſione explicandæ, per conſequens non erit explicanda circumſtantia infidelitatis.) Idem repetit *part.*9. *tractat.*9. *reſol.*3. addens. (Et Præter Azorium, & alios, hanc ſententiam tenent Syluius, Fagundez, & Tamburinus.) Et putat probabilem Leander à SS.Sacram. *tom.*1. *tractat. de Pœnit. diſp.*8. *§.*3. *quæſtio.*7. pro qua citat Bonacinam *quæſtio.*4. *de Matrim. part.*15. *numero* 7. Quibus adde Magiſtrum Acacium de Velaſco, *tomo* 1. *reſolut. moral. verb. copula, reſolut.*227. Vbi ait. [*Eſtâ ſentencia tengo por prouable con Diana en el lugar citado.*]

3. Et ſanè magis diſſonare videtur, quod, qui cum matre coitum habuit, ſatisfaciat, ſi in confeſſione dicat, ſe commiſiſſe inceſtum; nil aliud explicando. Et tamen hanc opinionem defendit D.Thomas; quia ex vna parte docet 2.2. *quæſt.*154. *artic.*9. Omnes gradus conſanguinitatis eſſe eiuſdem ſpeciei in genere moris: & ex alia non eſſe de neceſſitate confitendas circumſtantias notabiliter aggrauantes intra eandem ſpeciem. Vt videre eſt *in* 4. *diſt.*16. *quæſtio.* 3. *artic.*2. *quæſtio.* 5. *in corp.* Cuius verba dabo *infra, tract. de Matrim. Prop.*5. Quapropter in prædicto caſu ſufficere, ſe accuſare de inceſtu, occultando gradum, tenet cum D.Thom.Gipptius; Megala, Cœleſtinus, Bartholomæus à Sancto Fauſto, Ioannes de Soria, Remigius, Ioannes Henriquez, Martinus de Sancto Ioſepho, Marcus Serius, Mazuchellus, & alij, quos citatos ſequitur Diana 5.*p.tract.*14.*reſol.* 56.*& part.*11. *tract.*7. *Miſcel.reſ.*3. §. 5. Et tandem nota.

4. An verò ſi circumſtantiam in confeſſione explicanda ſpecies peccati commiſſi, de quo poſtea memoriæ occurrenti delectatus fuiſti? Audi Angelicum Præceptorem *Opuſc.*64. *§.Complacentia habita in memoria peccati.* Vbi ſic ait. [*Si* autem rememorando mala præterita, quæ feciſti, non habes dolorem, ſed potius delectationem in eis, & propter hanc delectationem facis moram ibidem, non credo expedire, quod ſpecifices ipſa peccata rememorata, ſi aliàs integrè confeſſus es ea. Et ſi non habuiſti aliud, quam delectationem in mente, ſufficit

ſufficit dicere. Mihi venerunt in memoriam quædam vindictæ, vel iniuriæ, quas feci, vel quædam peccata grauia, quæ commiſi, de quibus non ſolum non habui dolorem, ſed de ipſis cum multa complacentia cogitaui,] Hæc D.Thom. cuius opinionem amplexatus eſt P. Sà *verb. confeſſio, num.* 16. dicens. [Qui delectatus eſt de peccatis præteritis, alias confeſſis, id ſolum oportet confiteatur, non autem exprimere, quæ illa fuerint peccata. Vide D.Thom. *Opuſculo* 64.] Nihilominus expunctam reperies per Magiſtrum Sacri Palatij *in editione Romana ſummulæ Patris Sa.* Sunt enim diuerſæ ſpeciei delectatio de copula præterita, & delectatio de vindicta; debet ergo exprimi, quæ fuerint peccata, de quibus delectatus eſt. Secus tamen erit, quando ratio terminans delectationem non diſtinguitur ſpecie, licet obiecta aliunde ſpecie diſtinguantur, v.g. in delectatione moroſa de copula cum fœmina, quæ ſiue nupta, ſiue Monialis fuerit, non conducit ad venerem, cum delectatio non ſit de iniuria illata marito, nec de infidelitate circa rem Deo promiſſam. Quapropter plures Theologi prædictam circunſtantiam in confeſſione explicare deobligant, etſi ex Thomiſtis non pauci opinionem ſic explicatam improbabilitatis etiam incuſent. Videatur Diana *part.1.tract.7.reſol.*48.

PROPOSITIO V.

Qui ex pœnitentia Sacramentali ad ieiunium tenetur, obligationi ſatisfacit, ſi ieiunet, etiamſi animo deliberato non adimplendi tali ieiunio pœnitentiam. Lugo Ieſuita *de Pœnit. diſput.*25.*ſect.*3. *num.*37.

1. ℟. Opinionem Cardinalis de Lugo defendunt in alio ſimili, (ſcilicet quando in die feſto, quis aſſiſtit Sacro, animo deliberato, & expreſſo non adimplendi præceptum) quatuor ſuper viginti Doctores, quos refert, & ſequitur Leander à SS. Sacram. *in quinque præcept. Eccleſ. tract.*2. *diſp.*9. *quæſtio.*9. inter quos Bonacina, Aragon, Garzia, Fauſtus, Trullench, Molfeſius, Diana, & alij ex primis noſtri ſæculi. Idemque quoad præceptum recitandi; tenet cum Aragon, Franciſcus Galleti, *in Margarita caſuum verb. officium*, ibi. [Officium Diuinum recitans animo non ſatisfaciendi, ſi nolit amplius recitare, & ſic mutet animum intra eundem diem, eſt tutus in conſcientia Aragon 2. 2. *quæſt.*2.*art.* 13.] Quos ſequuntur M. Raphael de la Torre, & M. Candidus & fere triginta alij, quos refert M. Ioannes Martinez de Prado, *tom.*2. *Theol.moral. cap.*30.*quæſt.*8.*§.*1.*n.*1.

2. Ex his per conſequentiam maniſeſtam deducitur præfata cōcluſio, vt conſtat ex Diana *part.*10. *tract.*11. *reſol.*6. Vbi ſic ait. [Video Doctores communiter abſolutè docere præceptum pœnitentiæ impoſitum à Confeſſario audiendi Miſſā, ieiunādi &c.

PROPOSITIO VI.

Confeſſarius poteſt pœnitentiam obligare, vt ei complicem reuelet, & aliter negare abſolutionem ſi id iudicet neceſſarium ad graue damnum vitandum. Lugo Ieſuita *de Pœnitentia diſp.* 16. *ſect.* 8. *n.* 432. *Quod procedit ſecundum eundem, num.* 434 *etiamſi pœnitens offerat ſe complicem correcturum.*

1. R/. HAnc opinionem tuetur doctiſſimus M. Soto *in* 4. *diſt.* 8. *quæſt.* 3. *art.* 5. *ante ſolutionem* 3. Vbi ſic ait. [Quando verò Sacerdos per confeſſionem intelligit, obuiandum eſſe alicui damno Reipublicæ, cuius pœnitens non eſt in cauſa, debet Sacerdos admonere, vt ipſe remediũ, ſi poteſt adhibeat, quod ſi renuerit facere, non eſt abſoluendus.] Supponit autem caſus non poſſe aliter obuiari, quàm per Confeſſarium, factâ ei reuelatione complicis; vnde idem Sotus *ſupra* §. *Hinc fit.* [Sacerdos admoneat vrgentiſſimè pœnitentem, vt reuelet, quod ſi obtineri non poterit, non abſoluat.]

2. Expreſſius pro hac ſententia militat M. Dominicus Bannez 2. 2. *quæſtione* 33. *articul.* 8. *poſt tractatum de correctione.* Vbi ſic ait. (Quod ſi per ſe ipſum pœnitens non poteſt, vel neſcit procedere ad prædictam actionem, debet extra confeſſionem palàm facere delinquentem, vel Confeſſori, vel alteri, qui poſſit, & ſciat corrigere, vel denuntiare, vel communi bono prouidere.) Et *infra.* (Erit licitum in aliquo raro caſu, vt Sacerdos inquirat à pœnitente id, quod ipſe tenetur facere, vt tertiæ perſonæ delinquentis aperiat delictum ſibi extra confeſſionem Sacramentalem; quando ipſe pœnitens per ſe ipſum, neque per aliam tertiam perſonam poteſt ad correctionem procedere, vel denuntiationem, aut boni communis conſeruationem.] Hactenus M. Bannez, quem ſequens eſt Cardin. de Lugo, *ſupra* citatus, vbi eandem ſententiam, his verbis, tuetur. (Non repugnat dari caſum, in quo confeſſarius poſſit, pœnitentem obligare, ad manifeſtandum ſibi complicis nomen; non quidem quaſi confeſſarius eam obligationem imponat, ſed quia pœnitens reuerà illam habeat, & confeſſarius, qui ex eius confeſſione agnoſcit, admonet illum de obligatione, cui ſi non vult ſatisfacere, iam meritò ei abſolutionem negat, quem non inuenit ad abſolutionem diſpoſitum. Porrò poſſe illum caſum contingere, conſtat apertè, quia poteſt Confeſſarius videre, ea occultatione complicis, grauiſſima damna imminere; ad quæ impedienda pœnitens omnino tenetur. Rurſus videt, pœnitentem ſe ipſo immediatè id non poſſe exequi, neque habere alium præter ipſum confeſſarium: quo caſu certum eſt teneri pœnitentem ad illum medium vnicum eligendum, quod ſi eligere nolit, iam non eſt aptus ad abſolutionem recipiendam.) Hactenus Lugo, ſcientia & purpura Eminentiſſimus. Quē cum aliis ſequitur Leander à SS. Sacram.

*de Pœnit.mun.*4. Conſtantinus de Caſtro *in collect. Theolog. mor. tract.*1 *capite* 6.*art.*3.*ſect* 3. Quorum verba reperies apud Dianam *part.*11. *tractat.*3. *Miſcel. reſolut.*3. *& tract.*8 *reſolut.*64. Qui dicit eſſe probabilem, & iam diu prædixerat 1.*part. tractat.*7. *reſolut.*17. Eamdem ſententiam ſequuntur Remigius *in ſum. tractat.*6. *cap.*5. §.6. & Leander è SS.Sacramen. *tom.de Pœnitent. diſputat.*8. §.3 *quæſt.*20. *in editione Lugdunenſi,anno* 1654. Vbi ſic ait. [An ſi quis vnico ictu, & impetu decem occidat homines, decem peccata in confeſſione neceſſario fatenda committat? Affirmant communiter Doctores, &c. Sed æquè probabiliter reſpondeo negatiuè,tum quia vt probabiliſſimè eſt habitum, in illo actu nequit dari multiplex, ſed vnica numero malitia: tum quia licet ex multiplicitate iuris læſi, nempe hominum occiſorum ad vitam, multiplicentur numero malitiæ in illo actu, non ideò multiplicātur peccata.) Idē tradit *ibidem,quæſt.*21 *&* 22. Et iterum *tom.*4. *de cenſuris tractatu* 1. *diſputat.*3. *quæſt.*41. Vbi ſic concludit. (Diana *part.*5. *tract.*9. *reſol.*59. expreſsè hanc ſententiam vt probabilem defendit, & quidem illam eſſe probabilem, & ſatis apertè, & expreſsè affirmant, & probant, Alterius,Baſſæus,Candidus, Cornejo.) Et apud illum Bonacina *diſput.*1. *quæſt.*1.*punct.*5.*numero ſeptimo*: Et à fortiori tenere debent,quotquot aſſerunt in eodem actu non poſſe dari plures malitias numero diſtinctas;nā ſi vnica tantum eſt malitia, euidens eſt,vnum tantum eſſe peccatum. Megala Duardus, & alij apud Dianam *part.*3. *tract.*4.*reſol.*164. Angelus Maria Verricelli,*tomo primo.Quæſt.moral. tract.*8.*quæſt.*17.& plures alij. Ex hoc enim principio tribuitur Patri Suarez *vbi ſup.*

2. Quibus adde Mag.Acacium de Velaſco, *tomo* 2. *reſolut. moral. verb. Golpe reſolutione ſecunda,numero quinto.* Vbi ſic ait. (*Es provable, que con vn golpe, ò vna percuſion hiriendo a dos, o muchos Clerigos, no ſe incurre mas de vna deſcomunion; porque abſolutamente ſolo ay vna tranſgreſſion, y vn ſolo pecado, y lo miſmo digo del que con vna ſola accion hurta dos vaſos de plata de diuerſos dueños; ni obſta, que de aquella accion ſe ſigan muchos daños, ſupueſto que no ay muchos pecados, ſino muchos efetos de vn miſmo pecado*) Quo principio innixus, *tomo primo, verb. Falſo teſtimonio, numero quinto, in fine* dixerat. [*Baſtarà que ſe acuſe que ha hechado vna maldicion, ſin explicar a quantos hombres maldixo en ella.*] Eandem opinionem ſequitur F. Ludouicus à Conceptione *in examine veritatis tract* 5. *de Pœnit. caſ.*5. *illatione* 7.*fol.mihi* 444.ibi.[Infero ſeptimò,occidentem plures eiuſdem rationis homines, vnico actu, vel ictu, vnico tantum peccare peccato. Sic à me conſulti plures tenent Salmanticenſes Magiſtri.] Quibus conſentit R.P. Chriſtophorus Delgadillo, *tom. de pœnit. cap.*17. *dub* 64. *numero* 142. dicens. [Eum, qui eodem actu vult occidere decem homines, imò & qui eodem actu illos occidit, non teneri explicare numerum obiectorum.] Et iterum *dub.*80. [Idem, inquit, dicendum de illo, qui vnica perſuaſione inducit multos ad peccandum.]

3. Et expreſsè ante omnes citatos, hanc ſententiam tenuit doctiſſimus M.Bannez 2. 2. *quæſt.*62.*de iure art.*8. Vbi ſic, [Dicimus quartò: quod,

qui vno propoſito expreſſo, vel interpretatiuo, retinet rem alienam, vnum tantum peccatum committit: ratio eſt, quia vnus actus numero eſt moraliter loquẽdo, quando vnicâ volitione ſequitur effectus, etiam multiplex, præſertim ſi illa multiplicata non eſt ſpecifica, verb. g. ſi vnico ictu occidat quis multos homines, vnicus actus eſt moralis æquiualens in grauitate multis.) Tantum Magiſtrum ſequutus eſt Marcus Serra 2.2. *quæſt. 76. articulo tertio.* ibi. (Si quætas, inquit, an qui plures homines ſimul malediceret, mortem eis optando, vnum vel plura peccata committeret? (Reſpondetur de hoc ſicut de voluntate occidendi plures homines ſimul, varias eſſe ſententias. Mihi probabilius videtur vnum ſolum numero eſſe peccatum tam phyſicè, quam moraliter.)

4. Cæterùm de hac controuerſia omnino videndus, M. Zanardus, vt circa alia etiam peccata, mens calumniantis omnino quieſcat. Igitur perdoctus Dominicanus, 1. *part. directoris de Sacramentis Pœnitentia, cap.* 8. Vbi de dubiis pro confeſſione, & circumſtantiis. §. 5. *fol. mihi* 210. Sic ſcribit. [Non ſolum dico tactus, & oſcula ante copulam vnum conſtituere peccatum cum copula, ſed etiam, ſi accidant poſt copulam, & non amplius ad nouam copulam ordinentur, & ſi poſt illa ſequeretur noua copula, & eſſet deliberata antea; quia quando iuit dormitum cum illa muliere, determinauit per totam noctem delectari cum ea carnaliter, tamen formaliter acciperentur per modum vnius deliberationis & peccati continuari formaliter. Et idem dico de eo, qui deliberauit tres viros occidere, & poſtquam vnum occidit, alterum interfecit, & deinde tertium, vel iuit dormitum cum duabus ſolutis, cum animo cognoſcẽdi carnaliter vtramque. Nam quamvis in cõfeſſione ſint explicãdæ perſonæ occiſæ, & cognitæ, ad hoc vt cognoſcatur grauitas peccati in eadem ſpecie: per hoc tamen non efficitur quod iſta ſint multa peccata homicidij, vel fornicationis formaliter, quia eadem remanſit voluntas, deliberatio, & finis, quæ actiones ſpecificant, & diſtinguũt formaliter.] Hæc ibi. Quomodo autem debeat eiuſmodi peccata cõfiteri? Explicuerat *eodem c.* 18. Quoad circumſtantiam (quando,) *fol.* 224. §. *Quinto loco,* dicens (Similiter qui per noctem cum Amaſia dormiuit, nõ eſt opus, vt dicat, ergo eã per tot vices cognoui; ſed feci quod potui, dũmodo non habuerit interruptionem mentis, vel operis.) Vidiſti iam in pluribus actibus conſummatis fornicationis, & occiſionis, etiam ſucceſſiuè factis, vnum tantum peccatum agnouiſſe Zanardum, eo quod ab eadem voluntate. Quid ergo miraris, quod in vno tantum actu, & in vna tantum, etſi plurium occiſione, vnum tantum agnoſcant alij?

5. Vide Reuerendum D. Marcum Scarcella de Tolentino, *in ſumma Italicè ſcripta, cui titulus Guardino de Sommiſti* 1. *part. capite* 125 *numero vndecimo.* Vbi ſic ait. (*Si domanda? Vno dormi con vna donna, ô la conobbe tre, ò piu volte; ſe commiſſe tre ò piu, ò pur vn ſol peccato?*) Reſpondetur [*Quando propoſe veramente, e determinetamente, tutta la notte conocerla, ſenza determinare vna, ò piu volte, hauer commeſſo vn ſol peccato, per la indeterminatione, ma ſe con animo deliberato di conocerla*

cerla

cerla morte volte, tante volte peccò,&c. Onde vn ſol peccato ſaria ad vn vecchio per due volte ſole, che quella haueſſe conoſciuta, quanto ad vn giouane chediefſe volte Percio cheſul, intentione, è la volunta di cognoſcerla tutta la notte il vecchio,& il Giouane.]

6. Vide etiam Maurum Antonium Berarducciυm, Sacræ Theologię Doctorem & Magiſtrum *in ſumma Corona Confeſſorum, 1.part. capitul.2.de circumſtantiis, num.19. in fine. In ſumma,* inquam, *Italicè conſcripta.* [*Tradotta di Latino in vulgare, & ampliata dall iſteſſo Authore.*] *Edita Venetiis anno* 1590. ibi ergo ſic ait. *(Quiſe fa dubio, ſi vn huomo dormendo vna notte con vna cortigiana conoſceſſe quella tre, ò quatro volte, ſara forſe biſogno, dir al Confeſſore tante volte li ho conoſciuta in vna notte? Nauarro dice che ſi: perche ſon atti diſtincti, & vno non è ordinato all' altro. Sylueſtro dice il contrario. Ma per accommodare queſti duo Dottori, potremo dir, che ſi vno conoſcendo vna donna, non pretendeba vſar piu di vna volta: è doppo fatto, delibera de nouo, tanti peccati diſtinti ſarano, quante no vi deliberationi ſara. Ma ſi propone dormir con quella, è tutta la notte goderla quanto puo, ſe la conoſceſſe tre volte, è vn peccato: perque tuti inſieme conſiderati ſon ordinati ad vn fine, che ſara goderla tutta la notte.)* Hæc Berarduccius, qui variis exemplis confirmat.

7. Denique ne omittas videre R. P. Leandrum à SS. Sacramento, *tom.* 1. *de Pœnit. diſput.*8. §.7. *quæſt.*8. apud quem Archangelus Rubēs *diſt.*16.*fol.* 169. inquit. Quod licèt quis cognouerit fœminam tribus, aut quatuor vicibus in vna nocte, ſatisfacit, ſi in confeſſione dicat. (Se habuiſſe vna nocte rem cum muliere) Quam ſententiam, ait Leander, iudicaſſe probabilem recentiores quoſdam, quos ipſe conſuluit. Verùm oppoſitam certiſſimam ille iudicat, & merito; quia, vt ait cum reliquis Ieſuitis Palao, *tom.*1. *tract.*1.*diſp.*3.*punct.*1.*in fine.*(Vnum tamen eſt omnino indubitatum apud omnes, coitum vnum non eſſe viam ad alium, ac proinde, etiamſi mox poſt alium ſequatur, neceſſariò eſt peccatum diſtinctum in confeſſione manifeſtandum.) Sed neſcio an conſequenter procedat ſapientiſſimus P. Leander, dum *tomo* 4. *de cenſuris, tractat.*1. *diſput.*3. *quæſtio.* 4. pluribus ſuadere conatur eum, qui plures ſucceſſiue, eadem continuata actione, percutit, aut interficit, vnum tantum peccatum committere, quem ex eadem familia ſequitur F. Ludouicus à Conceptione *in exam. veritatis, tractat. de Pœnitentia, caſu* 5. *num.*15. *fol.*445. omnia etenim fundamenta, quibus ad hoc ſuadendum nititur, idem probant de pluribus fornicationibus ſucceſſiuè: licet ipſe *quæſt.* 44. ingenioſè diſparitatem reddere conetur, ne in Zanardi ſententiam adire videatur. Hæc quæſo expendas, vt aliis parcas.

PROPO

PROPOSITIO VIII.

Qui cum mula, aut aſino, peccatum contra naturam commiſit, non tenetur in confeſſione hanc circumſtantiam aperire. Sufficit dicat, commiſiſſe ſodomiam. Ita publicè docuit Panormi quidam Ieſuita apud Dianam *part.1. tract.7. de circumſtantiis aggrauant. reſol.2.*

1. ℟. ANonymus non legit; aut non bene intellexit Dianam. (Hanc vnam excuſationem habeo.) Ille enim non dicit, talem opinionem fuiſſe à Ieſuita traditam imò nec illam refert, duplicem ibi dubitationem proponit. Prima eſt, an qui cum mare, vel fœmina contra naturam peccauit, teneatur circumſtantiam maris, vel fœminæ in confeſſione explicare? Cui reſpondet, Caietanum pro negatiua ſententia ſtare, id eſt opinari ſufficeret, ſe accuſet de peccato ſodomiæ, celando circumſtantiam maris, vel fœminæ. Quem pro caſu, quo fœmina non ſit coniugata, ſequuntur Cœleſtinus, & eo citato, Diana 5. *part. tract.14. reſ.56.* & Leander à SS. Sacram. *tomo 1. de Pœnit. diſput.8. §.3. quæſtio.31.* Quibus adde Caramuelem *in Regul. Sancti Benedicti diſp.6. concluſ. 2. num.1013.* & Mazuchellum *tract. de caſibus reſeruatis, cap.12. diff.1. nu.24.* quem citatum ſequitur iterum Dianà *part.8. tract.7. reſ.86.*

2. Secunda dubitatio eſt. An qui cum beſtia contra naturam peccauit, teneatur explicare ſpeciem animalis, v.g. an cum mula, an cum aſino? Et reſpondet negatiue cum Caietano, & aliis. [Sufficit, inquit, ſi dicat beſtialitatem commiſiſſe.] Quam ſententiam aliis citatis defendit Candidus M. Sacri Palatij, *tom.1. diſquiſ.24. artic.22. dub.27.* & cum vtroque Soto, Suarez *de Pœnit. diſput.22. ſect.2.* dicens hanc partem, ita certam eſſe, vt nulla ratio dubitandi circa illam appareat. Hæc ſunt, quæ docuit Ieſuita Panormi. Et Dianæ verba. [Eodem modo dicimus de peccato contra naturam, non eſſe neceſſe confiteri circumſtantiam maris, vel fœminę vnius vel alterius generis beſtiæ. Sed ſufficit dicere, peccaui in ſodomia toties. In beſtialitate quater, &c. Et ita publicè docuit Panormi, quidam Theologus Societatis Ieſu.] Hæc Diana *loco citato parte 1. tractatu 7. reſolutione 2.* Quod verò, qui commiſit beſtialitatem; ſatisfaciat dicendo: commiſi ſodomiam; non inuenies apud Dianam.

3. Imo nec ſatisfaciet, ſi dicat [peccaſſe contra naturam] omittendo circumſtantiam beſtialitatis, aut ſodomiæ. Licèt contrarium teneant aliqui, aſſerentes omnia peccata contra naturam eſſe eiuſdem ſpeciei infimæ. Quam opinionem tenuiſſe D. Thom. 2.2. *quæſt.154. art.11. & 12.* contendunt non pauci, quos citatos ſequitur Illuſtriſſimus Caramuel *in Theol. fundamentali num.1199. fol. mihi* 580. inter quos numerat Mag. Bartholomæum Fumum in Armilla *verb. luxuria n.5.* Vbi ſic ait. [Vitium contra naturam,

naturam, licet ſit vna ſpecies ſecundum D. Thomam, multis tamen modis exercetur.] Et quotquot cum D. Thom. eiuſmodi vitium contra naturam, non in plures ſpecies, ſed in varios peccandi modos, hoc alios aliis grauiores, diuiſere. Omnes tamen, contendit Caramuel pro ſua illa ſententia adeſſe, omnia peccata contra naturam eſſe eiuſdem ſpeciei infimæ. Pro qua adducit Nauarrum, Gratiam, Matthiam Phelipium, & Mag. Andream à Tirri Dominicanum, Sacræ Theologiæ Profeſſorem, & decem alios, ex variis Religionibus Magiſtros Louanienſes. Eamque refert approbaſſe Vniuerſitatem Pragenſem: vide etiam illum *ſupra, fol. 752. & 760. & in Theolog. moral. num. 1607. & in Regul. Sancti Benedicti, num. 983. & in ſyntheſibus, quæ extant ſub fine eiuſdem commentarij.* Et denique *in ſecunda parte Theolog. fundam. precepto 6. numero 92. folio 71.* Vbi ſic ait. [Video pro probabilitate opinionis diſtinctionem negantis, (ſcilicet numerum ſpecificum inter peccata contra naturam) ſta e triginta ſcriptores, vel plures, itaque Academiæ Pragenſis facultatem Theologicam.] Et probabilem putant Diana *3. part. tract. 4. reſolut. 199.* Trullenc *in Decalog. tom. 2. libro 6. capite 1. dub. 8. numero 8.* & Michaelo *tomo 1. libro 2. parte 3. doctri. 8. numero 4.* Vbi ſic ait. [*Demas de que como afirma Filiucio, es muy probable, que todos los pecados contra naturaleza ſon unius ſpeciei infimæ, & non ſubalterna.*] Quibus conſentit F. Ludouicus à Conceptione *in exam. veritatis, tractat. 5. de Pœnitent. cap. vltimo, folio 456.* & aliquo modo fauet Angelus *verb. interrogationes numero 1.* dicens, [Confitetur mulier, quod fuit cognita extra vas debitum, non quærat poſtea confeſſarius, in quo loco, vel quomodo, & huiuſmodi, ſicut faciunt quidam, qui potius ſunt contaminatores, quam Confeſſores.] Quem ſequuntur Caietanus, Armilla, Syluester, Raynerius, apud Henriquez, *tom. 1. lib. 11. cap. 16. num. 6.*

4. Et, quod magis, eam tuetur, M. Canus, *Relect. de Pœnit. 6. part. §. Et quidem in re vehementer ambigua.* citans Caietanum (ſed non bene:) ex hoc principio probare contendens circumſtantias notabiliter aggrauantes intra eandem ſpeciem debere in confeſſione explicari; quia aliter circumſtantiæ ſodomiæ, & beſtialitatis poſſent celari, verba eius ſunt. [Peccata contra naturam non videntur ſpecie diſcriminari, quod Caietanus confirmat; at non latis eſſet confiteri: effudi ſemen contra naturam, circumſtantias vero illius peccati celare.] Cæterum ſatis eſſe, admiſſo antecedenti, eſt aperta ſententia D. Thomæ, vt fatetur idem Canus, cuius verba dabo, *Tract. de Matrim. Prop. 3.* & mordicus defendit Caramuel *in Theol. morali, lib. 4. num. 1607. & in Theolog. fundam. numero* 1191. Vbi ait eſſe expreſſam ſententiam D. Thom. cui fauet M. Pom. *ſupra*, vbi poſtquam dixit vitium contra naturam eſſe vnam ſpeciem ſecundum D. Thom. multis tamen modis exerceri, monet confeſſarium, vt dum circa luxuriæ peccata interrogat, [Tangat ſpecies, non autem ad actus, & modos ſingulares deſcendat.]

5. Addit Caramuel *in Theolog. morali, lib. 4. numer. 1607.* eum, qui beſtialitatem, aut ſodomiam commiſit, ſatisfacere, ſi in confeſſione dicat.

[Se procurauiſſe pollutionem.] Quia tantum occultat circumſtantias notabiliter aggrauantes, quas, iuxta D. Thomæ doctrinam, nemo confiteri tenetur. Sed F. Ludouicus à Conceptione *vbi ſupra*, licèt in præmiſſis conueniat cum Caramuele, diſſentit in concluſione: ait enim teneri explicare an cum ſocio; dicendo: peccaui contra naturam cum ſocio, vel ſine illo, prout res euenerit, quod, iuxta ſua principia, videtur intelligendum, quando ſocius capax eſt culpæ, propter multiplicitatem peccati. Non diſputo modò. An circumſtantia ſocij in eodem actu carnali cõtrà naturam, augeat numerum peccatorum? An ſit tantum circumſtantia aggrauans intra eamdem ſpeciem? Tu ex dictis diſcurre. Nullus vero, quem viderim, admittit eum, qui commiſit beſtialitatem, ſatisfacere, ſi dicat commiſiſſe ſodomiam, quia nec confuſe quidem confitetur peccatum, quod commiſit, ſed aliud minus graue non commiſſum. Imò nec ſatisfaceret, ſi diceret: procurauiſſe, vel habuiſſe pollutionem, propter eandem rationem, quidquid ſenſerit Caramuel.

6. Idemque dicendum puto contra Angelum Maria Verricelli, *tomo* 1. *Quæſt. moral. tractat.* 4. *quæſt.* 1. *numero* 11. aſſerentem eum, qui propriis manibus ſe polluit, ſat ſfacere; ſi in confeſſione dicat. (Ex affectu libidinoſo propria verenda contrectaui.) & *quæſt.* 27. *ſect.* 8. *num.* 57. Fœminam ſolutam ſeminantem, licet peccet mortaliter, non peccare formali peccato mollitiei, ac proinde ſufficere, quod ſe accuſans dicat, (inhoneſtè me tetigi.) idemque dicit *ſect.* 14. *de frigidis, & ſpadonibus, & de pueris incapacibus habendi veram pollutionem, ſed ſolùm diſtillationem quamdam.* [Quia cum non ſit, inquit, ſeminis prolifici fluxus, non eſt peccatum contra naturam; nec differt ſpecie à tactibus.) Ex quibus concludit ſufficere; quod fœminæ, & eiuſmodi viri, licèt effuſionem ſeminis procuratam conſequuti fuerint; de tactibus impudicis ſe accuſent. Quæ ſunt contra communem Theologorum ſententiam. Retuli aliorum opiniones; quarum iudicium penes Doctores ſit, Ieſuitæ communiter reprobant.

PROPOSITIO III.

In peccato ſodomiæ nemo tenetur explicare in confeſſione: an agens, an patiens fuerit. Fornarius Ieſuita, apud Dianam, 5. *part. tract.* 14. *reſol.* 56. (Sed quà reprehenſione dignus non eſt?)

1. ℞. Reprehenſioni parceres; ſi Dianæ opera euoluiſſes. Nam 3. *part. tractat.* 4. *reſolut.* 149. hanc ſententiam tenet cum Alphonſo de Leon, & 5. *part. loco citato.* Item tradit cum Carolo de Bauio, Alexandro Ruffo, & Fornario Ieſuita, & 6. *part. tractat.* 6. *reſolut.* 36. Cum Zambello, Guilino, Lugo, & Reuerendiſſimo F. Nicolao Richardo, Dominicano Magiſtro Sacri Palatij, & *part.* 11. *tractat.* 1. *reſolut.* 11. & *tra-*

ctat.

ctat.3. reſolut.4. Cum Bordono, Machando, Imperio, Ieſualdo, Pontio, Mazchello, Serio, Rocaful, Longo, Poſſentio, Remigio, Verricelli, Victio, & aliis. Quibus adde M. Acacium de Velaſco, *tom.2. reſolut. moral. verb. ſodomia, reſol.428.* Vbi. [*Digo lo primero, muy prouable es que el que ſe acuſa deſte peccado, no tiene que explicar ſi fue agente, ò paciente.*] O quot intercesſionibus viri Ieſuitæ veniam largiatis!

PROPOSITIO X.

Defloratio virginis ſponte conſentientis, etiam ſub patria poteſtate, malitiam tantum ſimplicis fornicationis continet; & per conſequens circumſtantiam virginitatis in confeſſione explicare, non eſt neceſſe. Lugo Ieſuita *de Pænit. diſp.16. num.200.*

1. R. QVod ſolam malitiam ſimplicis fornicationis contineat, putat probabile, M. Sotus *in 4. diſtinct. 18 quæſt.2. art.4 concluſ.13. §. de ſimplici.* Vbi ſic ait. [Non clarè video, tamen ſi puella quæ non eſt ſub cura parentum, ſua ſponte vult virginitatẽ perdere, quod ſit diſtincta ſpecies luxuriæ à ſimplici fornicatione, &c. Imò fortaſſè licèt eſſet ſub cura parentum, licèt illis aliquam iniuriam faceret, non mutaret ſpeciem. Si quis ergo habeat contrariam opinionem, abundet in ſuo ſenſu. Sed tamen ergo arbitror, hanc eſſe probabilem.] Hæc ille. Vnde Petrus de Ledeſma *in ſumm. tomo 1. capite 16. de Pœnit. dub.9.* ait. [*Algunos Doctores, y entre ellos el Padre Maeſtro Soto ſienten que eſte peccado no es diſtincta ſpecie de la fornicacion.*] Soti opinionem refert etiam, & ſequitur M. Corradus *in Reſpon. caſ. 1. part. quæſtione 47. in Additio.* Et eiuſdem ſententiæ eſt M. Bannez *2. 2. quæſtione 61. articulo ſecundo, dub.7. in confirmatione prima concluſionis.* Vbi ſic ait. [Cæterum exiſtimo, quod mulier eſt domina vſus illius membri, ſicut, & aliorum, & quia talis vſus non eſt ſine corruptione, non peccat ille contra iuſtitiam, ſi auferat virginitatem] & *infra.* (Ergo etiam, qui admiſerit ſtuprum cum illa volente, non peccet contra iuſtitiam: neque ipſa, neque ſtuprator, ſed contra caſtitatem.) Hactenus M. Bannez. Quibus adde M. Acacium de Velaſco, *tom. 1. Reſolut. moral. verb. doncella, reſolut.272.* Vbi ſic. (*Si la donzella libre, y voluntariamente conſiente, aora ſea, ò no eſte baxo la cura de ſus padres, no es ſtupro el primer acto, en que pierde la virginidad, ſino de ſimple fornicacion, y aſsi eſta circunſtancia no tiene obligacion de confeſſarla*) Hæc ille citans multos, & alios, & *verb. luxuria reſol. 4. ſect. 3.* addit Marchantium *in orn. Paſt. cap. 5. reſol. circa ſextum præceptum.*

2. Et præter citatos, eam quam Cardinalis de Lugo, tenuit Petrus de Navarra *lib. 2. de reſtit. cap. 1. parte 4. de lædente in corporis bonis dub. 1. in noua editione, numero 419.* & alii, Neoterici apud Sanchez *de Matrimon. libro 7. diſp. 14. num. 5.* Quibus adde Mol-

feſium, Trullench, & Megalam, quos citat, & ſequitur Diana *prima parte, tractat.7. reſolut.*11. Leander à SS.Sacramen. *tom. de Pœnit.tractat.5. diſput. 8.quæſtione* 17.&c. & R.P.Delgadillo, *tom. de pœnitent. capit* 17. *dub.*69. ibi. [Siue enim puella ſit ſub cura, & cuſtodia parentum, ſiue non, eius deflo- ratio, ipſa conſentiente, non differt ſpecie à ſimplici fornicatione: & conſequenter nulla adeſt obligatio explicandi hanc circumſtantiam in confeſſione.] Sic ille. Quod conſequenter tenere debent, admiſſo antecedenti, quotquot aſſeruit, non eſſe obligationem confitendi circumſtantias notabiliter aggrauantes. Imò Sotus, Sanchez, & Nauarra, hanc de neceſſitate confitendam negant, licèt de aliis aliter ſentiant; putant enim notabiliter non aggrauare. Videatur Sanchez *ſupra*. Vbi Sotus inquit. (Eſſe conſilium, vt eam explicet) & Nauarra, [Non eſſe neceſſariò confitendam.]

3. Quod ſi inquiras, ad quid teneatur puella, quam adoleſcens vi ſtuprare contendit? Reſpondet Sotus, *lib.*5. *de Iuſtitia, quæſtione* 1. §. *Reliquos* his verbis. [Quod ſi hic obiter quæras, quid ferre debeat pudica puella, antequam in ſtuprum conſentiat? Reuera quodcumque genus mortis. At verò (attende) ſi non pro virili ſua contra pugnet, membriſque reſiſtat, ſed immota manens nil agat, conſentire cenſetur in foro exteriori ſi immobilis, tacenſque maneret, re a ſtupri iudicaretur; tamen in foro conſcientiæ, tantum tenetur non conſentire, neque ſe ſceleri accommodare. Quare ſi metu taceat, non peccat mortaliter, dummodò nullum præbeat conſenſum, neque verò manus in alterum tenetur inijcere.] Hæc M.Sotus.

4. An verò corruptor virginis ſub ſpe matrimonij teneatur eam ducere, quando ex animo promiſit? Reſpondet M.Serra 2.2.*quæſt.*64.*art.*2. (Non teneri, ſi ipſe ſit nobilior, vel opulentior) Quod probat ex D.Thom. *in* 4. *diſtinct.*28. *quæſtion.*1. *artic.*2.*ad* 4. Vbi Angelicus Doctor ait. (Tenetur eam ducere, ſi ſint æqualis conditionis.) Vbi, inquit Serra, [Diuus Thomas ſine limitatione loquitur.] Idem tradit M. Conradus *in Reſp.caſu prima parte, quæſt.*99.

PROPOSITIO XI.

Pollutio voluntaria in Eccleſia, ſi fuerit occulta, non eſt ſacrilegium.
Vaſquez Ieſuita 1.2. *q.*72.*art.*7.*diſp.*98.*cap.*3.*n.*6.

1. R. EST opinio Mag. Soti *in* 4 *diſtin.*32. *art* 3. Vbi de coniugatis ſermonem inſtituens, ſic inquit, [Per turpem effuſionem ſpontaneámque ſeminis, violator locus ſacer, fitque celebrandis ſacris ineptus, quovſque reconcilietur. Quapropter eiuſmodi effuſio ſacrilegium eſt, quod genere ſuo eſt mortale.] Hanc verò concluſionem *paulo infra* moderatur, dicens. (Quando talis concubitus eſt ſic occultus, vt in publicum venire non poſſit, tunc forte nõ eſt coniugibus peccatum mortale.) *ut diſt.*13. *quæſt.*[illegible]

quæſt 2.*art*.3. ſcripſimus, niſi de violatione legitimè conſtiterit, non eſt à celebratione abſtinendum, ob idque (attende, iniuria non eſt adeo atrox cenſenda.

2. Quæ doctrina, ſi friuola non eſt ratio, de omni effuſione ſeminis idem probat, ideoque pro hac opinione citari ſolet M. Sotus. Nam vt ipſemet tradit de quacunque violatione Eccleſiæ *diſtin.* 3. *citata quæſt*.2.*articulo* 3. [Quando violatio Eccleſiæ eſt occulta, Non opus eſt Miſſas, & ſacrificia ſuſpendere, nec Eccleſiam reconciliare & eſt, inquit, communis opinio) Nulla ergo ſeminis effuſio in loco ſacro, quando ita occulta eſt, vt in publicum venire non poſſit, erit, ex violatione loci ſacri, peccatum mortale: patet; Quia niſi de violatione legitimè conſtiterit, non eſt à celebratione abſtinendum, ob idque iniuria non eſt adeo atrox cenſenda.) Sotum ſequitur M. Ludouicus Lopez 1. *part. inſtruction. cap*.82.§. *At vero* qui licèt pro coniugatis tantum hanc teneat ſententiam; eius fundamentum de omnibus probat; ideòque inconſequenter de non coniugatis negat. Verba eius ſunt. [Si tamen ſit ſecretus talis concubitus, quia ſecundum Scotum, & Theologos non indiget reconciliatione Eccleſiæ, forte, inquit, Sotus non eſt peccatum mortale, cui ego aſſentior.] Et *infra*. [Dum talis concubitus cum vxore eſt ſecretus, excuſatur à mortali ratione non tantæ irreuerentiæ, & quia per talem actũ non violatur locus ſacer. (Communis autem Doctorum ſententia expreſse tenet, per pollutionem, & concubitum, etiam inter non coniugatos, ſi occulta ſint, non violari Eccleſiam, nec indigere reconciliatione, vt videre eſt apud Sanchez *de Matrim. libro* 9. *diſp*. 15. *numero* 4. *&* 10. Vbi ait. [Eſſe veriſſimam fere omnium ſententiam] Quam tenet cum aliis M. Ioannes de la Cruz, 2. *parte directo de Sacrif. Miſſæ, quæſt*.3. Vbi ſic ait. [Violatur Eccleſia pollutione voluntaria, & publica; non per pollutionem, aut coitum occultum, etſi à duobus aut tribus ſciatur, dum non publicatur. Ita Paludanus *in quarta quæſtione* 8. *articul*.4. & Sotus, *diſtin*.13. *articulo* 3.] Quos ſequitur Franciſcus Gilletti *in Margarita caſuum verb. Eccleſia* ibi. [Eccleſia non polluitur ſanguinis effuſione, ſi modica, vel occulta; ita ſcribentes. Maximè Abbas *in cap. Propoſuiſti, de Conſecratione Eccleſiæ*.] Et M. Acacius de Velaſco, *tom*.1. *verb. Igleſia, reſ*.77. *numero ſexto*. Vbi ait. (*Aduierten los Dotores, que las tales acciones deuen ſer publicas porque ſi ſon ocultas, communmente affirman, que por ellas no queda polluta la Igleſia*.)

3. Vnde conſequenter ſit, aut fundamentum Soti, & Lopetij pro coniugatis, nullius ponderis eſſe, aut excuſanda eſſe à peccato ſacrilegij pollutionem, & ſimplicem fornicationem, ſi occulta ſint. Quod notauit Sanchez *ſupra* citatus, *numer*. 10. Vbi poſtquam rationem, quam Sotus, Lopez, & alij adducunt, propoſuit. Sic ait. (Ex ratione huius ſententiæ apertè colligitur, fornicationem occulte admiſſam in loco ſacro non habere malitiam lethalem ſacrilegij, atque ita loci circumſtantiam non eſſe neceſſariò tunc confitendam, quia, vt probauimus, *numero* 4. tota ſacrilegij mortalis deformitas ex loci ſacri pollutione petenda eſt. At ceſſat pollutio, vbi eſt fornicatio occulta.) Quod autem tota ratio ſpecialis malitiæ ſacrilegij

crilegij proueniat ex eo, quod Eccleſia violetur, tradunt apud Sanchez, *n.* 4. *citato*. Palud. Sotus, Caietanus, Armilla. Victoria, Ioannes Nider, Petrus de Ledeſma, & plures alij, & approbauit Ludouicus Lopez *vbi ſupra*. Ex quibus apparet euidens inconſequentia huius Authoris.

4. Quapropter ſententiam P. Vazquez, expreſsè tuetur, M. Zanardus, 1. *part. direct. de Sacram. Matrim. c.* 41. *fol. mihi* 898. dicens. [Non erit peccatum mortale (nempe ſacrilegij) ſi copula, ſiue licita, ſiue illicita, ſit ſecreta, quia tãtum propter publicam pollutionem ſeminis, vel ſanguinis Eccleſia vt polluta reconciliatur.] Sic ille. Quem ſequuntur Emanuel Rodriguez, *tom.* 1. *cap.* 243. *numero* 19. F. Baſilius de Leon *de Matrim. libro* 10. *capite* 10. *numero* 15. M. Victorellus, Graſſis, & Sayrus apud illum, & alij viri doctiſſimi apud Dicaſtillo *de Pœnitent. diſputatione* 9. *dub.* 8. *numero* 69. Item Carpenſis, Trullenc, Baſſæus, Caramuel, & alij, apud Dianam *parte prima, tractat.* 3. *reſol.* 5. & probabilem ipſe putat, *part.* 3. *tract.* 7. *reſolut.* 15. & 26. & *parte* 2. *tractat.* 3. *Miſcel. reſol.* 13. & *part.* 7. *tract.* 11. *reſol.* 31. Sacr & Naldus, *verb. ſacrileg. numero* 12. Leander à SS. Sacrament. *tom. de Pœniten. tractatu* 5. *diſputat.* 8. *quæſt.* 9. & Machado, *tomo* 1. *libro* 2. *parte* 3. *tractatu* 4. *docum.* 3. *numero* 11. & nouiſſimè amplectitur R. P. Delgadillo, *tom. de Pœnit. cap.* 17. *dub.* 77.

5. Notare hic non deſinam, non defuiſſe, DD. aſſerentes, concubitum coniugalem, etiam extra caſum neceſſitatis, non eſſe prohibitum in loco ſacro; ac proinde per illum etiam publicum, Eccleſiam non violari, & per conſequens. Sacrilegij malitiam nunquam contrahere. Ita apud Sanchez *ſupra numero* 7. tenent Gloſſa, Hugo Laurentius, Gundulphus, Archidiac. Hamricus, Roſella, Gerſon, quos citatos ſequitur Baſilius de Leon *lib.* 10. *de Matrimon. capite* 10. *numero* 15. & hanc ſententiam. (Fortè eſſe veram) dicit Mag. Sotus *in* 4. *diſtinct.* 13. *quæſtione ſecunda, articulo tertio, verſ. Aut quarta*, & tanquam probabilem admittit Mag. Acacius de Velaſco, *tomo ſecundo, Igleſias, reſolution.* 77. *numero octauo*, dum inquit. [*Pero otros con mas probabilidad, &c.*] Cæterùm contraria eſt communis inter Theologos, & omnino tenenda *ex capite finali de Conſecration. Eccleſ. & capite Eccleſiis, diſputatione ſexageſima ſexta* deſumptis ex Concilio Nyſſeno in quibus generaliter dicitur: Eccleſiam pollui ſanguinis, aut ſeminis effuſione.

PROPOSITIO XII.

Tactus impudici quantumuis turpes in Eccleſia, non habent malitiam ſacrilegij in confeſſione explicandam. Sanchez Ieſuita *de Matrim. lib.* 9. *diſp.* 5. *n.* 21. Fagundez Ieſuita, *præcep.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 31.

1. PRædicti Doctores hanc ſententiam tuentur ceſſante periculo pollutionis, & non aliter, vt *ibidem* notant: pro qua ſtat Alenzer apud Sanchez *ſupra*, & Caietan. *tom.* 1. *Opuſc. tract.* 17. *Opuſc.* 31. *reſp.* 12. *dub.* 2.

&

& Nauarrus *in cap. conſideret in princip. n.*10. *de Pœnit. diſt.*15. apud Fagundez *in Decalog. lib.*3. *cap.*2. *nu.*13. Quibus adde Bonacinam; & Homobonum, quos citatos ſequitur Diana 1. *p. tract.*7. *reſol.*25. & Leander à SS. Sacram. *tom.*1. *de Pœnit. tract.*5. *diſp.*8. §. 4. *q.*13. Addens Geſualdum 1. *p. ſum. tr.* 19. *cap.*4. *quæſt.*14. *nu.*23. & viros alios doctiſſimos, & tenet expreſsè M. Zanardus 1. *part. direct. de Matrim. cap.* 41. *fol. mihi* 898. Vbi ſic ait. (Non erit peccatum mortale, (nempe ſacrilegij) primò quoad cogitationes, locutiones, & tactus impudicos, citra periculum pollutionis ſeminis, quia propter hanc cauſam haberent circumſtantiam mortalem) & nouiſſimè amplectitur Reuer. Candidus M. Sacri Palatij, *tom.*2. *diſq.*24. *art.*23. *dub.* 41. Vbi ſic (Aſpectus, nutus, verba inhoneſta, tactus turpes in Eccleſia, abſque pollutionis periculo, non habent circumſtantiam ſacrilegij aperiendam neceſſario in confeſſione. Videatur Caietanus *in Opuſc. tom.*1. *tract.*17. *reſp. qui eſt* 31. *reſp.*12. *dub.*2.) Quos ſequitur M. Acacius de Velaſco, *tom.*2. *reſol. mor. verb. luxuria, reſ.*208. *n.*2. Vbi ait. [*No es circunſtantia el deſear en la Igleſia tener acto carnal, que ſe ha de executar fuera della: y lo miſmo es de los tactos, oſculos, &c. que ſe hazen ſin peligro de pollucion.*] Quod putat probabile Corduba, *q.*190. Eamdem ſententiam quoad aſpectus, nutus & verba inhoneſta, tenent Canus, Ludouicus Lopez, & Ledeſma, apud Sanchez *ſup. n.*10. Et pro omnibus ſtant textus *in cap. finali de conſecrat.* & textus *in cap. Eccleſiis de Conſecrat. diſt.*1. & textus *in cap. Eccleſiis diſt.*18. & reliqui, in quibus tantum dicitur. [Eccleſiam pollui ſeminis, aut ſanguinis effuſione.] Non ergo tactibus quantumuis impudicis, ſecluſa pollutione, & eius periculo.

2. Pro hac ſententia militare debent Sotus & Ludouicus Lopez, *Prop. præcedenti* citati, qui circumſtantiam loci ſacri tunc in confeſſione neceſſariò aperiendam putant, quando actus inhoneſtus in eo admiſſus impedit ibi poſſe diuina celebrari, quod tenent etiam Caietanus, & Nauarrus *ſupra* citati. Prædicti autem tactus non impediunt, quia nec illis violatur Eccleſia, nec eſt violationis periculum, cum abſque pollutionis periculo contingant, vt ponimus.

3. Adde quod ſi eiuſmodi tactus ſecreto fiant, etiamſi cum periculo pollutionis occultæ, non habebunt malitiam ſacrilegij iuxta Doctores citatos *Prop. præcedenti*, aſſerentes, nec pollutionem ipſam, nec ſimplicem fornicationem, ſi occulta fuerint, prædictam malitiam contrahere. Vt bene aduertit Leander *vbi ſup. diſp.*8. §. 4. *q.*13. Ideò R. P. Delgadillo, *tom. de pœnit. cap.*17. *dub.*77. Poſtquã id de pollutione ſtatuit, Sic ait. [Vnde à fortiori deducitur, neque per tactus turpes, aut aſpectus occulte factos in Eccleſia violari Eccleſiam, imo neque per fornicationem occultam: & conſequenter quãdo eſt ſecreta, nõ eſt neceſſarium, aperire hanc circũſtantiam confeſſione.]

PROPO-

Digitized by Google

PROPOSITIO XIII.

Qui habuit copulam cum ſoluta, ſatisfacit confeſſionis præcepto, dicens. (Commiſi cum ſoluta graue peccatum contra caſtitatem) non explicando copulam. Turrianus Ieſuita, *de Pænit. q.9. art.2. diſp.29. dub.2. arg.5.*

1. ℞. HAnc ſententiam Turrianus refert in publicis diſputationibus Compluti defenſatam à viris ſatis obſeruantis Religioſi Ordinis. Quam ipſe non ſequitur, licet probabilem innuat, dum inquit, [Probabilius eſt oppoſitum.] & talem iudicat Caramuel *in Theolog. fundam. fund.25. num.*450. Vbi ait Dianam, ni inconſequenter loquatur, debere idem ſentire,

2. Adde, forſan ex Amanuenſis, aut Typographi incuriâ, non referri fideliter eorum Religioſorum opinionem: cuius fundamentum erat; oſcula, & tactus ad copulam ordinata eiuſdem ſpeciei eſſe cum illa, ac proinde ſufficere explicare peccatum ſub voce, exprimente ſpeciem malitiæ, non explicando in particulari modum peccandi, nimirum an ſolis oſculis, & tactibus, an etiam copula, ſicut in opinione aſſerente omnia peccata contra naturam eſſe eiuſdem ſpeciei, dicunt eius Authores, ſufficere, ſe in confeſſione accuſare; peccaſſe contra naturam, non explicando an mollitie, an ſodomia, an beſtialitate. Vnde mihi ſuadeo, eorum ſententiam fuiſſe, ſatisfacere, ſi in confeſſione dicat. [Commiſi graue peccatum cum ſoluta in ſpecie naturali luxuriæ.] Sic enim ſaltem confuſe dicit indiuiduum peccati, quod patrauit, fatetur ſpeciem peccati commiſſi, & ſolam circumſtantiam aggrauantem omittit, quod ipſi contendebant. Hæc eſt opinio, cuius contrariam dixit Turrianus probabiliorem. Per quæ non manet probabilis opinio, prout ab anonymo obiicitur; quia peccatum graue cum ſoluta non ſpecies, ſed genus eſt, ad peccatum naturale, & contra naturam cum eadem ſicut nec opinio Verricelli, *tom.1. tract.4. quæſt.1. n.11.* aſſerentis eum, (qui ex propoſito, propriis manibus procurauit pollutionem, ſi hoc confiteatur, ſufficit; neque tenetur explicare deinde ſequutam:) Nam cum pollutio ipſa, vtpote *libera*, peccatum ſit, non confitetur adhuc confuſe indiuiduum peccati commiſſi.

3. Nec ei fauent Sotus, Ioannes Sanchez, & Salas, quos non bene pro ſe citat. Quia Sotus loquitur de pollutione in ſomnis contingente, & poſtquam cauſæ datæ pœnituit. [Hinc fit, inquit, quod ſi quis in vigilia cauſam daret pollutioni futuræ *in ſomno*; ſed tamen antequam dormiret, eũ legitimè facti pœniteret, pollutio in ſomno ſubſequens non eſſet peccatum, eo quod cauſa fuerit intercisa. Quæris autem obiter, vtrum ſi tunc etiam confiteretur, poſt ſubſequutam pollutionem teneretur iterum confiteri? Reſpondetur, quod ſi confeſſus eſt, eam ex propoſito procuraſſe, forſitan non eſſet opus confeſſione alia; ſed

ſed tamen tutius eſt aliam adhærere.] Hactenus Sotus *loco citato* à Verricelli, nimirum *in 4. diſt. 12. quæſt. 1. art. 7.* Ioannes autem Sancius *in Selectis diſp. 21. numero 3. verſ. è contra* expreſsè etiam loquitur de pollutione in ſomnis, de qua ait Pœnitentem teneri. [Cauſam pollutionis dediſſe, fateri; tacendo ſi velit, num fuerit ſequuta, vel non, in ſomnis, quia tunc peccatum non eſt, ſed peccati effectus.] Idemque tradit P. Salas 1. 2. *art. 7. diſp. 6. ſect. 8. num. 6.* dicens. [Si quis ante pollutionem actualem confeſſus fuit cauſam datam, probabile putat Thomas Sanchez, & ego veriſſimum, non teneri poſtea confiteri ſubſequutam pollutionem; & antea [Quamuis in eo euentu, quo ante pollutionem ſubſequutam non ſit reuocata voluntas, ſit confitenda neceſſariò, quia verè eſt peccatum, vt bene Ledeſma, & Sotus *in 4. diſt. 13. artic. 7. verſ. Hinc fit*] ſunt verba ſunt, §. *At quamuis* [Pollutio in ſomnis procedens ex cauſa libera, quæ fuit peccatum eſt peccatum.] Miror tamen Sotum hanc tenere ſententiam, cum *ibidem*, verbis immediatè præcedentibus, fateatur contrariam eſſe D. Thomæ. [Idemque, ait, expreſſius affirmat *in 4. diſt. 9. art. 4. quæſt. 1.* dicens pollutionem in ſomno non eſſe peccatum, quia illic nullum eſt rationis indicium, ſed eſt ſignum peccati.] Sic D. Thom. apud Sotum, & plures alij tantum Magiſtrum ſequuti.

PROPOSITIO XIV.

Confeſſarius, qui pœnitentem in Sacramentali confeſſione ad Prælaturam, vel officium nouit indignum, poteſt illi ſuffragium negare, in electione gratuita: Vaſquez Ieſuita *in 3. part. quæſt. 93. art. 4. dub. 8. num. 5.*

1. 2. EST communis Doctorum opinio, quam tenet D. Tho. *quodlib. 5. quæſt. 6. art. 13.* Quem ſequuntur ferè omnes diſcipuli. Sotus *de ſecreto, queſt. 4. poſt. 4. concl.* Paludanus *diſt. 21. quæſt. 3.* Nugnus Cabezudo *quæſt. 11. art. 1. ad 7. fol. 537.* Petrus de Ledeſma *in ſum capit. 22. dub. 3. poſt. 5. concl* Capreolus, Deza, D. Antoninus, Medina, Martin de Ledeſma, Sylueſter, & Tabiena, apud Thomam Hurtado, *tom. 2. tract. 11. cap. 1. numero 1369.* & plures alij, quos refert Sanchez, *lib. 3. de Matrim. diſp. 15. numero 2.* Vbi quadraginta ferè recenſet. Quos ſequuntur Nauarrus, Portel, Gutierrez, & Cœleſtinus, apud Dianam 3. *part. tractat. 4. reſ. 76.* Friaz, Pezantius, Graffius, Bonacina, Ludouicus de San Iuan, & alij, quibus citatis, ſuffragatur Leander à SS. Sacram. *tom. 1. de Pœnit. tract. 5. diſp. 10. quæſt. 84.* & M. Corradus cum aliis *ſequenti Propoſ.* citandis. Hæc eſt probabilitas extrinſeca opinionis P. Vaſquez, quam tot cenſuris Theologicis notauit Anonymus.

PROPOSITIO XV.

Prælatus qui ex confeſſione Sacramentali ſubditi peccata cognoſcit, poteſt, huius notitiæ virtute, ab officio ad nutum amouibili, eum amouere Roginaldus Ieſuita *in praxi, tomo* 1. *libro* 3. *cap.* 2. *numero* 16. Vaſquez Ieſuita *in* 3. *part. tom.* 4. *quæſt.* 93. *art.* 4. *dub.* 8. *num.* 5. (Vt vel ex his innoteſcat ſtatus, ad quem Ieſuitæ ſacroſanctum Pœnitentiæ ſigillum redegere.)

1. ℞. Hanc propoſitionem in propriis terminis defendunt apud Sanchez *de Matr. lib.* 3. *diſput.* 16. *numero* 2. quadraginta Doctores. Quorum agmen regit Angelicus Præceptor *vbi ſupra Quod l.* 5. *qu.* 6. *art.* 13. Vbi ſic ait. [Si verò per amotionem ab adminiſtratione, peccatum nullatenus manifeſtaretur, puta, ſi in aliquo Monaſterio eſſet conſuetum, quod Abbas pro ſuo libito ab adminiſtratione remoueret, tunc, alia occaſione accepta, poſſet ſubditum ſibi confeſſum ab adminiſtratione remouere.] Hæc D. Thom. quem ferè omnes Theologi ſequuntur Durandus. Paludanus, Capreolus, Deza, D. Antoninus, Medina, Victoria, Sotus, Ledeſma, Ludouicus Lopez, Turrecremata, Syluester, D. Bonauentura, Scotus, & communiter Scotiſtæ apud Sanchez *ſupra.* Quibus adde Mag. Corradum 1. *part. Reſp. caſu quæſt.* 335. Vbi ſic ait. [In gratuitis, vbi habet liberam poteſtatem, poteſt eum, & priuare, & non admittere, & ita dicendum de omnibus, qui habent officium ad nutum amouibile. Hæc diximus tenenda eſſe, quia aſſertio eſt D. Thomæ, Soti, aliorúmque Doctorum eum ſequentium.]

2. Addunt nonnulli Prælatum non ſolum poſſe, ſed teneri, negare ſuffragium indigno per confeſſionem noto, & ob eamdem notitiam ab officio amouere, caſu quo teneretur, ſi extra confeſſionem conſcius fuiſſet indignitatis illius ita D. Tho. *vbi ſup.* [Poſſet, inquit, ſubditum ſibi confeſſum ab adminiſtratione remouere, & deberet hoc facere, cum debita tamen cautela, ſi talis adminiſtratio eſſe ſubdito periculoſa in poſterum.] Et expreſsè id tradunt Adrianus, & Nauarrus. apud Sanchez, *ſup. numero* 6. qui ait. [Idem videntur ſentire alij Doctores, aſſerentes Sacerdotes non debere eligere indignum per confeſſionem notum, aut debere illi negare Euchariſtiam, quando abſque ſigilli iniuria fieri poteſt. Hi ſunt D. Thom. Paludanus, D. Antoninus, Victoria, Sotus, Ledeſma, Syluester, Tabiena, & alij] Hæc Sanchez. Verùm Ieſuitæ (vt ipſe refert *num.* 3.) Eiuſmodi opiniones ex præcepto R. P. Generalis Claudij Aquauiua, anno 1590. nec ad praxim deducere, nec priuatim quidem docere poſſunt. Et hic eſt ſtatus, ad quem Ieſuitæ Sacroſanctum Pœnitentiæ ſigillum redegere.

3. Rogabis, an in fractione ſigilli detur materia parua? Reſpondeo, Partem affirmatiuam probabilem putant,

tant, viri doctiſſimi. M. Martinus de Ledeſma 2.4. *quaeſt.* 10. *articulo* 5. *folio mihi* 85. Vbi ſi ita objicit. [In alio quocumque genere peccati poteſt contingere peccatum veniale, ratione parvitatis materiæ, ergo prodere pœnitentem, quod mentitus eſt iocosè, non erit peccatum veniale.] Reſpondet §. *Quid.* [Si coram illis, quibus notus eſt, dico eum feciſſe peccatum veniale, non tamen ſuſpicantur, me audiuiſſe in confeſſione, probabile eſt, quod talis reuelatio illius venialis non eſt peccatum mortale, quia eſt in re minima.] Idem ſentit M. Corradus 1. *part. Reſpon. quaeſtio.*351. *in Addition.* [Si in Francia, inquit, audiui confeſſionem Petri, quem hic coram illis, quibus notus eſt, dico feciſſe peccatum veniale, non tamen ſuſpicantur me audiuiſſe in confeſſione, fortè eſſet probabile illam reuelationem non eſſe peccatum mortale, quia eſt in re minima: mihi tamen veroſimilius eſſe mortale.] Adhibet exemplum. [Vt prodere, inquit, pœnitentem, quod ſit mentitus iocosè.] Vide etiam Dianam *part.* 5. *tract.* 5. *reſolut.* 8. Vbi ait. [Cauendum eſt à doctrina Soti *in* 4. *diſtinct.* 18. *quaeſt.* 4. *art.* 5. *& de ſecreto. Membro* 3. *quaeſt.* 4. Vbi licet contrarium teneat, dicit tamen id eſſe probabile.] Hæc illa, Sed apud Sotum non reperio. Cum Ledeſma, & Corrado videtur ſentire M. Acacius de Velaſco, *tom.* 1. *reſol. moral. verb. Confeſſor. reſolut.* 200. *numero* 3. Vbi ait. [*Todos los pecados mortales, y los veniales tambien, ſi ſe confeſſaren dellos, caen debaxo del ſigillo, ſegun la mas comun opinion, &c. Ledeſma, Lugo, y otros dizen que no es pecado mortal quando el Confeſſor reuela vn pecado venial del penitente.*] Sic ille. Sed falſo id imponit Cardinali de Lugo; nam expreſſè contrarium tenet *loco* ab ipſo *citato*, ſcilicet, *tom. de Pœnit. diſp.* 23. *ſect.* 3. *numero* 50. *&* 51. Cardinalis verba ſunt. [Primò certum eſt; peccata omnia mortalia, imò, & venialia, eſſe materiam ſigilli, &c. Huic communi doctrinæ ex parte aduerſatur Ledeſma, &c. Hoc tamen alij merito rejiciunt.] Non potuit clarius dicere.

4. Præterea nullam interuenire fractionem ſigilli in caſibus ſequentibus, putant aliqui, M. Corradus 1. *part. Reſp. quaeſt.* 352. [Si Sacerdos, inquit, dicat; talis confeſſus eſt mihi peccata ſua, non propterea eſt fractor ſigilli. Imo plus vltra ſecundum Caietanum. Si Sacerdos dicat. Ego illum non abſolui: non eſt reuelatio, niſi ſpeciem peccati exprimeret, propter quod eum non abſoluerat.] Et *ibidem in Addition.* inquirit. (Vtrum reprehenſus Sacerdos, quomodo confeſſionem alicuius vſurarii, vel concubinarij audiat, reſpondere poſſit, non abſoluo?) Et licèt partem negatiuam ipſe teneat, ſubnectit. (Reſpondet *ibi* Caietanus licèt hæſitans id licere, quia cum ſuſpenſio abſolutionis ex aliis cauſis prouenire poſſit, quam ex pertinacia in peccato, illa non eſt reuelatio confeſſionis.)

5. Rogat etiam M. Sotus *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 4. *art.* 5. *concl.* 3. (Quid autem ſi peccata ſint publica, vt ſi ſit publicus concubinarius, aut meretrix? Vtrum licitum ſit dicere. Iſta confeſſa eſt mihi legitimè de ſuo meritricio, & abſoluta eſt à me? Videtur enim id eſſe licitum. Caietanus negat id licere, & profectò opinio eſt mihi probabilior, quàm contraria.) Hæc Sotus.

PROPOSITIO XVI.

Qui beneficium curatum habent, poſſunt ſibi eligere in Confeſſarium ſimplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario. Hurtado Ieſuita *diſp. 12. diff. 12.*

1. 31. HAnc doctrinam non ſolùm quoad Parochos, ſed quoad alios etiam Sacerdotes, tradit M. Sotus *in 4. diſt. 18. quæſt. 4. artic. 2. §. Similiter, & omnes.* Vbi ſic ait. [Curati conſuetudine habent, vt poſſint ſibi eligere Confeſſores, præterquam in caſibus reſeruatis. Quin verò, & vniuerſi ſimplices Sacerdotes eadem gaudent facultate, vt ſibi promiſcuè quemcumque eligant Sacerdotẽ. Quapropter, & cuicumque de Religioſis confiteri poſſunt, quamquam eiuſmodi Religioſus nec ſit expoſitus ab Epiſcopo, nec à ſuo Prælato.) Hæc Sotus. Et quoad Parochos tenent ex eodem Prædicatorum Ordine Margarita Cõfeſſorum, & Ledeſma, ex Panormitano, quos refert, & ſequitur Vega 1. *part. ſum. cap. 75.* Vbi ſic. [*Segun Panormitano, puede el cura elegir Confeſſor para ſi, ni mas, ni menos que el Obiſpo*, vt eſt in iure, *y eſta opinion tuuo tambien Margarita Confeſſorum, y aſſi dize bien Ledeſma, que los Curas por las coſtumbre que ay, pueden elegir para ſi Confeſſores los quales los puedan abſoluer, ſi no es de los caſos reſeruados. Y yo ſe auer pueſto en practica vn Cura doctiſſimo la opinion de Margarita, y de Panormitano, fundandoſe en eſta coſtumbe que dize Ledeſma que ay.*] Hæc Vega, cuius ſententiam amplectuntur alij apud Leandrum a SS. Sacram. *tom. 1. de Pœnit. tract. 5. diſp. 11. quæſt. 34.*

2. Eandem tenet Syluester *verb. Confeſſor. 1. quæſt. 8.* quem pro illa citat P. Suarez, *tom. 4. in 3. part. diſputat. 27. ſect. 2. numero 7.* Syluestri verba ſunt. [Qui poſſint eligere Confeſſorem? Et dico quòd ſunt Epiſcopi, & Prælati ſuperiores, &c. Et ſimiliter Prælati inferiores exempti, vt Abbates, & huiuſmodi. Notandum tamen, quod, vt eligere poſſint prædicti inferiores, requiritur primò, quod ſint Prælati, capiendo largè Prælatos, etiam pro Sacerdotibus curatis, vt dicit *Panormitanus in dicto Cap finali*, qui largè dicuntur Prælati,] Et *infra*, hanc doctrinam extendit, contra nonnullos, ad Prælatos inferiores Religioſorum. (Tertiò, inquit, requiritur quod ſint immediatè ſub Papa, quia exempti habentes immediatè ſupra ſe Abbatem, vel Generalem, & hujuſmodi, eligere communi iure non poſſunt, ſecundùm Hoſtienſem, quod ibi Panormitano placet, & hoc ſequitur Angelus. Sed Petrus de Palude *in* 4 tenet contrarium dicens, quod Prior, ſi eſt Prælatus, & exemptus, licet ſubſit Abbati, & Maioribus, hoc poteſt ſine licentia eorum, quia hoc priuilegium, inquit, de eligendo Confeſſorem æqualiter conceditur Epiſcopis, & minoribus Prælatis exemptis. Hoc ſequitur Archi. (Attende) & hoc teneo, quia conſtitutio eſt gratioſa, & latè interpretanda. Hæc eſt Syluester.

3. Nec diſſentire poterunt M. Gallo, & M. Orellana, quos citatos ſequitur, M. Petrus de Ledeſma, *tom. de Sacrament. Pœnit. capite* 11. *concl.* 5. §. *La ſecunda ſententia*. Quorum ſententiam probabilem putat M. Ioannes de la Cruz, *in direct. part.* 2. *de Sacrament. Pœnitent. quæſtio.* 5. *dub.* 6. *concl.* 2. & amplectitur Thomas Hurtado, *tom.* 2. *reſolut.* 2. *moral. tractat.* 12. *capite* 1. *numero* 2024. Hi inquam, diſſentire nequibunt, quia aſſerunt Parochum, poſt Tridentinum, poſſe Sacerdotem ſimplicem, non approbatum ab Ordinario exponere ad audiendas ſuorum Parochianorum confeſſiones. Parochus autem ſibi poteſt ſimplicem Sacerdotem, quem ſubditis exponit, eligere; nam vt ex D. Thom. D. Antonino, & aliis tradit M. Ioannes Martinez de Prado, *tom.* 2. *quæſt. moral. capite* 21. §. 6. *numero* 64. [poteſt Prælatus vti licentiis, quas ſubditis concedit, & concedere confeſſario, vt eum abſoluat, & cum illo diſpenſet, ſicut poteſt committere diſpenſare cum alio.] Quæ ſententia eſt expreſſa D. Thom. *in* 4. *diſtinct.* 21. *quæſtio.* 1. *artic.* 5. *quæſtiu.* 4. ad 1. [Eis, inquit, quæ authoritate iuriſdictionis dantur aliis, poteſt etiam Prælatus vti, etiam in temporalibus, quam in ſpiritualibus.] Expende, quæſo, apertam ex hac doctrina illationem pro Parocho quo ad electionem in confeſſarij etiam ſimplicis Sacerdotis. Sed ne inde firmam repures, quia principium, cui innititur, dicunt eſſe improbabile plures Doctores cum Diana *part.* 10. *tract.* 16. *reſol.* 75.

PROPOSITIO XVII.

Qui mille aureos, v. g. furatus eſt, ſatisfaciat; ſi in confeſſione dicat, ſubripuiſſe quantitatem grauem. Vaſquez Ieſuita *in* 3. *part. tom.* 4. *quæſt.* 91. *artic.* 1. *dub.* 3. *Quod procedit etiamſi à diuerſis, dummodo vnico actu.* Idem Vaſquez, *dub.* 4. *n.* 5. & 10.

1. 2. HÆc ſententia plures habet patronos, & quidem doctiſſimos. Eam tenet Syluelter, *verb. confeſſio* 1. *num.* 10. *quæſtio.* 9. Vbi ſic ait. [De aggrauantibus intra eandem ſpeciem ſunt opiniones, ſed ſecundum D. Bonauenturam communior, & ſecundùm D. Thomam probabilior eſt, quod eas confiteri, neceſſarium non ſit. Opinio Altiſiodorenſis dicentis, quod neceſſariò ſint confitendæ, ſicut quod ei, qui furatus eſt mille aureos, non ſufficit dicere, furtum admiſiſſe, non eſt vera regulariter, (attende) ſed in caſu ſcilicet quando tales ſunt, quod eis non ſcitis, Sacerdos ſcire non poteſt, quid ſit facturus, vel ratione iuriſdictionis, vel ratione damni dati, quia aliquando hoc oportet ſcire, vt ſciatur modus imponendæ reſtitutionis, vel vt ſciatur, an talis quantitas ſit reſeruata Epiſcopo.] Hæc Syluester, & eadem Vaſquez *ſupra*, dicens ratione excommunicationis, vel reſeruationis debere, cum ſit opus exprimi; & ſententiam Sylueſtri vt *ſupra* explicatam putat eſſe veriſſimam. Et ſaltem probabilem

babilem eſſe, ait M. Petrus de Soto; *de integritate cōfeſſionis lect. 9.* Vbi poſtquam dixit, ex mente Syluestri non eſſe per ſe neceſſarium, manifeſtare quantitatem furti; ſubnectit. [Nos verò putamus tutius eſſe, vt cum certa eſt quantitas manifeſtetur.] Et tenere videtur M. Zanardus *in direct. 1. p. de Sacram. Pœnitentiæ, c. 18. §. Notandum tamen venit.* Vbi ait. [Si autem circumſtantia non aggrauet in infinitum, ſed tantum notabiliter in eadem ſpecie, erit ſimpliciter, & de præcepto, ſed bene de conſilio confitenda, niſi haberet reſeruationem annexam quia, v.g. furtum decem aureorum ſit caſus reſeruatus.]

2. Et expreſſius M. Serra 1. 2. *to.* 2. *quæſtio.* 73. *artic.* 7. *folio mihi* 111. [Secundam, inquit, ſententiam, quæ D.Thom. videtur probabilior, (nempe non eſſe obligationem confitendi circumſtantias notabiliter aggrauantes intra eandem ſpeciem) tenet Nauarrus, *capite 6. numero* 7. & alij innumeri ex recentioribus, quibus non videntur inconuenientia, quæ Authores primæ ſententiæ inferunt, nempe ſatisfacere ſuæ obligationi illum, qui furatus eſt mille aureos, dicendo in confeſſione: furatus ſum rem notabilem] Hæc ille; ſupponens, vt ex terminis patet, eſſe conſequentiam legitimè deductam ex doctrina D.Thomæ, & talem indicari ab ipſiſmet aduerſariis, ſiquidem aliter vitari non poſſe contendunt, quam ſuſtinendo contra D.Thomam explicari debere in confeſſione circumſtantias notabiliter aggrauantes.

3. Addo non ſolum eſſe conſequentiam, ſed doctrinam in propriis terminis traditam à D. Thoma *in 4. diſtinct. 16. quæſtio. 3. artic. 2. ad 3. quæſt.* Quod autem accipiat multum, vel parum, talis circumſtantia aggrauat, ſed peccatum non mutat (Et ad quintam.) Quod non ſint de neceſſitate confitendæ, niſi circumſtantiæ, quæ ad aliam ſpeciem peccati trahunt, hoc probabilius eſt.] Et obiectioni quæ in contrarium fieri poterat, reſpondet *diſtinct. 22. quæſt. 1. art. 4* [Ad ſecundum dicendum, quòd quantitas culpæ, quæ eſt ex ſpecie peccati, debet innoteſcere Sacerdoti per confeſſionem, non tamen oportet quantitate quæ eſt, ex circumſtantiis quibuſcumque, vt *ſupra* dictum eſt.] Hæc D. Thom. qui ita expreſsè loquitur, vt nec aduerſarij inficiari poſſint. Quorum primus M. Dominus de Soto *in 4. diſtinct.* 18. *quæſt.* 2. *artic.* 4. §. *Aliæ autem ſunt* ſic ſcribit. [Aliæ autem circumſtantiæ ſunt, quæ aggrauant peccatum, ſed tamen ſpeciem non mutant, vt ſi quis furatur, vel decem, vel centum, vel mille, & de iſtis ſunt opiniones diuerſæ. Quidam enim opinantur ſolas circumſtantias mutantes ſpeciem eſſe de neceſſitate confeſſionis, atque huius opinionis fuit D.Thomas, Bonauentura, & Durandus, & eſt ferè communis opinio.] Hæc ille. *Sed infra* §. Colligamus à tantis Eccleſiæ Patribus, atque Doctoribus diſcedens, contrariam opinionem tuetur. [At profectò, inquit, pro mea ingenij tenuitate, &c.] Multis, contra illos, probare contendens, eum qui furatus eſt mille, teneri hanc quantitatem in confeſſione exprimere, nec ſatisfacere, ſi dicat [feciſſe furtum notabile.

4. Cæterùm alij Theologi, pro ſui ingenij tenuitate, non audentes à tantis Magiſtris recedre, illorum amplectuntur ſententiam; quam vltra P.Vaſquez,

P. Vaſquez, & *ſupra* citatos, tenentur Giprius, Megala, & Zerolla, quos citat, & ſequitur Diana 1. *part. tract.* 7. *reſol.* 14. Thomas à Iesu, Archangelus, Rubeus, & alij, quibus citatis ſubſcribit Leander à SS. Sacramento, *to.* 1. *tract.* 5. *diſput.* 8. §. 3. *quæſt.* 2. & putat probabilem Bonacin., apud Dianam, *ſupra* debéntque tenere conſequenter ad Doctrinam D. Thomæ, quotquot illum ſequuntur negantem obligationem confitendi circumſtantias notabiliter aggrauantes intra eandem ſpeciem, quorum ſyllabum dabo *infra tract. de Matrim. Propoſ.* 5. *numero* 2. Et nouiſſimè tenet Ioannes Pontius, Ordinis Minorum, *in curſu Theologico, diſputat.* 45. *quæſtio.* 7. *concl.* 2. *numero* 51. dicens: [Pœnitentem non teneri conſequenter ad confitendam talem circumſtantiam, ſed ſufficere, quod dicat: furatus ſum quantitatem moraliter peccaminoſam; & ſi ipſe Confeſſarius petat quantitatem, ipſum poſſe dicere, non teneor ad hoc confitendum.] Quem ex eadem familia ſequitur R. P. Chriſtophorus Delgadillo, *tomo de Pœnit. capite* 17. *dub.* 71. [Petes, inquit, an qui furatus eſt mille aureos ſatisfaciat in confeſſione dicendo: ſubripui materiam peccati mortalis, aut rem notabilem? Reſpondeo affirmatiuè, quia circumſtantia non mutat ſpeciem.] Hæc ille. [Et eſt ferè communis opinio.] Vt teſtatur ex aduerſariis M. Dominicus de Soto *ſupra*.

5. Quod autem quantitas fuerit à pluribus ſubrepta, dummodo vnico actu, parum ad rem facit, vt conſtat ex dictis *ſupra Prop.* 7. Vbi vnum tantum peccatum inreuenire in vna actione plures lædente perſonas, tradunt, Ioannes Poncius, Martinus de San Ioſeph Conſtantinus de Caſtro, Leander à SS. Sacram. Megala, Duardus, Verricelli, Bonacina, & ante illos, M. Bannez, quem ſequuti ſunt, M. Serra, & M. Zanardus, & putant probabilem Diana, Alterius, Baſſæus, Cornejo, Mag. Candidus & alij. Vide *ſupra, & tract. de Matrim. Prop.* 5. §. *De illatione*, & in terminis defendunt F. Ludouicus à Conceptione *in examine veritatis, tractat.* 5. *de Pœnit. caſu* 5. *numero* 12 *fol. mihi* 445. Vbi ait. [infero actauo furantem res plurium vno ictu, vnicum ſolum patrare delictum, ſi res ſint eiuſdem rationis moralis, hoc eſt vel ſæculares, vel Eccleſiaſticæ,] & R. P. Leander a SS. Sacramento, *to.* 4. *de cenſuris, tractat.* 1. *diſput.* 3. *quæſtio.* 51. ibi [Probabilius eſt, quod in caſu non committit fur duplex peccatum, ſed vnum, cum ibi vna tantum reperiatur actio, nil obſtans ad hoc multiplicitas iuris læſi vt diximus.] nempe, *tom.* 1. *de Pœnit. tract.* 5. *diſp.* 8. §. 3. *quæſt.* 26. Vbi inquirens.] An ſi quis vnico actu ſubripiat à pluribus quantitatem notabilem, plura patret peccata, & teneatur numerum perſonarum exprimere?] Reſpondet [Affirmant Molina, Bonacina, Henriquez, Fagundez, &c. Sed probabilius reſpondeo, non committere niſi vnum peccatum, nec teneri confeſſione exprimere numerum perſonarum, quia ibi vnica tantum eſt actio, ergo vnicum tantum peccatum.] Sic ille cum Vaſquez & Cardin. Lugo; quos ſequitur Illuſtriſſimus, R. P. M. Acacius de Velaſco, *tom.* 2. *reſol. mor. verbo* (*golpe*) *reſolut.* 2. *numero* 5. Vbi ſic. [*Abſolutamente ſolo ay vna tranſgreſſion, y vn ſolo peccado, y lo miſmo digo del que con vna accion ſolo hurta dos vaſos de plata*

plata de diuerſos dueños. Ni obſta que de aquella accion ſe ſigan muchos daños ſupueſto que no ay muchos pecados, ſino muchos efetos de vn miſmo peccado.] Et quando res ſublata plurium eſſet dominorum pro indiuiſo, conſentit Diana *tertia, part. tractat. quarto, reſolut.* 164. *& part.* 9. *tract.* 9. *reſol.* 55. *in fine.*

PROPOSITIO XVIII.

Confeſſarius, ex ignorantia vincibili, non præcipiens pœnitenti reſtitutionem, non manet obligatus reſtituere, etiam ſi pœnitens nunquam reſtituat. Filliucius Ieſuita, *tom.* 1. *tract.* 7. *capit.* 12. *quæſtione* 7. *num.* 364. Ægidius Ieſuita, *de Sacram. diſput.* 8. *dub.* 17. *num.* 144. *Et eſt communis opinio apud Ieſuitas.*

1. R. Confeſſarium ex ignorantia, etiam craſſa, & affectata, non præcipientem reſtitutionem, non eſſe ad illam obligatum, tradit doctus M. Serra 2. 2. *quæſtio.* 66. *articul.* 7. *folio* 227. dicens. [Eſſe multorum ſententiam, quos refert, & ſequitur Diana 2. *part. tractat.* 2. *Miſcel reſolut.* 1.] Et eam tenent Bonacina plures citans *de reſtitut. diſput.* 1. *quæſtio.* 2. *punct.* 11. *numero* 13. Maldetus 2. 2. *tractat.* 5. *capite* 3. *dub.* 24. Bartholomæus à S. Fauſto *in Specul. Confeſſ. diſputat. quæſtione* 121. *numero* 7. *&* 8. Leander à SS. Sacramento, *tomo* 1. *de Sacrament. tractat.* 5. *diſput.* 11. *quæſtio.* 138. Et Gaugericus Hiſpanus *in Additionibus ad ſummam, Caietani editam Duaci, anno* 1613. *verb. Reſtitutio, fol.* 607. Quorum fundamentum eſt, quia obligatio reſtitutionis oritur ex violatione iuſtitiæ. Confeſſarius autem, ſi alicui ex iuſtitia, ſoli pœnitenti tenetur, non illius creditoribus, quia non temporalibus iſtorum bonis, ſed ſpiritualibus illius proſpicere debet. Quapropter nouiſſimè hanc ſententiam amplectitur R. P. Delgadillo, *tom. de Pœnit. cap.* 19 *dub.* 43.

2. Omitto in aliquorum doctrina non eſſe facile rationem reddere, cur vel contra charitatem delinquat. Nam ſi ipſemet, qui furatus eſt, non reſtituens rem alienam cum poteſt, & aduertit ad reſtitutionem teneri, non peccat actualiter, niſi remouet conſenſum retinendi, [vt cum Caietano, tradit M. Serra 2. 2. *quæſt.* 66. *articul.* 3. *circa ſolutionem* 2. *& in reſp. ad* 2. Quorum verba dedi, *tract. de Peccatis, Prop.* 1.] Cur actualiter peccabit Confeſſarius omittens ex ignorantia vincibili, & craſſa conſulere, ſeu declarare pœnitenti obligationem reſtituendi? Nonne & iſtud per puram omiſſionem contingere poteſt? Sed quis illationem concedere audebit? Vtrum nec principio fidendum eſt, quia illius defenſores ſtant apertiſſimè contra D. Thomam, *in* 2. *ſentent. diſtinct.* 35. *quæſtio.* 1. *articul.* 3. Vbi ait. [Nec alicui dubium eſt, quod aliquo ſic ſe

habente, per omiſſionem peccat, quia iuſtè punitur, ex hoc quod præceptum non implet, omiſſio actus, peccati rationem conſequitur, ex eo quod voluntaria eſt.) Et *infra ad* 2. (Peccatum omiſſionis non eſt originale, ſed actuale: nec dicitur actuale, quaſi in aliquo actu exiſtat, ſed quia ad genus actus reducitur.) Itaque ſecundum D. Thom. indubitatum omnibus eſt, actualiter peccare illum, qui reſtitutionem facere omittit, cum poteſt & aduertit ad illam teneri; & conſequenter peccare actualiter confeſſarium, qui de eiuſmodi obligatione pœnitentem admonere omittit. Quapropter iure optimo Catherinus *in Annotat. in commentaria Caietani, lib. 5. de Sacram. Pœnit.* §. 3. *fol. mihi* 437. Sic ait. (Concludit Caietanus, quod neuter peccat, non ſtatim faciendo, quod tamen tenetur ſtatim facere. Quæ ſi quis intelligit, admirabor.)

3. Notat M. Bannez eum, qui rem furtiuam à latrone accepiſſet, ſciens eſſe furtiuam, non teneri ad eius, ſeu fructuum reſtitutionem, etiamſi illis factus ſit locupletior, dummodò fur non reddatur impotens ex illa donatione ad reſtituendum vero domino, & res ab illo accepta ſit vnico vſu conſumptibilis, & materia mutui, qualis eſt pecunia, pannum, vinum, &c. Ita ex Bannez, refert M. Serra 2.2.*quæſtio. 62.articul. 6. dubit.* 2. quem ipſe impugnat, §. *Dicendum eſt* 2. *&c.*

PROPOSITIO XIX.

Infirmus moribundus, qui verbis, aut nutibus confeſſionem petiit, vel ſigna pœnitentiæ dedit, ſi teſtis ſit, qui deponat abſoluendus eſt. Vaſquez Ieſuita *in* 3. *part. tom.*4.*quæſt.*91.*art.*2. *dub.* 1. Suarez Ieſuita *tom.*4.*in* 3.*part.diſp.*23.*ſect.*1.

1. ℞. HÆc ſententia communis eſt inter Doctores, quos ad ſatietatem refert, & ſequitur Diana 3. *part.tract.*3.*de Abſolutione moribundi, reſol.* 1. *&* 3. *vbi ſupra* triginta citatos reperies. (Et (quod gratulor) hæc opinio, inquit, eſt communis in ſchola Patrum Societatis Ieſu.) Cuius præcipuum fundamentum deſumitur authoritate Conciliorum. Arauſicanum primum *capite* 12.) Subito obmuteſcens, prout ſtatutum eſt, pœnitentiam accipere poteſt, ſi voluntatis præteritæ teſtimonium, aliorum verbis habet, aut præſentis in ſuo nutu.) Idem habetur in Concilio Carthaginenſi III. *in cap. Ægrotantes de conſecr.diſtinct.*4.& in Concilio Carthaginenſi IV. *capite* 76. *& in Rituali Romano Pauli V. edito, anno* 1615.*in Ritibus de Sacram. Pœnit,* Vbi ſic dicitur. (Si inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri; vox, & loquela ægri deficiat, &c. Si deſiderium confitendi, ſiue per ſe, ſiue per alios oſtenderit, abſoluendus eſt) Sic in prædicto Rituali cum conſultatione Cardinalium; & authoritate Apoſtolica typis dato, vt probat Coninch contra Coquetium.

2. Non

2. Non me latet contrariam ſententiam tueri communiter Recentiores Dominicanos, inter quos, Sotus, Canus, Ludouicus Lopez, Nugnus Cabezudo, Aluarez, Corradus, Petrus Fay, Franciſcus Coquetius, & alij, apud Dianam *vbi ſup.* Verum Ieſuitarum ſententia, Conciliorum authoritate fulcita, eſt expreſſa Angelici Præceptoris, *Opuſc. 65. §. de Sacram. Vnctionis in fine.* Vbi ſic ait. (Si autem infirmus, qui petit vnctionem, amiſit notitiam, vel loquelam, antequam Sacerdos veniret ad eum, nihilominus vngat eum Sacerdos; quia in tali caſu (attende) debet etiam Baptizari, & à peccatis abſolui, vt *Extrau. de Baptiſmo, & eius effectu, cap. Maiores.*) Hæc D. Thom. Quem ex antiquis eius diſcipulis ſequuntur D. Anton. *3. part. tit. 10. cap. 2.* Syluest. *verb. Confeſ. 3. numero 16.* Paludanus, *diſtinct. 21. quaſt. 2. articul. 2. concluſ. 2.* & alij, & ex Recentioribus Ioannes de la Cruz *in direct. part. 2. de Sacrament. Pœnitent. quaſt. 3. dub. 8. concluſ. 2.* Barnabas Gallego, & Acacius de Velaſco *infra* citandi. Quapropter iure optimo in M. Coquetium ſic inuehitur Diana, *ſupra reſolut. 4. in fine.* (Vnde valde miror Coquetium, *in diſſertatione de Confeſſione per litteras, cap. 11. numero 40.* docuiſſe, illam in Praxi non eſſe probabilem.) Sic pro Diuo Thoma modeſtiſſimus Diana.

3. Sed quid ſi teſtis, qui de petitione confeſſionis fidem fecit; id non deponat coram infirmo? Poteritne Confeſſarius per notitiam in abſentia moribundi acceptam, illum poſtea præſentem abſoluere? Reſpondet affirmatiuè Bonacina *tom. 3. diſput. 2. quæſtion. 3. punct. 33. numero 4.* dicens ita Romæ ſenſiſſe multos Doctores, (Et ita, inquit Diana, ſentiunt multi viri docti Societatis Ieſu, & noſtræ Religionis.) Pro qua citat P. Henriq. P. Valentiam, P. Filliucium, Fernandez, Zambranum, & alios. Quibus adde P. Bardi *in Selectis moralibus libro 10. quæſtion. 13.* Vbi pro illa adducit Poſſeuinum *de officio Curati, de Pœnitent. cap. 7. numero 88.* & Villalob. *in ſum. tom. 2. tract. de Pœnit. diffic. 37. à num. 6.* Auerſam, Gamachæum, Pontium, & alios, & probabilem ſibi videri, ait Diana *ſupra reſolut. 7. & 4. part. tract. 4. reſol. 92.*

4. Hanc ſententiam tenet etiam M. Ioannes de la Cruz, *in directorio, 2. part. de Pœnitent. quæſt. 3. dub. 7. concluſ. 3. §. Nec eſt idem.* Vbi ſic ait. (Quia etſi confeſſio ſit facta in abſentia Confeſſoris, abſolutio fit in præſentia, & Confeſſor tunc habet moralem notitiam de ſtatu pœnitentis, & præſentem pœnitentem abſoluendum.) Eamdem opinionem citatis Ioanne de la Cruz, & Magiſtro Ioanne à S. Thoma, viro doctiſſimo, tenet M. Barnabas Gallego, *tractat. de conſcientia probabili dub. 7. §. ex vltimis verbis.* Et nouiſsimè tuetur M. Acacius de Velaſco, *tomo 1. verb. Abſolutio. reſolut. 13. numero 4.* Vbi ſic (*Digo lo tercero: Con mucha ſeguridad puede el Confeſſor, hallandoſe preſente abſoluer al dicho enfermo, en virtud de la noticia que el le dio de ſus pecados, quando le eſcriuio la carta, porque en eſto caſo, aunque la confeſſion ſe hizo al Confeſſor auſente, con todo deſpues la abſolucion no la da eſtando auſente, ſino preſente; &c. Y ſi vn ſacerdote puede abſoluer al que halla fuera de ſentido, ſi ay teſtigos que dizen,*

quepidio confeſſion ; porque eſtà preſente el Sacerdote quando abſuelue: tambien podrà hazer lo miſmo en nueſtro caſo pues milita la miſma razon. Eſta opinion tiene Enriquez con otros muchos, y muy graues Dotores: y aſſi ſiento que es muy prouable, y que ſe puede ſeguir con mucha ſeguridad.] Hæc illæ. Et fauet Syluester *verb. Confeſſor 3.qu.13. in fine*, vbi cum aſſerat, abſoluendum ad teſtimonium alicuius, non dicit debere ferri in præſentia moribundi. [Si iſta, inquit, contingant, poſtquam æger, Sacerdotem petiuerat, puta quia loquelam perdit, aut furioſus efficitur; ad nutum pœnitentis, vel ad teſtimonium eorũ, qui audiuerunt illum pœnitentiam, vel Presbyterum petere, debet ei, quidquid poteſt humanitatis, impendere, abſoluendo ſcilicet, generaliter, & Euchariſtiam præbendo, ſi id ſine periculo poteſt. Et in hoc ſufficit vnus teſtis cum nulli fiat præiudicium.]

5. Stabunt etiam pro hac opinione quotquot aſſerunt Clementem VIII. non damnaſſe confeſſionem abſenti factam dum propoſitionem illam. [Licere per litteras, vel internuntium confeſſario abſenti ſacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere] damnauit [tanquam ad minus falſam, temerariam, ſcandaloſam. Solum enim, inquiunt, intendiſſe condemnare abſolutionem ab abſente collatam, quam expoſitionem poſt P. Suarez, qui primus (viuente adhuc Clemente) adhibuit, *tomo 4. in 3. part. diſp. 21. ſect. 4. numero* 10. Amplexati ſunt Filliucius, Villalob. Becanus, & tanquam probabilem Diana *3. part. tract. 3. reſol.* 7. Item Caſtro Palao, *tom. 4. de Pœnit. tract. 23. punct. 5. n. 8. & pun. 8. num. 9.* Vbi citat Zerolam, Valentiam, & Reginaldum. Quibus adde Marcum Vidal. *tract. de Pœnit. num. 19. fol.* 427. *& numero 61. folio* 430. *& à numero 98. fol.* 450. Martinum de San Ioſeph, *in Monitis Confeſſ. tom. 1. lib. 1. tract. 6. de Pœnitent. numero* 6. Ludouicum Caſpenſem, & alios P. Bardi *in Selectis moral. lib. 10. quæſt. 13. numero 39. &* 40. Tamburinum *in Methodo expedita Confeſſ. libro 2 cap. 10. §. 1. numero* 13. & Dicaſtillo *de Pœnit. diſp. 9. dub. 9. num.* 840. Vbi cum Bonacina, Philiberto, Marchino, & Cardinali de Lugo hanc tuetur ſententiam, addens *numero* 843. cum Cardinali de Lugo idem dicendum; licet teſtantes in abſentia non viderint ſigna voluntatis confitendi, ſed ex aliorum narratione referant, quia Rituale Romanum ſolum requirit, quod confitendi deſiderium, per ſe, vel per alios oſtenderit, quod verificatur, licèt per alios manifeſtet. Quod tenent etiam Martinus de San Ioſeph. & Hermanus Buſenbaum, quos citatos ſequuntur Diana *part. 11. tract. 7. Miſcel. reſol.* 31. Et Leander à SS. Sacram. *tom. 1. de Pœnit. tract. 5. diſpu. 5. quæſt.* 44. Nec diſſentit Syluester, nec Thomiſtæ citati, vt ex eorum fundamento colligi poteſt. Nec D. Thomas *vbi ſupra*; qui abſolutioni moribundi in tantum fauet, vt *opuſculo 63. de officio Sacerdotis, §. de Cautela in confeſſione habenda.* Hæc ſcribere non dubitauerit. (Si infirmus petit pœnitentiam, & antequam Sacerdos veniat ad eum, ſit mortuus, vel amiſerit loquelam, Sacerdos habeat eum pro confeſſio, & poſt mortem abſoluat eum.) Sic D. Thomas, in nouiſſima etiam editione Veneta, anno 1593. Cui Ieſuitæ in hac parte non acquieſcunt.

PROPO

PROPOSITIO XX.

Moribundus, qui confeſſionem petiit, nec ſignum contritionis dedit, ſi more, & modo Catholico vixerit, poteſt Sacramentaliter à peccatis abſolui. Tamburinus Ieſuita *in Methodo expedita Confeſſionis: lib. 2. cap.*10.§.1.*num.*11.

1. R. HÆc ſententia cōtinetur in Sacerdotali Romano antiquo, *tract. de Sacram. Pœnit. c.* 26. & videtur expreſſa Sancti Antonini, *ibi* relati. Vbi hæc ex illo referuntur verba. [Talis infirmus, qui amiſit loquelam, vel vſum rationis, ſi bene viuebat, vt bonus, & fidelis, & frequentabat confeſſionem, & communionem, quamuis non petierit Sacramenta, quia ex inſperato talia acciderunt, debet præſupponi contritus, & faciente aliquo confeſſionem generalem pro eo, ſicut fit in populo, Sacerdos faciat abſolutionem ab omni ſententia, & peccato.] Hæc *ibi.* Et hanc opinionem approbauit Gregorius XV. cum eſſet Archiepiſcopus Bononienſis, *in Memoriali confeſſ. capite* 1. *de forma Sacramenti Pœnitentiæ, numero* 16. *fol.* 215. *edito Romæ apud Ioannem Baptiſtam Bidellum, anno* 1623. Vbi addit, debere Sacerdotes ad Praxim illam deducere. Sic enim, inquit. [Licèt abſoluere moribundum, etiamſi nullum pœnitentiæ ſignum det, in præſentia Confeſſarij; ſi tamen aliquis teſtetur, eum oſtendiſſe confitendi deſiderium. Ita docet Rituale Pauli V. imò addit Sacerdotale Romanum, *pag.* 624. ex doctrina D. Antonini, poſſe etiam abſolui moribundum aſſuetum frequentare confeſſionem, quamuis repentino caſu oppreſſus Sacramentum non petierit. Neque ſolum poteſt Confeſſarius in his duobus, caſibus abſoluere; ſed etiam debet, quia contingere poteſt, moribundum eſſe tantum attritum, vnde damnetur, niſi abſoluatur.] Sic ibi.

2. Ideò hæc ſententia eſt hodie ferè communis inter Theologos. Eam tenent Molfeſius *in ſumma, tomo* 1. *tract.* 7. *cap.* 5. *numero* 48. Vbi ſic ait. [Hanc opinionem, vt mihi retulit noſter D. Gabriel Lotterius, vir magnæ eruditionis, Romæ ſequuti fuerunt ipſe, & Franciſcus Suarez, & P. Salmeronus Societatis Ieſu, & P. Luppus Capuccius; & audiui etiam, quod dum caſu cadebat Romæ quidam, ex fabrica Sancti Petri, & reperiebatur, ibi Clemens VIII. Pontifex Maximus, vir ſapientiſſimus, & vidiſſet illum cadentem, quod dederit ei abſolutionem, dicens: *Si es capax abſolutionis abſoluo te à peccatis.*] Et *infra num.* 49. [Non eſt ratio conuincens, cur id fieri non poſſit ſub conditione, quando hic talis ſignum non dedit, & alias deuotus erat ad Sacramenta, &c. Itaque prodeſſe, non autem nocere poteſt, nec fit iniuria Sacramento, & eſt opinio ſatis pia.] Sic ille.

3. Homobonus *in examine Eccleſ. part.* 1. *tract.* 7. *cap.* 18. *quæſt.* 84. [Prudenter aget Parochus, ſi fauorabiliori illi opinioni adhæreat, quæ ſentit abſolutionis beneficium moribundo

impendi poſſe, etiamſi nullum confeſſus ſit peccatum, nec confeſſarium petierit, nec indicia exhibuerit, ex quibus actus contritionis, vel attritionis argui poſſit; modò talis in mortis articulo conſtitutus Chriſtiano more viuere ſoleret, & bonus, ac fidelis homo æſtimaretur. Quod quidem placitum in praxi referunt amplexum fuiſſe Clementem VIII. Quæ ſententia, illâ ſanè ratione confirmatur, quod in neceſſariis ad ſalutem, tutior pars eſt amplectenda, & certiori periculo occurrendum eſt. Et irreuerentiæ Sacramenti, vel ſacrilegij periculum, tum conditione appoſitâ, tum authoritate Doctorum hanc opinionem tuentium ceſſare dicitur.

4. Antoninus de Litteratis *in ſumma edita Romæ, cum approbatione Magiſtri Sacri Palatij, anno* 1611. *parte* 1. *de Confeſ. cap.* 35. *numero* 7. (Reſpondeo, quòd ſi infirmus loquelam amiſerit, vel in phreneſim conuerſus fuerit, Sacerdos debet conſiderare, an talis infirmus bene fidelis, vt bonus Chriſtianus viuebat, & ſingulis annis confitebatur, & ſe communicabat, & huiuſmodi; licèt Sacramentum non petierit, quia talia ex inſperato acciderunt, &c. Talis præſupponitur contritus: ideo Sacerdos abſoluat eum ab omnibus cenſuris, caſibus, & peccatis]

5. Bartholomæus à Sancto Fauſto *in Theol. Moral. lib.* 4. *quæſt.* 204. [Quia ſi poteſt, inquit, dari abſolutio ſub conditione, quando dubitatur, an pœnitens habeat vſum rationis: vel an ſint peccata, nulla eſt ratio conuincens, cur id fieri non poſſit ſimiliter ſub conditione, quando talis hic nullum ſignum dedit contritionis, & alias deuotus erat, & frequentabat confeſſionem, & Communionem: Nam poteſt eſſe, pro vt in dubio præſumitur, vt quis ſit memor ſalutis æternæ, & quod interius habeat aliquam efficacem attritionem, quâ rectè diſpoſitus ſit, recipere ſacramentalem abſolutionem, & de attrito fiat contritus. Præſertim quia nulla fit iniuria huic Sacramento, quando ſub conditione impertitur abſolutio, vnde ſi non reperiatur diſpoſitus, abſolutio habetur pro non data, & ſic prodeſſe, non autem nocere poteſt.]

6. Victorianus Premoli *in Memoriali Clericorum, part.* 4. *cap.* 1. *num.* 14. [Licet abſoluere moribundum, etiamſi nullum pœnitentiæ ſignum dederit, in præſentia Confeſſarij, ſi tamen aliquis teſtetur, eum oſtendiſſe confitendi deſiderium: Ita docet Rituale Pauli V. & etiam *ſupra* diximus. Imò addit Sacerdotale ex doctrina D. Antonini, poſſe etiam abſolui moribundum aſſuetum frequentare confeſſionem; quamuis repentino caſu oppreſſus Sacramentum non petierit. Neque ſolum poteſt confeſſarius in his duobus caſibus abſoluere; ſed etiam debet: quia contingere poteſt moribundum eſſe tantum attritũ, vnde damnetur, niſi abſoluatur, vt de ptiori caſu dicit Suarez.] Sic ille.

7. Pellizarius *in Manuali Regular. tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 3. *ſect.* 1. *num.* 60. [Cuius, inquit, opinionem puto defendi poſſe ob doctrinam à nobis tradendam, nimirum poſſe abſolui illum, qui ſenſibus omnino deſtituitur, & nullo pacto petit confeſſionem, ſi conſtet, illum fuiſſe ſolitum viuere more Chriſtiano, & *tomo* 2. *tractat* 8. *cap.* 3. *ſect.* 2. *numero* 114. [Reſpondeo, videri non omnino improbabile quod abſolui poſſit ſaltem

tem ſub conditione. Moueor tum ex principio extrinſeco, nempe ex authoritate plurium Doctorum opinionem hanc ſuſtinentium, qui ſunt Molfeſius, Homobonus, Litteratus, &c. Suarez, qui, ex authoritate virorum grauium, talem doctrinam priuatim tradidit; Baldellus; & Naldus à me per literas conſulti; aliique docti Recentiores, à quibus non omnino videtur diſſentire Sanctus Auguſtinus) Et *n.* *116. in fine* [Ergo ex charitate tenemur eam ſequi, tantum abeſt, vt non poſſimus eam practicè ſequi)

8. R.P. Leander à SS. Sacramento, *tom. 1. de Pœnit. tract. 5. diſp. 5. quaſtio. 46.* (An confeſſarius poſſit abſoluere ſub cōditione moribundum ſenſibus deſtitutum, qui nec confeſſionem petiit, nec ſignum pœnitentiæ dedit? Negant communiter Doctores, &c. Affirmant nihilominus nonnulli alij, &c. dummodo, prius Chriſtiano more viueret, Sacramenta frequentaret, bonus, & fidelis æſtimaretur.) Et poſtquam plures pro hac parte tetulit, inquit. (Ecce, mi lector, pro vtraque parte Doctores, & argumenta, quorum authoritate, & vi conſiderata, mihi, in hoc difficillimo puncto, ſic reſpondendum videtur. Quod ſcilicet, quamuis prima ſententia ſpeculatiuè ſit longè verior, longéque probabilior ſecundâ: Hæc tamen quia non caret probabilitate, (vt ipſemet Diana meritò fatetur) in Praxi obſeruari debeat, & practicari; (quod ego Romæ, in occurenti caſu, ſemel, & iterum feci, nec pœnituit) vt ex ſtatim dicendis conſtabit.)

9. R. P. Chriſtophorus Delgadillo, *tom. 1. de Pœnit. cap. 13. dub. 18. & 19.* tradit. (Non ſolùm poſſe, ſed teneri abſoluere ſub conditione, quia vixiſſe more, & modo Catholico ſufficit pro ſigno ſenſibili doloris in articulo mortis, requiſito de peccatis, ſicut ſufficit, vt prudenter iudicet, prædictum moribundum hic, & nunc habere intentionem, ſeu voluntatem requiſitam ad validam, & fructuoſam receptionem aliorum Sacramentorum, ſcilicet, Euchariſtiæ, & Extremæ Vnctionis.)

10. Illuſtriſſimus ac Reuerendiſſimus P.M. Acacius de Velaſco, *tom. 1. reſol. mor. verb. Abſolutio, reſol. 12. numero 4.* (*Ea tengo por prouable por la authoridad de los Dotores tan graues que la tienen.*] & *infra* [*En particular ſi el moribundo es hombre bueno; del qual ſe puede prometer, que todos los dias haria acto de contricion, y daria alguna ſeñal de dolor.*) Et latiùs M. Zanardus *in direct. 1. parte 2. de Pœnitentia, §. 9.* dicens: (Poſſe abſolui, ſi non erat in mortali noto.)

11. Antoninus Diana 3. *part. tractat. 3. reſol.* 8. [Vnde ego: ſaltem ex principio extrinſeco, puto hanc ſententiam probabilem eſſe, & ita illam tenent aliqui Patres Societatis Ieſu, & noſtræ Religionis, & dici poteſt, quod in hoc caſu adeſt aliquo modo materia; quæ per teſtificationem, & famam probitatis dicti moribundi efficitur præſens]

12. Doctiſſimus Epiſcopus Ioan. Caramuel *in Theolog. fundam. 1. part. fund. 6. numero 195. fol. mihi 92.* teſtatur, hanc opinionem tanquam probabilem approbatam eſſe ab Vniuerſitate Viennenſi, in Theſibus, quibus præfuit R.P. Turkouich Societatis Ieſu, & ipſe, *vbi ſupra, & numero 1311. fol. 660.* mordicùs illam defendit, plures

pro

Digitized by Google

pro ea Doctores referens, tum ex Societate, tum ex Franciſcanis. Quibus adde Ianſenium, apud Leſſium *in 3.part.quæſt.9.art.2.dub. 2. num.* 20. Laurentium Longum, *in Tabulis Sacram. Tab. 2. cap.* 24. *numero* 8. Theophilum Raynaudum *de Martyrio, part.2.cap.2.num.* 7. Fauet Auerſa *de Pœnit. quæſtio.* 10. *ſect.*8. & inclinat Machado, *tomo* 1. *libro* 2. *parte* 4. *docum.* 5. *numero* 4. & plures *infra* citandi. Et in Belgio hanc opinionem practicari in bello à multis Confeſſariis, teſtatur ſe audiuiſſe Cardinalis de Lugo, *tom. de Pœnit. diſp.*17. *ſect.*3.*num.*33.

13. Propter hæc P. Tamburinus, *in Methodo expedita Confeſſ. edita Romæ*, *anno* 1647. *lib.* 2. *cap.*10. §. 1. *numero* 11.] Nonnulli, inquit, Doctores putant, eiuſmodi moribundum ſatis, ſuperque petere confeſſionem, per mores Chriſtianos, tota vita ſenſibiliter peractos. Itaque ideò putant abſolui poſſe, ſaltem ſub conditione: ſi eſt capax abſolutionis. Idcirco in Praxi cenſeo poſſe abſolui ſub conditione dicta: imo propter tam vrgentem inſtantis mortis neceſſitatem etiam debere. Ratio eſt quia propter conditionem cauetur iniuriæ Sacramenti, & ex alia parte, conſulitur, quantum fieri poteſt, ſaluti moribundi; quia in tali articulo præſumi ſaltem attritus poteſt. Quid ſi fortè ita actualiter peccando, ſubito deſtituatur ſenſibus, vt non poſſit humanitus loquendo atteri? Reſpondeo, tunc non eſſe præſumendum attritum, atque adeo nec abſoluendum, docent communiter. Sed ego ſub prædicta conditione vix illum regulariter ſine abſolutione dimitterem: quia rariſſime euenit, vt tam citò ſenſibus quis, dum actu peccat, diſtituatur, ita vt vicinus morti non velit ſuæ ſaluti conſulere per aliquam attritionem) Sic ille; & ego cum è ſuggeſtu tractatum de Pœnitentia, diſcipulis dictaui, anno 1645. & iterum anno 1652. ex quo in Vniuerſitate Complutenſi cõmuni plauſu frequenter defenſatur.

14. Addunt aliqui prædictam ſententiam pro quolibet peccatore Catholico ſuſtinendam eſſe. Ioannes Pontius *in curſu Theologico, deciſ.* 46. *concl.*4. (Quamuis etiam poſſit conicii; ex anteacta vita; quod ſi habuerit tempus, habuerit etiam internam diſpoſitionem, tamen illa coniectura non ſufficit, niſi ad abſolutionem conditionatam, qualis ſi poſſit dari ipſi, poſſet etiam ei, qui antea ſceleratè viueret; quia tales ſolent dolere de peccatis, & petere confeſsionem, quando ſunt in periculo vitæ: de quibus, non eodem modo, quantum ad hoc, diſcurrendum eſſe ſentiunt Doctores; qui oppoſitum concluſionis tenent. Quantum ad me attinet, non video, cur non poſſit dari vtriſque ſub conditione, cum nil mali ſit, in conferenda tali abſolutione, & non ſit euidens, nec certum de fide, quod non poſſit prodeſſe.) Sic ille, qui ad argumenta in contrarium reſpondet.

15. Petrus Marchantius *in Tribunali Sacram.tom.*1.*tract.*4.*tit.*4. *dub.* 7. (Sed ad primam partem huius quartæ reſponſionis, in fauorem animarum, reuertamur, in qua dixi; quod quando peccator Catholicus ita opprimitur, vt nullum appareat ſignum pœnitentiæ, aut deſideratæ, ſiue poſtulatæ confeſſionis, nihilominus poſſit ſub conditione abſolui; ſiue abſoluendum eſſe.)

16. F. Martinus de San Ioſeph, *in Monitis*,

Monitis, tom. 1. *lib.* 1. *tract.*16.*num.*2. [*Iuzga Diana, que es prouable, y lo miſmo han tenido hombres dotiſſimos, porque todos dizen, que en aquel punto, aun los hombres deſalmados ſe conuierten de ordinario, y le piden miſericordia a Dios peſandoles de ſus ofenſas, y nadie en duda ſe ha de preſumir, que no ſe acuer da, y cuida de ſu ſaluacion eterna; y que por lo menos en lo interior carezca de attricion, con que ayudado con el Sacramento ſe ſalue. A la verdad yo iuzgo, que eſta opinion es prouable, por principios extrinſecos; y en caſo ſemejante pecara contra charidad el Sacerdote que no abſoluieſſe al tal enfermo, debaxo de la condicion dicha.*]

17. Torreblanca, *libro* 14. *pract. cap.*11.*numero* 14.*pag.* 407. (Moribundo enim ſenſibus deſtituto, quamvis peccatum nullum pronunciauerit, nec ſigna contritionis dederit, poteſt, & debet Confeſſarius eum abſoluere, ſaltem ſub conditione: *ſi es capax abſoluo te.*)

18. Remigius *in ſum. tract.* 5. *capite* 5. §. 11. *numero quinto.* [*Es tambien opinion prouable, que el Confeſſor puede abſoluer al moribundo deſtituido de ſus ſentidos, aunque no aya pedido confeſſion, y exercitar la caridad en eſtado tan peligroſo, en que cada vno la deſearia para ſu remedio.*]

19. F. Ludouicus à Conceptione *in exam. veritatis, tract.* 5. *de Pœnit. quaſt.* 1. *per totam* præcipuè, *n.* 9. hanc concluſionem ſic probat. (Tum quia de nullo, inquit, debet malum præſumi, & præſertim finale, niſi expreſsè de illo conſtiterit, cum ergo neque expreſsè de hoc conſtare poſsit, in caſu poſito, tenebitur de omnibus ſimilibus nullũ iudicare malum. Atqui in ſimili caſu tenentur omnes ſuæ ſaluti exequi neceſſaria, inter quæ vnum, & facilius eſt contritionis ſigna præbere, confeſsionémve ſigno aliquo poſtulare. Ergo hoc de illis poſſumus iudicare. (ſcilicet quamvis non viderimus) proindéque illis abſolutionis beneficium ſub conditione impendere.)

20. Lezana *in ſum. qq.* Regul. *tom.* 3. *verb. Confeſſ.* [Ergo verò, licèt hanc ſecundam ſententiam (nempe negatiuam) probabiliorem credam; primam tamen non reputo omnino improbabilem, eo vel maximè quòd exiſtimem omnes fideles in eo periculo conſtitutos, ſi vel per modicum tempus, ſui compotes exiſtant, non ſolum actu interno confeſſionem deſiderare, ſed externo actu id deſiderium ſemper manifeſtare, quod videtur virtualis quædam confeſſio, pro abſolutione conditionatè concedenda. Sed alij iudices ſunto.]

21. Illuſtriſsimus Ioannes Caramuel *in* 2. *part. Theol. fundam. cap.* 7. *n.* 120. *de Pœnit.* [Probabilis, inquit, eſt ſententia, quæ docet Catholicum moribundum ſenſibus deſtitutum, qui nullum ſignum doloris dedit, poſſe abſolui ſaltem ſub conditione.] Et idem tradiderat *in Theolog. morali lib.* 3. *diſp.* 4. *n.* 1542. dicens Confeſſarium teneri hanc ſententiam practicari. Verba eius ſunt. [Non poſſe abſolui, qui nullum ſignum dederit, quo videatur actualiter petere confeſsionem, ſentis quidem probabiliſsimè; tibi enim viri doctiſsimi conſentiunt. Et tamen te peccaturum eſſe mortaliter, ſi non mutes dictamen aſſero: cum moribundo omnibus ſenſibus deſtituto, qui nullo ſigno externo confeſsionem petiit, non occurris. Ratio eſt clariſsima.

Ille enim eſt in extrema neceſſitate conſtitutus, in periculo æternæ damnationis, & iure fraternæ charitatis, teneris eum adiuuare, ſi potes Ergo, & teneris ipſum abſoluere. Id enim potes, quia tametſi non poſſis operari contra tuum dictamé, potes illud prudenter mutare, & opinioni probabili ſubſcribens, illi abſolutionem concedere.]

22. Angelus Maria Verricelli *in qq. moral. tom. 1. tract. 6. per totum* multis ſuadere conatur [Moribundum Catholicum, quantumcumque perditæ vitæ, nullo dato pœnitentiæ ſigno, ſub conditione abſoluendum] Ita *vbi ſup. ſect.* 12. quamuis hæc diſputandi gratia dicta eſſe velit, *& ſect.* 14. *nu.* 48. & ſuum iudicium declarans ait. [Dubium mihi eſt, an hæc opinio probabilis ſit ab extrinſeco, & ego non auderem aſſerere hodie eſſe probabilem; non tamen condemnarem tanquam ſacrilegij reum, qui dubitans an hæc opinio ſit ſaltem per principia extrinſeca probabilis abſolueret ſub conditione moribundum nulla præbentem ſigna doloris.] Hæc *ibi*, *& c.* 109.

23. Militant etiam pro hac ſententia Doctores alij aſſerentes agoniam Catholici eſſe probabile ſignum, tum contritionis, tum voluntatis confitendi: nam ita frequenter contingit inter Catholicos. Et videtur de mente D. Auguſtini, *tom. 6. lib. 1. de Adulterinis coniugiis cap.* 28. Vbi ait. [Adulterium, in adulterino coniugio, mortis periculo præoccupatam, quamuis nulla poſſit dare ſuæ voluntatis ſigna, tamen baptizandum eſſe, ſi cathecumenus erat, (attende) etſi baptizatus reconciliandum: talis enim tunc intrinſecè pœnitens credendus eſt.] *& cap.* 26. prædixerat. [Si voluntas eius incerta eſt, multo ſatius eſt nolenti dare, quam volenti negare.] *Hæc* Auguſtinus. Propter quæ P. *Dicaſtillo, de Pœnit. diſp.* 9. *dub.* 9. *num.* 854. non dubitant licere. [Hæc ſententia videtur habere pro ſe Auguſtinum.]

24. Denique Iacobus Bayus, Profeſſor Sacræ Theologiæ *in Academia Louanienſi in inſtit. Religionis Chriſtianæ, lib.* 2. *cap.* 91. aſſerit, poſſe in tali euentu abſolutionem adhiberi per modum ſuffragij, Cuius verba adducit Diana *par.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 92. [Cæterùm, inquit, an repente loquelam, & ſenſum, ad omnem intelligentiam deperdens ſine vlla præuia confeſſione, nullóque ſigno peculiari in ordine ad claues, ne vel in communi dato, abſolui poſſit? Maiorem habet difficultatem, cum enim abſolutionis ſententia per modum iudicij, & cauſæ cognitione, proferenda ſit, nullaque hic peccatorum confeſsio, nec iudicij materia reperiatur abſolutionis ſententia impendi nequit. Attamen, per modum ſuffragij abſolutionem adhiberi, nil vetat, incluſâ conditione tacita, vel expreſſa; in quantum poſſum, & quatenus capax eſt.] Ita Bayus. An probabiliter? Alij iudicent, Vnum ego, confeſſarium teneri ſub lethali, abſolutionem ſub conditione impendere *moribundo:* quoties licitè, ſecundùm aliorum opinionem, poteſt. Vt docent communiter Theologi, apud Dianam 3. *parte tract.* 3. *reſolutione.* 9. & apud Leandrum, *tom.* 1. *de Pœnit. tract.* 5. *diſp.* 5. *qu.* 47.

EX TRACTATV DE EVCHARISTIA.

PROPOSITIO I.

In caſu neceſsitatis poteſt laïcus ſe ipſum, imo & alios communicare. Valentia Ieſuita, *tom* 4.*diſp*.6.*q*.10.*punct*.1.

1. ℞. HANC ſententiam grauiſſimi Doctores defendunt, quos citatos ſequuntur Diana, 3. *p.tr*.4.*reſol*.47.& 5 *p.tract*.3 *reſol*.47.& 8.*p.tract*.1.*reſol*.48 & *p*.11.*tract*.7.*Miſcel.reſol*.43 Leander à SS.Sacram *tom* 2. *de Euchar.tract*.7. *diſput*.4.*qu* 12.Martinus de San Ioſeph *in Monitis Confeſs.tractat*.5.*cap*.4. §.9. *numero primo*. & latè probans Thomas Hurtado, *tomo primo variar. tractatu quinto, capite ſexto reſolut*.63. *numero* 1483. Et videtur ſententia Diu. Thomæ, *tertia parte, quæſtione* 82.*articulo tertio*. Vbi inquirens. (Vtrum diſpenſatio huius Sacramenti pertineat ſolum ad Sacerdotem?) Reſpondet. (Ad eum pertineat diſpenſatio, &c. Vnde nulli alij tangere licet, niſi in niceſsitate: puta, ſi caderet in terram, vel in aliquo alio neceſsitatis caſu.) Quapropeer quod in prædicto caſu neceſsitatis poſsit laïcus ſe ipſum communicare, tradunt ex diſcipulis D.Thomæ, M.Samuel Lublinus, *verb. Communio*, *numero* 18. *reſolutione* 126 & Victorellus, M.Sacri Palatij *in notis*, ad *Eman.Sà*, *verbo Euchar. numero* 32 & *in appendice* 1. *capite octauo, numero* 51.& docet Lezana, *tomo* 3.*qq. Regular. verb. Euchariſtia*, *numero* 15.& exempla confirmant: quia Regina Scotiæ martyrium ſubitura ſe ipſam communicauit.

2. Et quod non ſolum ſibi, ſed etiam aliis poſsit laïcus Euchariſtiam in caſu neceſsitatis ſubminiſtrare, tradit expreſsè, M. Victorellus *vbi ſup*. & *in notis ad caput* 8. *Poſſeuini in appendice* 1. ibi. (Dum ne Diaconus quidem adeſt, à laïco, in extrema morientis hominis neceſsitate, hoc Sacramentum miniſtrari poſſe, negat, Sà, *verb. Euchar. numero* 4.cum aliis, Affirmat Suarez probabiliter: id enim non vetat diuinum ius, Pontificia iura de hàc neceſsitate non loquuntur; & contrectari Euchariſtiam à laïco, non eſt per ſe malum; nam olim fideles eam manibus excipiebant. Idem Valentia, *tom diſput*.6. *quæſtio*.10 *punct*.1.) Hactenus Victorellus, & benequidem: quia, vt tradit Euſebius, *libro* 6.*capite* 34. Olim per laïcos Eu-

chariſtia ad infirmos ferebatur. Ideò prædictam ſententiam amplectuntur Ludouicus de San Iuan, *in tract. de Reſidentia Prælatorum, artic. 4. de Commun. infirmorum, numero* 29. Henricus Boïus, Mercerus Chapeauilla, & alij, quos citatos ſequuntur Leander à SS. Sacram. *vbi ſup. quæſt.* 13. *Diana part. 9. tract. 6. reſolut. 39. §. His non obſtantibus.* & alij, doctiſſimi. Et hanc ſententiam eſſe probabilem, dicit nouiſsimè M. Acacius de Velaſco; *tom. 1. reſolut. moral. verb. Euchariſt. reſ.* 312. *numero tertio & quarto* ibi. [*No oſtante lo dicho, Granado con otros ſiente, que es prouable, que qualquiera ſeglar, eſtando en el articulo de la muerte, puede diſpenſar el Sacramento de la Euchariſtia, &c. Y aſſi por todas eſtas razones, como por la authoridad de tantos Dotores, tengo por prouable eſta ſententia.*] Sic ille, quem ſequitur Auerſa, *de Sacram. Euchariſt. quæſt.* 10. *ſect.* 4. dicens. [Dubitatur, num ex neceſſitate poſſit purus laïcus, vel etiam fœmina miniſtrare hoc Sacramentum infirmo, aut ſibimet ſumere in mortis articulo?] Reſpondet. [Id etiam his temporibus in caſu præciſæ neceſſitatis, cenſeri poteſt licitum. Vnde valde miror, Sotum *in 4. diſtinct. 13. quæſt. 1. articul. 3. in fine*, Hanc opinionem intolerabilem dixiſſe.

3. Sed quidquid de his ſit, Anonymum amice rogo, ex eo, quod in articulo mortis deficiente Miniſtro idoneo, hæc opinio ad praxim deducatur, quid abſurdi? Profectò nihil, ſed maxima fidelium vtilitas: quandoquidem pœnitens culpa lethali infectus, & reipſa non contritus, ſed attritus non habens copiam confeſſarij, ſi decedat ſine communione, condemnabitur, vt fides docet; ſi verò Euchariſtiam accipiat bona fide ſe contritum exiſtimans ſaluus fiet, vt tradit D. Thomas 3. *part. quæſtione* 79. *articulo tertio, in corp.* Vbi inquirit (Vtrum effectus Euchariſtiæ ſit remiſsio peccati mortalis?) Et reſpondet. [Poteſt tamen hoc Sacramentum operari remiſsionem peccati præceptum ab eo, qui eſt in peccato mortali, cuius conſcientiam, & affectum non habet, fortè enim primo non fuit ſufficienter contritus, ſed deuotè, & reuerenter accedens conſequetur per hoc Sacramentum gratiam charitatis, quæ contritionem perficiet, & remiſſionem peccati.] Hæc Angelicus Doctor. Quem ſequuntur communiter Diſcipuli. Syluester *verb. Euchariſt. numero quarto*, [D let mortalia, quorum quis non habet conſcientiam, neque affectum.] M. Ioannes de la Cruz *in direct. de Sacram. in genere*, *quæſt. 2. concluſ.* 3 [Sacramenta viuorum aliquando cauſant primam gratiam, non per accidens, ſed per ſe ſecundo; ita patet, ex D. Thom. *qu.* 79. *artic.* 3 Vbi de Euchariſtia ait, habere virtutem cauſandi primam gratiam.] M. Corradus, 2. *part. Reſponſ. quæſt.* 246 [Ratione diſpoſitionis pœnitentis, ſcilicet, quia accedit attritus putans ſe eſſe contritum, confert primam gratiam, dum in re ſuſcipitur.] *Sic ibi*, & iterum *quæſtio.* 248. *Idem ſentiunt*, D. Antoninus M. Petrus de Soto, & M. Cedeſma, & alij innumeri, quos citatos ſequuntur Suarez *diſputat.* 22. *ſect.* 1. Leander, *tom. 2. de Sacrament. tractat. 7. diſput.* 11. *quæſtio.* 4. & cum Scoto *diſtinct. 9. qu. vnica*, omnes Scotiſtæ. Quis ergo dambabit opinionem, ex qua animarum ſalus non raro dependet? Vbi tam rigidum circa

Miniſtrum

Digitized by Google

Miniſtrum Euchariſtiæ præceptum, vt etiam periculo damnationis æternæ aliter imminente, nequeat laïco diſtributio committi? Profectò nullibi. Imò Thomas Hurtado *vbi ſupra numero* 1491. putat eſſe valde probabile. [Non poſſe ferri legem, qua ſtatuatur, quod, neque in caſu extremæ neceſſitatis, poſſit laïcus porrigere Euchariſtiam.] Et *reſ.*54. addit, teneri laïcum in prædicto neceſſitatis caſu Euchariſtiam aliis miniſtrare, quia ſi poteſt, inquit, vt vidimus, (lege charitatis tenetur,)

4. Fateor eiuſmodi licentiam miniſtrandi Euchariſtiam non facile cōceſſurum laïcis, qui veram ſenſerit opinionem D. Thomæ *in* 4. *diſt.* 17. *quæſt.*3 *artic.*3. *Quæſtiuncula* 2. Vbi ſic ait. [Ad ſecundam quæſtionem dicendum, quod ſicut Baptiſmus eſt Sacramentum neceſsitatis, ita & Pœnitentia. Baptiſmus autem quī eſt, vel [vt in antiquioribus impreſſionibus legitur] quiā eſt Sacramentum neceſſitatis, habet duplicem *M*iniſtrum, vnum, cui ex officio baptizare incumbit, ſcilicèt Sacerdotem; alium, cui ratione neceſsitatis Baptiſmi diſpenſatio committitur. Et ita etiam *M*iniſter Pœnitentiæ cui confeſsio facienda eſt ex officio, eſt Sacerdos, ſed in neceſſitate [attende] etiam laïcus, vicem Sacerdotis ſupplet, vt ei confeſſio fieri poſsit] & iterum *infra.* [Defectum Sacerdotis ſummus Sacerdos ſupplet, & confeſsio laïco ex defectu Sacerdotis facta ſacramentalis eſt quodammodo, quamuis non ſit Sacramentum perfectum, quia deeſt ei id, quod eſt ex parte Sacerdotis.) Hactenus D. Thom. Quem ex Diſcipulis ſequitur *M.*Raynerius de Piſis, *in ſum. ſeu Pantheologia, verb. confeſſ. capite* 17. ibi. (Dico quod in caſu neceſsitatis, ſcilicet quando imminet periculum mortis, ſufficit laïco confiteri, &c.& ſummus Sacerdos, ſcilicet Deus ſupplet Sacerdotis defectum, & hoc propter deſiderium pœnitentis. Et quamuis ille confeſſus laïco in neceſsitatis articulo ſit miſericordiam conſequutus à Deo, eo quod mandatum Dei, ſicut potuit, impleuit, non tamen adhuc eſt reconciliatus Eccleſiæ, vt ad Sacramenta Eccleſiæ admitti debeat, niſi prius abſoluatur à Sacerdote. Hæc D. Thom. *in* 4. *diſt.* 17. *articul.*3. *quæſt.*2.) Hæc Raynerius. Quæ ſi vera; nulla ferè neceſsitas erit, quæ cogat laïcum, Euchariſtiam in articulo mortis aliis ſubminiſtrare: ſufficiet enim peccatorum confeſſionem audiat, licèt abſoluere nequeat (vt fide ſanctum eſt) ſiquidem per confeſsionem laïco factam peccator reconciliatur Deo ſupplenti defectum Sacerdotis, quoad effectum gratiæ. Vide plura *tract. de Baptiſmo Propoſ.* 8 *à num.*9.

5. Sed, vt video reliqui D. Thomæ diſcipuli, in hac parte, Magiſtro non acquieſcunt, ideoque laicum Euchariſtiæ potius, quam Pœnitentiæ Miniſtrum admittent. Et forſan tenentur iuxta principia D. Thomæ. Quia non ſolum Baptiſmus & Pœnitentia, ſed etiam. (Euchariſtia eſt Sacramentum neceſsitatis quantum ad adultos.) vt ait 3. *parte quæſtio.* 80. *articulo* 11. debet ergo hoc Sacramentum duplicem etiam Miniſtrum habere, vnum, cui ex officio, alium, cui ratione neceſsitatis diſpenſatio committatur. Nec obeſt quod *in* 4. *ſentent. diſt.* 13. *quæſt.*1. *articul.*3. hoc neg. uerit. Nam ibi contrariam ſententiam tenuit circa huius Sacramenti neceſſitatem, inquiens.

 [Quia

[Quia receptio huius Sacramenti non eſt neceſſitatis.[Quod poſtea retractauit; *par.qu.*80. *artic.*11.*ad* 2.*& Opuſc.* 65.*de officio Sacerdotis*,§.*De Sacramento Euchariſtiæ* dicens.[Eſt enim Sacramentum neceſſitatis, ſicut Baptiſmus, & Pœnitentia [Illi ergo, ſicut his, duplex debetur Miniſter, vel conſequentia in doctrina deficiet. Quod de tanto Magiſtro dici non poteſt.

6. Rogabis, an Sacerdos in caſu extremæ neceſſitatis, id eſt in articulo mortis, cum deeſt, cui peccata lethalia confiteatur, poſſit extra Miſſam conſecrare, vt ſeipſum communicet? Reſpondet M.Corradus 1.*part.Reſp.q.*52. [Tradit Sotus, quod in articulo mortis poteſt Sacerdos moriturus conſecrare, & ſumere Sacramentum. Ego verò id non auderem, vt ſine celebratione cõſecrare præſumerem, cum ſit contra Eccleſiæ ritũ.]Cui fauet Thom. Hurtado *to.*2.*reſol.moral.tr.*11.*c.*9.*num.*309 dum ait.(Aſſerere, licitum eſt Socerdoti, conſecrare ſpecies panis, abſque eo quod conſecret ſpecies vini ad commuuicandum infirmum, Improbabile eſt.& dici non poteſt.) Et videtur iuxta deciſionem *cap.Comperimus de conſecr.diſt.*2. Vbi Gelaſius Papa, inquit(Diuiſio vnius, eiuſdemque myſterij ſine grandi ſacrilegio non poteſt prouenire.) Vnde M.Martinus de Ledeſma 1.*p.*4.*qu.*21.*art.*12. (Eſt ſacrilegium de iure diuino conſecrare ſub vna tantum ſpecie, & hoc dicit D.Th. *in* 4.*diſt.*8.*qu.*1.*art.*4.*Quaſt.*3. *ad* 3.) D. Thomæ verba *vbi ſupra*, hæc ſunt (In nullo caſu excuſatur, qui cõficeret Sacramẽtum in ſola forma, aliis omiſſis.) Nihilominus ſententia Soti, contra D. Thomam, tenent etiam M.Paludanus *in* 4.*diſt.*11.*q.*1 & M. Tabiena, *ver.Euchar.*1.*n.*2. Quia præceptum diuinum prohibens non agnoſcunt, & præceptum humanum cum periculo æternæ damnationis non obligat, poteſt autem contingere, quòd Sacerdos moribundus, quia ſolùm attritus in æternum pereat, ſi abſque communione diſcedat, poterit ergo, vt percipiat, conſecrare panem extra Miſſam. Quæ ratio non militat pro aliis quibus iuxta ſuperius dicta beneficiũ abſolutionis impendere poteſt. Et ſic intelligendi Gelaſius Papa, & D.Thomas *vbi ſupra*, & Doctores alij qui opinionem Soti improbabilem eſſe dicunt. Et de hoc expreſſè loquitur Thomas Hurtado, verbis *ſupra* datis: nec aliter conſequenter procederet cum eadẽ prorſus militet ratio, vt Sacerdoti in caſu dicto liceat conſecrare panem extra Miſſam, quæ vt laïco concedatur facultas porrigendi aliis Euchariſtiam. Siquidem tam in vno, quàm in altero caſu de æterna moribundi ſalute agitur. *Sed* de conſequentia non curauit M. Sotus, concedit namque, licere Sacerdoti, in caſu neceſſitatis, conſecrare extra Miſſam, vt ſe communicet; & negat laïcum, eadem vrgente, poſſe Euchariſtiam ſibi, aut aliis porrigere: vt vidimus *ſupra nu* 2.*in fine*. An verò infirmo in tali caſu, ſi hoſtiam traiicere in ſtomachùm non poſſit, liceat, & etiam debeat Sacerdos miniſtrare Sacramentum ſub ſpecie vini? Affirmant M.Nugnus, & Ochagauia, ſed negat Suarez, apud Dianam, 5.*p.tr.*3.*reſol.*34. & ſane cum eum poſſit abſoluere, non videtur vrgens neceſſitas.

PROPO

PROPOSITIO II.

Qui communicans ſub vtraque ſpecie, maiorem gratiam recipiunt, quam qui ſub vna tantum. Fagundez Ieſuita, *lib.4.cap.4.n.2. in fine.* Becanus Ieſuita. *de Sacram.cap.21.q.7.n.4.*

1. ℞. HI Doctores contrariam ſententiam defendunt, dicunt tamen hanc eſſe probabilem, quia pro ea militant ſapientiſſimi Magiſtri Richardus, Alexander de Ales, Arboreus, Caſalius, & alij, quos citat dicens probabilem Diana 3. *parte tractat.6. Miſcel reſol.97.& part. 5. tract. 13. reſol.29.* & miror non ſequutum abſque formidine, cum referat, ita ſenſiſſe Clementem VI. in Bulla ad Regem Angliæ; (lege Galliæ) anno 1541. in qua illi conceſſit, [Vt ad gratiæ augmentum, ſub vtraque ſpecie communicaret.] Ideò hanc ſententiam tuentur aliqui apud M. Dominicum de Soto *in 4. diſt. 24.qu.1.art. 4. §. At vero*, & ipſe probabilem putat. Sic enim inquit. [Quod ſi quis dixerit, in traditione materiæ conſecrandæ, conferri vnum gradum gratiæ, & in impoſitione alterum; vt quidam de ſumptione Corporis, & de ſumptione Sanguinis opinantur. Redarguitur primò, illam opinionem de gratia in ſumptione Sanguinis non eſſe tam probabilem, quam quod vnus tantum, idémque gradus in ſumptione Corporis conferatur. Secundò non eſſe ſimile: quia ſumptio ſanguinis verè eſt Sacramentum, eſsétque adeo, quamuis ſumptio Corporis non præceſſiſſet.] Hæc Sotus. Quem, in probabilitatis iudicio, imitantur plures doctiſsimi apud Leandrum, *tom.2. de Euchariſt.tract.7.diſp.11.qu.25.* Suarez, Ludouicus de Torres, Dicaſtillo, & alij. Ipſe verò probabiliorem iudicat, dicens. [Sed probabilius reſpondeo, maiorem gratiam conferre, quia vtraque ſpecies ſimul ſignificat plenitudinem Conuiuij ſpiritualis, &c. Sic ſenſit Clemens VI. Sic etiam Alenſis, Gaſpar Caſalius, Arboreus, Richardus, quos citat, & ſequitur Vaſquez, *diſput.215.cap.2.* Hurtado, *diſ. 11. diff. 6.* Cornejo, *qu.80. artic. 12. dub. 2.* Lugo, *diſp.12. ſect. 3. num. 68.* & alij.] Sic Leander Religione, & doctrina mirabilis.

PROPO

PROPOSITIO III.

Ad recipiendam Euchariſtiam non eſt neceſſarium confiteri peccata practicè dubia, P. Sà Ieſuita *in* 1. *editione verb. Euchariſtia*, *num.* 23. *cui M. Sacri Palatij addidit clauſulam.* [Practicè deponendo dubium.]

1. *R.* PRo opinione Patris Sà, ſuffragium ferunt, D. Antoninus, M. Paludanus, M. Tabiena, M. Zanardus, & alij quorum verba dedi *ſupra, tractatu de Pœnit. Prop.* 2. Item Ioſephus de Ianuario. Author caſuum conſcientiæ Bononiæ. Petrus Marchantius, Caramuël, Boſſius, Philibertus Marchinus, Martinus de San Ioſeph, quibus adde Bauni, Terrantinum, Ioannem Martinon, Palaum, Layman, Theſes Louanienſes, & Complutenſes, Granadum, Leſſium, Præpoſitum, Amicum, & alios, quos *ibidem* citati pro opinione deobligante confiteri peccata dubia. Nam, vt bene notauit M. Barnabas Gallego, *tractatu de conſcientia dubia, dub.* 10. *circa Euchariſtiam*: Ad communionem ſolum tenemur ea peccata confiteri, quæ alias, ex præcepto integritatis confeſſionis, iure diuino conſtringimur.

2. Quapropter in terminis opinionem ſapientiſſimi Patris Sà, probabilem iudicant R. P. Leander à SS. Sacram. *tract.* 7. *de Euchariſtia*, *diſp.* 7. *quæſt.* 11. Granado, Henriquez, & alij. Quia ex Concilio ſolùm tenetur ante communionem confiteri, qui fuerit peccati mortalis conſcius. Dubitans autem conſcius non eſt [Qui ſe putat, inquit Sà, bene diſpoſitum, nec ſibi conſcius eſt alicuius peccati mortalis, ſit de attrito contritus virtute Sacramenti: non dicitur autem cum conſcientia peccati accedere, qui dubitat quidem, ſed non putat.] Hæc Sà, cui maioris claritatis gratiâ M. Sacri Palatij, addidit. [Practicè deponendo dubium.] Quâ ratione probabilem ipſe iudicat, ſicut Antoninus Diana, vt bene aduertit Leander, *ſup. diſput.* 7. *quæſt.* 11. *in editione nouiſſima Lugdunenſi.* Noto, & ego, apud Patrem Sà non reperiri verba illa, quæ inſeruit Anonymus [Peccata practicè dubia,] quæ extra rem omnino ſunt, & ineptè adiecta. Dubium enim, circa peccata commiſſa, practicum eſſe non pôteſt, vt terminos percipienti notiſſimum eſt.

3. Vnde, iuxta citatos Doctores, dubitans de lethali commiſſo, ſi probabiliter ſe iudicet in ſtatu gratiæ per contritionis, aut aliorum peccatorum cófeſſionem præmittat, poterit ad communionem accedere. [practicè deponendo dubium] hoc eſt: formando iudiciũ probabile, quòd cum dubio ſpeculatiuo circa peccatum commiſſum, liceat, non præmiſsâ illius confeſſione communicare. Sicut dubitanti, an res, quam bonâ fide poſſidet, ſit aliena? Licitum eſt illam retinere, quia cum eo dubio ſpeculatiuo, rectè cópatitur iudicium practicum, de retentione licita, iuxta communem Doctorũ ſentétiam. Nam vt bene ait, M. Corradus 2. *par. Reſp. q.* 181. [Licet agere contra

ſpeculatiu

ſpeculatiuum dubium, non contra practicum. [Quod tradit etiam Franciſcus Galleti, *in Margarita caſuum verb. dubium.* Vbi ſic [Dubium ſpeculatiuum, & practicum differunt. Illud eſt ex parte rei, an ita ſit. Hoc verò conſiſtit, quodnam licitum, & faciendum? Manente ſpeculatiuo, poteſt ceſſare practicum, & conſcientia eſſe tuta. Exemplum: dubitat mulier, an vir, cui nupſerit, ſit eius vir; tamen habet hoc iudicium certum, quod tenetur illi petenti reddere debitum. Ita Salon, *fol. 178. quæſt. 5. artic. 6. concl. 2.*] Hæc Galleti. Ex quo principio M. Acacius de Velaſco, *tomo 1. reſol. moral. verb. Euchariſtia, reſolut. 303. num. 6.* defendit, dubitanti, an poſt mediam noctem comederit, licitum eſſe communicare, quod tenent plures ad ipſum. [*Muy prouable* (inquit) *es la opinion que dize que ſi, con tal que deponga la duda practica, aunque quede la eſpeculatiua.* [Ex quibus ſic argui poteſt pro opinione P. Sa, ſicut, qui comedit poſt mediam noctem, non poteſt eo die communicare, ita qui peccauit lethaliter, non poteſt abſque præuia confeſſione. Sed qui dubitat an comederit, poteſt, deponendo practicè dubium, quamuis maneat ſpeculatiuum, eo die communicare, ergo qui dubitat an peccauerit poteſt deponendo practicè dubium, quamuis maneat ſpeculatiuum, abſque præuia confeſſione communicare.

4. Ideo eius ſententiam in terminis etiam ſequitur, & exponit Philibertus Marchinus, *de Sacram. Ordinis, tract. 2. part. 3. cap. 1. num. 17.* per hæc verba. [Si tale dubium ante celebrationem, vel communionem deponat, ſequens opinionem Doctorum probabilem, quod in dubio æquali poſſit quis deponere conſcientiam ſuã. & ſequi quam partem velit, non ſecus ac in materia voti, & reſtitutionis, tunc vterque excuſatur, ſi abſque præuia confeſſione celebret, aut communicet, &c. Quia eligens *ſupra* relatam opinionem probabilem, iudicium intra ſe habet, quod in tali dubio æquali; poſſeſſio ſtat pro libertate ſua, non pro Sacramento] Hæc Marchinus, cuius fundamentum æque probat in dubio inæquali: vt in materia voti, & reſtitutionis docent communiter Theologi deobligantes, etiamſi magis inclinet votum emiſiſſe, aut rem, quam poſſidet, eſſe alienam. Vt videre eſt apud Dianam, *2. p tract. 1. Miſcel. reſ. 9 & 10. & 3. p. tract. 6. Miſcel. reſol. 50. & 4. p. tract. 3. reſol. 12. & 26.*

5. Hanc opinionem benignam fateor; ſed neſcio, an benignior ea, quæ non ſolùm dubitanti, ſed certiſſimè etiam ſibi conſcio de culpa lethali concedit, licitum eſſe omiſſa confeſſione, Euchariſtiam ſumere, etiam præſente idoneo confeſſario, ſi ſperatur idoneior, cui deuotius, & ſecurius cõfiteatur. Quam amplectuntur Paludanus, Syluester, Armilla, & alij, vt ex eodem Prædicatorum Ordine, referũt M. Ledeſma *de Euchariſtia, cap. 11.* & M. Ioannes de la Cruz, *de Euchar. q. 5. concl. 2.* & ipſi non improbant. Quod miror: quia in Con. Trid. *ſeſſ. 13. c. 7. & Can. 11.* Sic lego. [Statuit, ac declarat Sancta Synodus illis, quos conſcientia peccati mortalis grauat, quantumcumque etiam ſe contritos exiſtiment, habitâ copiâ Confeſſoris, neceſſariam eſſe confeſſionem Sacramentalem]

6 Sed ne omittas videre Eminentiſſimum Caietanum, & M. Bartholo-

chior Canus, ex Prædicatorum Ordine Epiſcopus Canarienſis, in defenſionem Eminentiſſimi Caietani; cuius doctrinam damnatam in Concilio, mordicus (vt legiſti) negat. Cum tamen alios in ea reperiri errores, vel inuitus fateatur, *libro 7. de Sanctorum authoritate, cap. 1. concluſ. 5. numero* 10. Vbi ſic ait. (Ego virum hunc, vt ſæpè aliàs teſtatus ſum, ſemper feci maximi. Longum autem eſt, hominis commendare, ſiue eruditionem, ſiue ingenium: moleſtum etiam vniuerſa ipſius opera commemorare. Illud breuiter dici poteſt, Caietanum ſummis ædificatoribus Eccleſiæ parem eſſe potuiſſe, niſi quibuſdem erroribus doctrinam ſuam, quaſi cuiuſdam lepræ admixtione, fœdaſſet, vel curioſitatis libidine affectus, vel certè ingenij dexteritate confiſus.] Hæc ille. Eadem ex eadem familia notat etiam Illuſtriſsimus alter M. Ambroſius Catherinus, Minorenſis Epiſcopus, *in Epiſtolam Pauli ad Hebræos verſiculo Per quem fecit, & omnia*, §. *Quo in loco.* Vbi de quibuſdam aliis Caietani opinionibus loquens, ait [At in Caietano non eſt diſſimulandum, vt caueant, qui illius doctrinæ ſunt dediti, ne in pernicioſos imprudenter labantur errores.] Nec minus acriter Caietanum perſtringit ſodalis alter Bartholomæus Spina, Magiſter Sacri Palatij, *tom. 1. Opuſcul. in Prologo ad lectorem*, dicens. [Me ſuam magis totius, inquam, noſtræ Religionem vexationem redemiſſe cognoſcant, quâ profectò notaretur vna cum illo deuio tota pariter deuiaſſe, niſi ſaltem vnus omnium vice mundo patefaceret, viâ rectâ, Sancto Thoma duce, alios incedere, à qua ſolus hic nimium ſibi credens longè aberrauit contempto quippe Magiſtro Clariſſimo, quin etiam, quod incredibile indicaſſent omnes, niſi verba teſtarentur in fronte Geneſis, omnium Sanctorum Doctorum torrenti virtutum, ſapientiæ, gratiæ efficaci, ſenſum ſuum proteſtatus oppoſitum pro voto. Nil mirum, ſi per abrupta vagus, hinc inde varios in errores corruiſſe. Illius nolint, qui verè ſapiunt, partes tueri, qui gloriam noſtram commaculare contendit.] Hactenus Mag. Spina.

8. Sed valdè miror domeſticos tam vehementer exarſiſſe in Eminentiſſimum Caietanum; virum, ſane omnibus numeris abſolutum, ingenij amœniſsimi, ac copioſâ litterariâ fœturâ prænobilem. Cuius ſuggillationi parcere potuiſſent, attribuentes hæreticis errores, qui eorum induſtria in illius opera irrepſerunt. Quod poſtea, nonnullis recenſitis, iure præſtitit Supremum Sanctæ Inquiſitionis Hiſpaniarum Tribunal, *in Expurgator. anno* 1640. In gratiam tanti viri ſubnectens. (Quædam vero alia, quæ notari poſſe videbantur, tanti Doctoris authoritati, & tempori in quo ſcripſit; itemque viriatis editionibus magis, quam errori adſcribenda ſunt.) Hæc ibi pro Caietano, quem alij Scriptores ſummis laudibus efferunt Cardin. Bellarminus, *de Scriptor. Eccleſiaſt.* ait [Thomas de Vio, patria Caietanus, &c. Vir fuit ſummi ingenij; nec minoris pietatis.] P. Herice, 1. *part. in Prologo.* [Caietanus Medulla Thomiſtarum, non ſine eius ſcholæ gloriâ, putatur,] & ſic alij.

ſupplicio afficiendis negetur Euchariſtiæ perceptio, non eſt ergo iure diuino ſub finem vitæ frequentanda communio. [Quid clarius? Et *infra* (Quando ergo, inquies, ſi non in mortis articulo, lex diuina de ſuſcipienda Euchariſtia obligat?] Sic ille. Sed reſolutionem ab aliis accipiamus. Mag. Martinus de Ledeſma *vbi ſupra* (Stando, inquit, in ſolo iure diuino, ſufficit ſolum ſemel in vita communicare.) Pro qua ſententia, adducit M. Vigucrium, & M. Sotum. M. Corradus, *1. p. Reſp. q.* 56. Et ipſe non diſſentit *p. 2. Reſp. q.* 227. Vbi ait, (Sumere Sacramentum Communionis in articulo mortis, forte non eſt præceptum diuinum; ſed bene eſt de iure diuino ſumere illud in vita.) Et expreſsè tenent non pauci apud Leandrum, *to. 2. de Euchar. tr. 7. diſp. 2. qu. 3.* Vbi ſic ait. [An hoc præceptum diuinum ſumendi Euchariſtiam ſolum obliget ſemel in vita? Affirmant Paludanus, *diſt. 9. q. 1.* Ledeſma 1. *p. 4. q. 21. artic.* 11. Caietanus *verb. communio*, & Victoria, *qu.* 86.]

3. Adduntaiij, nullum dari præceptum diuinum Communionis; ſed tantum Eccleſiaſticum; ac proinde, ſecluſo præcepto Eccleſiæ, non peccaturū, qui in tota vita non communicaret. Ita Alexander, Carthuſianus, Gabriel, Graſſius, Chamerota, & alij apud Leandrum *ſup. q.* 4. & apud Dianam *part. 9. tract. 9. reſ.* 46. &, quod magis, ita tenuit D. Thom. *in 4. diſt. 9. q. 1. art.* 1. licet poſtea retractauerit, vt notat Caietanus 3. *p. art. queſt.* 80. *art.* 11. dicens. [Author *in 4 ſententiarum diſtinct. 9. queſtione* 1. *artic.* 1. tenet communionem non eſſe ex Chriſti, ſed ex Eccleſiæ præcepto neceſſariam. Sed tutior apparet via Authoris hic, quamvis cogens ratio non appareat.] Hæc Caietanus. Sed Angelico Præceptori ad mutandam ſententiam cogens apparuit ratio, inquit enim. *Vbi ſupra* (Manifeſtum eſt, quod homo tenetur hoc Sacramentum ſumere, non ſolum ex ſtatuto Eccleſiæ, ſed ex mandato Domini.) Vnde miror, quod Caietanus hæſitauerit cum D. Thomas, poſt rem maturius conſideratam, dixerit eſſe manifeſtum. Et magis; quod Syluester oppoſitum expreſsè teneat *verb. Euchariſtia*, 3. §. 1. dicens. (Quia ſumptio Euchariſt. non eſt de neceſſitate ſecundum ſe, ſed ex ſtatuto Eccleſiæ, ſecundum D. Thom. *in 4. diſtinct. 9.* Ideo verius eſt hoc (nimirum omittere communionem in articulo mortis) non eſſe mortale.) Hæc ille, ſed non abſque iniuria vtitur principio, quod tanquam falſum retractauerat D. Thomas. Vnde Valentia, *diſputat. 6. queſtio.* 8. *punct.* 4. dixit. [Iam nullum Catholicorum contrarium dicere.] Extant enim verba præcepti Chriſti Domini, Ioannis 6. *Niſi manducaueritis Carnem Filii hominis, &c. Non habebitis vitam in vobis.*

4. Nec audiendus eſt Caietanus, de cuius ſententia Mag. Ambroſius Catherinus, *in Annotationibus, lib. 3. de Sacram. Euchar.* ſic fatur. [Circa Sacramentum Euchariſtiæ, quod *in commentario ſuper 3. part. q.* 80. *art.* 12. Et *ſuper Ioannem c.* 6. concludit, ſcilicet illa Domini verba. *Niſi manducaueritis, &c.* Non attinent ad Sacramentalem manducationem; Propter inſtantē, & horribilem hæreſim, annotare compulſus ſum. Quoniam, & in hanc ſententiam conuenere Lutherus, & cæteri Hæreſiarchæ noſtri temporis, contra communem Sanctorum & Theologorum ſententiam.] Hæc Mag. Catherinus.

PROPOSITIO V.

Succus elicitus ex vuis paſsis eſt materia ſufficiens conſecrationis. Amicus Ieſuita *in curſu Theologico*, *tomo* 7. *diſputat.* 16. *ſect.* 3. *numero* 34.

1. ¶. HÆc propoſitio, eſt concluſio deducta ex communi doctrina aſſerenti, muſtum eſſe materiam conſecrationis. Quam cum Angelico Præceptore defendunt eius Diſcipuli, Sotus, Ledeſma, Tabiena, Victoria, & innumeri alij, quos citatos ſequitur Leander à SS. Sacramento, *tom.* 2. *tract.* 7. *diſput.* 8. *quaeſt.* 32 & 33. Vbi notat Sotum, cum D. Thom. inſinuare, non eſſe mortale, etiam extra caſum neceſsitatis, in muſto conſecrare. Cum autem ſuccus ex vuis paſsis extractus eiuſdem ſit ſpeciei cum muſto, aut vterque, aut neuter materia conſecrationis erit. Nec obſtat, quod vuæ in aquam immerſæ fuerint: tum quia poſt immerſionem, poſſunt in vinum excoquendum exprimi: tum quia, vel nil aquæ ebibunt, vel adeo minimum, vt ſpeciem muſti non magis corrumpat, quam aqua immiſta vinum conſecrandum. Quando autem miſtio tanta non eſt, vt muſti, aut vini ſpecies mutetur, materia conſecrationis eſt, vt cum M. Paludano, docet M. Tabiena, *verb. Eucharist. num.* 19. Vbi ſic ait, [De Clareto vino (Hiſpanè Hypocras) dicit idem Petrus de Palude. Quod ſi, propter virtutem ſpecierum, & mellis admiſti, ſpecies vini mutata eſt, confici non poteſt, alias ſic. Sed non debet quia ſola admiſtio aquæ, & non alterius liquoris fieri debet.] Hæc ille. quem ſequitur. Ledeſma, *tom.* 2. *de Euchar. cap.* 4. *concluſ.* 15.

2. Deducitur etiam opinio Patris Amici, ex Doctrina D. Thomæ, 3. *part. quæſtio.* 66. *articul.* 4. *ad* 2. Vbi de aqua, quæ eſt materia Baptiſmi loquens, ſic ait. [Aqua non deſinit à ſpecie aquæ, niſi forte facta ſit tanta reſolutio corporum lixatorum in aqua, vt plus liquor habeat de aliena ſubſtantia, quam de aqua.] Sic Angelicus Doctor. Quem omnes Thomiſtæ ſequuntur. Cum igitur muſtum in vuis paſsis incluſum non plus habeat de aliena ſubſtãtia, quam de propria; fateri neceſſario debemus, in doctrina D. Thomæ, diſcipulorum eius, ſpeciem muſti ſolutam non eſſe, & conſequenter materiam eſſe conſecrationis. Quapropter iure optimo Diana, *part.* 7. *tractat.* 11. *reſolut.* 8. opinionem Patris Amici tanquam probabilem admittit, dicens [Ego audiui à viris fide dignis, quos ex vuis optimum elicitur vinum, licet apponantur vuæ paſſæ intra aquam, niſi eſſet aqua in maxima quantitate.] Quod prædixerat Amicus, *vbi ſupra* [Secus, inquit, ſi ob nimiam ſiccitatem, opus eſſet, ad exprimendum humorem, nimia copia aquæ; qui tunc amitteret rationem communis, & vſualis vini.] Et conſequenter non eſſet materia conſecrationis.

PROPO

PROPOSITIO VI.

Hoſtiæ rubeæ, quibus litteræ obſignari ſolent, ſunt materia Sacramenti Euchariſtiæ. Antonius Perez Ieſuita, *apud Dianam, part. 7. tract. 12. reſol. 8.*

1. ℞. PRædictus Ieſuita hanc ſententiam probabilem eſſe reſpondet, non abſolutè, ſed cum limitatione, ſub qua conſultus fuit à Diana, nimirum quando ſubſtantia, quæ tritico immiſcetur, exigua eſt, & inſufficiens ad mutandam ſpeciem tritici. [Equidem, inquit, per ea quæ adducit D. Thomas 3. *p. q. 74. art.* 3. *ad* 3. & *ibi* Ioannes Præpoſitus, *num.* 24. ſi cinnabrium apponatur in notabili quantitate, non eſſet materia conſecrationis: ſecus autem ſi parum apponeretur: nam in iſto caſu non irritaretur conſecratio, quamuis eſſet illicitum, cum talibus hoſtiis conſecrare. Et ita hanc ſententiã probabilem eſſe tenet acutiſſimus, & ſapientiſſimus Pater Antonius Perez, Societatis Ieſu de hac te à me conſultus] ſic Diana.

2. Hæc ſententia ſic explicata videtur mihi expreſſa Paludani, Tabienæ, & Ledeſmæ, in ſimili de vino conſecrabili, vt vidimus *Propoſitione præcedenti.* Eſt etiam D. Thomæ in ſimili de aqua, quæ eſt materia Baptiſmi. Vt videre eſt 3. *part. qu.* 66. *art.* 3. & 4. ibi (In qualibet aqua qualitercumque transmutata, dummodo non ſoluatur ſpecies aquæ poteſt fieri Baptiſmus.) Ergo, & in quolibet pane triticeo, dummodo non ſoluatur ſpecies panis, poterit conſecrari. Hæc autem non ſoluitur, ſecundum D. Th. niſi plus habeat de aliena ſubſtantia, quam de propria, vt de qua Baptiſmi tradit *ſupra.* Quem cum reliquis Thomiſtis, ſequitur Syluester, *verb. Baptiſmus* 2. *num.* 3. Vbi ſic ait. (Veritas autem eſt, quam docet D. Thomas, *ſupra ad* 2. dicens, quod admiſtio Chriſmatis non ſoluit ſpeciem aquæ, niſi plus liquor habeat de aliena ſubſtantia, quam de aqua.)

3. Et in propriis ferè terminis rem noſtram definit D. Thom. *in ſecundo ſcripto ſuper libros ſententiarum, libro* 4. *diſtinct.* 11. *artic.* 2. ibi (Ad ſecundum de permiſtione dicendum, quod aut tanta eſt miſtio, quod trahitur triticum ad ſpeciem alienam, &c. Et tunc non poteſt in eo confici, aut manet ſpecies triticei panis, quando virtus tritici præponderat, & tunc poteſt.) Quid clarius? Idem tradit 3. *parte, quæſtio.* 74. *artic.* 3. *ad* 3. ibi. (Dicendum quod modica permiſtio non ſoluit ſpeciem, quia id quod eſt modicum quodammodo aſſumitur à plurimo. Si vero ſit magna permiſtio; puta ex æquo, vel quaſi, talis permiſtio ſpeciem mutat. Vnde panis ex inde confectus non erit debita materia huius Sacramenti.) Hæc D. Thomas, cuius veſtigiis inſiſtunt diſcipuli, M. Tabiena, *verb. Euchariſtia, numero* 9. (Si vero, inquit, ſit magna permiſtio, puta ex æqualibus, vel quaſi, panis inde confectus non erit materia huius Sacramenti. Hæc D. Thom. Conſentit Petrus de Palude, & alij communiter.)

M. Corradus,

Digitized by Google

M. Corradus, 2. *part. Reſponſ. quæſtio.* 241.) Si cum tritico modica particula alterius materiæ miſceatur, ita quod ſpecies tritici non ſit ſoluta, poterit confici hoc Sacramentum, alias minimè. Ita D. Thomas, & alij Doctores quamplurimi.) Quapropter concludit Syluester, *verbo Eucharistia, 3. numero* 2. dicens. (Ex quibus patet ſecundum omnes, quod confici poteſt ex pane, in quo cum tritico ſint alterius generis grana, niſi tanta ſit additio, quod ſoluatur ſpecies tritici.) Ergo, ſecundum omnes, poteſt confici ex pane, in quo cum tritico ſint admiſta grana cinnabrij, à quibus rubeo ſuperfundatur colore, niſi additio ſit tanta vt ſoluatur ſpecies tritici. Videtur apertum. Ex quibus conſtat opinionem, quam probabilem dixit Antonius Perez, non ſolum in ſemine, ſed formaliter à ſapientiſſimis Magiſtris, iamdiu, fuiſſe traditam.

4. Aduerte tamen, panem debere eſſe confectum ex aqua naturali. Ita Syluester, *verb. Euchariſt.* 1. *numero* 2. Vbi ſic ait. (Quæritur primò. Quæ ſit materia huius Sacramenti? & dico ſecundum D. Thomam, & communiter omnes Sanctos, quod eſt panis triticeus aqua naturali confectus.) Et *infra.* (Non autem confici poteſt ex pane tritici confecto ex aqua roſacea, vel endiuiæ; ſed tantum ex aqua naturali. quia vt docet D. Thomas aqua eſt de compoſitione, & ſubſtantia panis.) Hæc ille. Verum quòd panis ex aqua artificiali confectus, vt ex herbarum ſucco, ſit etiam materia conſecrationis tradit contra D. Thomam, Caietanus, 3. *part. quæſtion.* 74. *articul.* 3. & apud Sotum *in* 4. *diſtinct.* 9. *quæſt. vnica, artic.* 6. §. *Caietanus.* (At verò hæc opinio, inquit Sotus, non eſt tota.) Addit inſuper Caietanus, vt refert Sotus *sup. artic.* 5. (Nil eſſe curandum ex quibus frumentis fiat panis, dum tamen panis ſit.). Cæterùm in Concilio expreſsè decernitur, quod materia huius Sacramenti eſt panis triticeus. (Cui certè, ait Sotus, gloſſa Caietani, non ſatis gratè maritatur, ſic illuſi intelligentis, quod non ſit ſola illa materia, ſed quod ſit principalis, & apud omnes certa, & indubitata.) Hæc ille, cuius ſententiam, contra Caietanum, tenet D. Thom. *in* 4. *diſt.* 11. *artic.* 2. *ad primam quæſtionem* dicens, [Non poteſt confici niſi de pane triticeo, cuius cauſa eſt diuina inſtitutio.] Et hoc eſſe de fide, tradit Leander à SS. Sacram. *tom.* 1. *de Euchariſt. diſp.* 8. *qu.* 1.

5. Circa huius Sacramenti inſtitutionem Innocentius III. (vt habetur *libro de Sacro Altaris myſterio, capite* 6. *circa finem*) inquit. [Sanè poteſt dici; quod Chriſtus virtute diuina confecit Sacramentum Euchariſtiæ, & poſtea formam expreſſit, ſub qua poſteri benedicerent.] Sed D. Thomas 3. *parte, quæſt.* 78. *art.* 1. *ad* 1. [Contra hoc, inquit, ſunt expreſsè verba Euangelij Vnde prædicta verba Innocentij ſunt opinatiuè magis dicta, quàm determinatiuè.

6. An vero hoc Sacramentum Chriſtus inſtituerit poſt benedictionem panis? Negat D. Thomas, *vbi ſupra.* Sed in Concilio Tridentino *ſeſſ.* 13. *c.* 1. Sic dicitur [Maiores noſtri omnes, quotquot in vera Eccleſia Chriſti fuerunt, qui de Sanctiſſimo hoc Sacramento diſſeruerunt, apertiſſimè profeſſi ſunt, hoc tam admirabile Sacramentum

Sacramentum Redemptorem noſtrum inſtituiſſe, cum poſt panis, vinique benedictionem, ſe ſuum ipſius Corpus illis præbere, & ſuum Sanguinem, diſertis, & perſpicuis verbis teſtatus eſt.] Sed circa horum cohærentiam, vide ſapientiſsimum Mag. Ioannem à Sancto Thom. *tom. 1. in 1. part. diſp. 2. proœmiali, de doctrina D. Thomæ.* Genuina vero ſolutio, ex verbis D. Thomæ numero præcedenti relatis, petenda eſt. Nec enim omnia determinatiuè Angelicum Doctorem ſcripſiſſe credendum eſt.

EX TRACTATV DE MATRIMONIO.

PROPOSITIO I.

Pater Sa Ieſuita *in 4. editione verb. Sacramentum num. 1. Sic Scribit. (Fortè etiam accipere Sacramentum Matrimonii in peccato non eſt tale peccatum.) Vbi vt patet non loquitur de contrahentibus, quatenus ſunt Miniſtri; ſed quatenus Sacramentum recipiunt.*

1. 4. HÆc opinio, quam dubitatiue tradidit P. Sà, fundari potuit, in doctrina aliquorum aſſerentium Sacramentum Matrimonii non conferre gratiam quam tenuere Durandus, Gaufredus, Hoſtienſis, Bernard. & Gloſſa, apud Sotum *in 4 diſt. 26. q. 2. art. 5. §. de hac quæſtione.* Quorũ ſententiam putarunt probabilem D. Thõ. D. Bonauen. & Scotus, vt refert M. Sotus *ſup. §. Hic autem ſacramentalis gratia,* Vbi ſic ait. [Canoniſtæ opinantes Matrimoniũ non conferre gratiam, non ſunt de hoc condemnati, nec Durandus eorum Patronus. Imò verò D. Thomas, D. Bonauentura, Scotus, & reliqui ſolã aiũt, affirmatiuam ſententiam eſſe probabiliorem.] Hæc Sotus. Quibus adde Magiſtrum Paludanum *in 4. diſt. 26. q. 1. n. 3.* Vbi ſententiam Durandi dicit eſſe probabilem. Huic forſan innixus principio non nemo eam opinionem, etſi cum formidine docuit. Quia Si Matrimonij Sacramentum gratiam non conferret, qui in peccato reciperet, nullum poneret obicem, in quo peccati grauitas ſtare poterat.

2. Hoc verò fundamentum ſuſtineri non poteſt; tum quia, inquit, Sotus *ſupra.* [Quamvis hoc non ſit in Sacris Bibliis, vel in ſacris Conciliis expreſſum, tamen ægrè defenſari poteſt, non eſſe erroneum, imò hæreticum id negare,

negare: ſaltem eſt temerarium, & valde periculoſum] tum: quia vt benè ait Thomas Sanchez, *to.1. de Matrim. lib.2. diſp.10.* [Matrimonij Sacramentum conferre gratiam, poſt Conc. Tridentinum, eſt de fide, vt conſtat *ex ſeſſione 7. Can.7. & 8. & ſeſſ.24. Can.1.* [Si quis dixerit, ait Concilium, matrimonium non eſſe verè, & propriè vnum ex ſeptem legis Euangelicæ Sacramentis à Chriſto Domino inſtitutum, neque gratiam conferre, anathema ſit.] Vnde fit. 1. audiendum non eſſe Mag. Canum, *de locis lib. 8. cap.5. §. Pœnitentia, & ſequentibus*, mordicus defendentem: Matrimonium fidelium ſine ſacris cæremoniis, & Eccleſiæ Miniſtro contractum; (etſi validum vt Galliæ, & vbi Conc. Trident. receptum non fuerit) non eſſe Sacramentum. Cuius opinionem temerariam eſſe dicunt Bellarminus, *lib.1. de Matrim. cap. 6. & ſequentibus*. & Manuel Rodriguez, *tom. 1. ſumma, in 2. editione capite 216. numero 3.* Fit ſecundò admittendam non eſſe opinionem Patris Sà, vt *ſupra* expoſitam; quam Ieſuitarum nullus amplexatur, ſicut nec, M. Soti ſententiam *in 4. diſtinct. 27. quæſtio.1. articul. 3. §. ad 2.* Vbi tradit, quod accipere per procuratorem Matrimonij Sacramentum in peccato mortali, non eſt tale peccatum, [Dum neuter ſcit prorſus, quando alter eſt conſenſurus.] Quem ſequitur Mag. Ludouicus Lopez, vt refert Sanchez *ſup. diſput.11. num. 30.* [Nam (vt bene ipſe notat) Sacramenti ſuſceptio obligat, ad debitam diſpoſitionem, ſub lethali culpa, & ita, vel tenetur non mittere procuratorem, vel toto eo tempore diſpoſitum eſſe, quo probabiliter is contracturus eſt.] Secus verò dicendum, ſi matrimonium inter abſentes non eſſet Sacramentum, vt defendunt Caietanus Canus, Viguerius, Victoria, Ledeſma, & alij, apud Sanchez, *ſupra n.26.* Verum contrarium prorſus cum illo tenendum eſt.

3. Accepi ego à Sapientiſsimo Viro Coætaneo, Patri Sà ſummæ textum mendoſum eius, quia eius opinio fuit. (Quod fortè accipere per procuratorem Matrimonij Sacramentum in peccato, non eſt tale peccatum.) Quæ eſt doctrina M. Soti ſupra relata. Amanuenſis verò, aut Typographi incuria omiſſum fuiſſe ly (per Procuratorem.) Quod mirum non erit legenti decretum Gratiani *in editione Lugdunenſi, anno 1624. Vbi in Prologo ad lectorem* dicitur. (Firmum fidei noſtræ propugnaculum, D. Thomæ ſummæ Genneuenſium calcographorum infectum attramento, ſexcentis fuiſſe denigraram locis, vt non nemo paulò poſt oſtendit.) Et de mente Patris Sà minus dubitare poterit, qui aduerterit, in alia eius ſumma ex antiquis, ſic ſcribi. [Quidam ignorantes matrimonium contrahentes in peccato mortali, (attende ob ignorantiam excuſantur à peccato mortali.) Sentit ergo apertè tale peccatum eſſe, ex ſuo genere.

4 Adnotare hîc non deſinam ſummam Patris Sà, de mandato Supremæ Hiſpaniarum Inquiſitionis expurgatam, anno 1632. Vnicam tantum opinionem, [Quam ex Paludano, Syluestro, Armilla, Tabiena, Turrecrementa, Petro de Soto, D. Antonino, & aliis tradiderat] de abſolutione ſcilicet abſentis, continuiſſe expungendam. Vt *in prædicto expurgatorio, indice*, his verbis notatur. (Alia autẽ omittuntur, quæ neque ad Sancti Officij

Officij iudicium ſpectare, neque grauem offenſionem habere videntur.] Sed ad rem noſtram.

5. Quamuis accipere matrimonium in peccato lethali, tale peccatum ſit, (etiam quando per Procuratorem,) vt prorſus tenendum, inquit, Sanchez, cum communiori Theologorũ ſententia, *diſput.* 11. *numero* 27. Peccatum tamen mortale non erit, in peccato accipere Subdiaconatum, vel Diaconatum, iuxta opinionem Durandi, qui (vt refert Sotus *in* 4. *diſt.* 24. *quæſtio.1.artic.* 4. §. *Hinc fit.*) aſſerit. [Solum Sacerdotium eſſe Sacramentum Ordinis, & reuera, inquit Sotus, qui opinionem Durandi ſuſtinere vellet, non eſſet magna reprehenſione dignus. Nihilominus non eſt tam facile à communi antiquorũ opinione deflectendum, eſſet enim nonnulla temeritatis nota.] Hæc Sotus Sed Durandi opinionem acrius reiicit, M. Ioannes de la Cruz, *in directorio,2.part. Vbi de Sacram. Ordinis,dub.* 1. dicens. [Eſſe oppoſitam Conciliis Florentino, & Tridentino, *ſeſſ.* 23. *c.* 2. Vbi dicitur Subdiaconatum, & à fortiori Diaconatum pertinere ad Ordines maiores iuxta Doctrinam Sanctorum, & Conciliorum.] Cæterùm opinionem Durandi amplectitur Caietanus, *tom.* 1. *Opuſc.tract.*11.*&* 3.*par. qu.* 64. *art.* 3. & probabilem putant, Victoria *de Sacram.num.*216. *&* 235. Ledeſma 2. *parte* 4.*quæſt.* 40. *art.* 1. & alij. Quapropter nimis rigidè loquuntur Doctores nonnulli, qui aſſerunt, contrariam eſſe de fide. Videatur Leander, *tom.* 2. *tract.6.de Ordine, diſp.* 1. *quæſt.* 7. *&* 8. *& quæſt.6.* Vbi probat, cum D. Thom. & aliis, quatuor minores Ordines, eſſe etiam vera Eccleſię Sacramenta [Quia id, inquit, clarè colligitur ex Concilio Florentino in litteris Eugenij, & ex Conc. Tridentino, *ſeſſ.* 23. &c. Et Bieſcas docet contrariam ſententiam ad minus eſſe improbabilem, &c. Et Henriquez dicit oppoſitum à Guido reputari errorem, &c. Archangelus abſque temeritatis nota non poſſe affirmari, & Peſantius probabilius eſſe hanc noſtram ſententiam eſſe de fide.] Hactenus Leander. Alij tamen non infimæ notæ apud illum contrariam ſententiam tuentur, iuxta quam non erit peccatum mortale recipere quatuor minores Ordines in peccato.

6. Inſuper non erit lethale, accipere in peccato Epiſcopatum, iuxta opinionem D. Thomæ *in* 4. *diſt.* 24. *qu.*3. *art.*1.*in corp.* Vbi ait. [Epiſcopatus non eſt Ordo] & iterum *ad* 2. Epiſcopatus non eſt Ordo, ſecundum quod Ordo eſt quoddam Sacramẽtum] Quamuis M. Petrus de Soto, *de Sacram.Ordinis, lect.* 4. non veritus fuerit dicere, contrariam ſententiã eſſe de fide [Epiſcopatus, inquit, cenſendus eſt verus Ordo, & hoc antiqua omnia Concilia, & PP. teſtantur, Epiſcopum ordinari. De Sacerdotis verò Ordine nullus vnquam dubitauit. Quare hoc vt minimum certa fide habendum eſt, quemlibet horum duorum Ordinum verum eſſe Sacramentũm.] Hæc Sotus.

PROPOSITIO II.

Religioſus profeſſus, qui iudicio ſibi probabili crederet, ſibi factam à Deo reuelationem, de diſpenſatione ad contrahendum matrimonium, poſſet licitè contrahere. Salas Ieſuita, l. 2. *tractat.* 8. *diſput. vnica, ſect.* 5. *n.*51. [Quæ verba in 1. ſolum editione reperiuntur, & in aliquibus tantum voluminibus, non in omnibus, licet eiuſdem impreſſionis.]

1. n. PRima huius Authoris editio facta ex Barcinone, anno 1607. & cum plurima eius volumina euoluerim, nullum inuenire potui, in quo reperiantur. Sed inuenio in calumnia ſatisfactionem. Quæ enim maior, (fide gratis, adhibita) quam opinionem in ipſomet prælo retractaſſe, eámque vix prima luce poſitam ſuffocaſſe? Sed quis inextinctam in aliquorum foliis conſulto reliquiſſe credat, & non magis Anonymum, ne de falſitate conuinceretur, id effinxiſſe? Sed quidquid ſit. Prædictæ opinioni anſam dare potuit, quæ apud doctiſſimos viget aſſerentes, vxorem probabiliter credentem mariti mortem poſſe licitè ad ſecundas nuptias tranſire. Etenim cum Profeſſi Religioſi non magis impediat primas, quam coniugium maritale ſecundas, potuit meritò dubitari, cur opinio probabilis, quæ pro ſæcularibus militat, Religioſis faueré non poſſet? ſtat pro antecedenti, D. Antoninus, 3. *parte tit.* 1. *capite* 9. Vbi ſic. [Secundo nota, quod ſi vxor credit virum mortuum, & contrahat cum alio, ſecundum Raymundum, ſi hoc credit ex probabili cauſa, excuſatur propter ignorantiam facti.] Et iterum *infra.* [Tertiò nota, quod ſi vir eius ad Sarracenos iuit, & regione longinqua, non poteſt, ſecundum Raymundum vxor contrahere cum alio; niſi de morte recipiat certitudinem, &c. (attende) aut veriſimiliter de morte præſumat. Extrau. Vt litteris non conſtet.] Hactenus D. Antoninus. Quem ſequitur Syluester, cum communi Doctorum, vt ipſe teſtatur *verb. Matrim.* 8. *quaſtion.* 13. Vbi citatis ex ſuo Ordine Raymundo, Petro de Palude, & D. Antonino, concludit. [Igitur, ſecundum Raymundum, & communem Doctrinam, dico, quod ſi credit ex probabili cauſa, excuſatur propter ignorantiam facti, & filij, ſi quos ſuſceperit, iudicabuntur legitimi.] Hæc ibi.

2. Nec ſibi contrarius eſt, dum paulo infra, ad ſecundas nuptias [Firmam credulitatem de morte coniugis.] requirit: firma enim credulitas idem eſt apud Thomiſtas, ac iudicium probabile. Vt videre licet apud Magiſtrum Serra 2. 2. *quæſt.* 33. *artic.* 7. Vbi explicans ea Diui Thomæ verba. [Niſi forte aliquis firmiter exiſtimaret.] Sic inquit. Niſi forte exiſtimaret firmiter, hoc eſt prudenter, & probabiliter.] Et ita ſe explicat ipſemet Angelicus Doctor, *quæſt.* 33. *citata, artic.* 2. *ad* 3. *& artic.* 8. Vbi tanquam ſynonymis vtitur his terminis

minis. (Firmiter exiſtimare & præſumere probabiliter.) Et conſonat Caietanus *in ſumma*, *verb. Iudicium temerarium*. Vbi ſic ait. [Si autem iudicat de peccato mortali, & non aſſertiuè in corde ſuo determinat, quãuis credat firmiter, & temerariè, non peccat mortaliter.] Non ergo ſibi contradicit Syluester dum iam opinionem probabilem, iam firmam credulitatem de morte coniugis ad ſecundas nuptias exigit: ſunt enim termini æquiualentes. Et quod opinio probabilis ſufficiat; tradit etiam nouiſſimè Thomas Hurtado, *tom.* 1. *tract.* 3. *capite* 3. *reſolut* 20. §. *Colligitur quartò*, citans Ancharranum, Antonium de Butrio, Præpoſitum, Menochium, & alios. Hæc forſan doctrina (vt dixi) genuit eam quam (ſi forte aliquando arriſit) meritò retractauit Author, tum quia degenerem, & à veritate prorſus alienam; tum quia contra Diuum Antoninum, Raymundum, Paludanum, Syluestrum, Thomam Hurtado, & ſequaces, militant, *capite in præſent. de ſponſalibus*, & *capite Dominus de ſecundis nuptiis*, ibi. [Nullus amodo ad ſecundas nuptias migrare præſumat, donec ei conſtet, quod ab hac vita migrauit coniux eius.]

3. An vero Pontifex diſpenſare poſſit cum Religioſo profeſſo ad contrahendum matrimonium? Affirmat D. Thomas *in* 4. *diſtinct.* 38. *quæſt.* 1. *artic.* 4. *quæſtio.* 1. *ad* 3. Vbi ſic. (Et ideò alij dicunt probabilius; ſi communis vtilitas totius Eccleſiæ, aut vnius Regni, vel Prouinciæ expoſceret, poſſit conuenienter, & in voto continentiæ, & in voto Religionis diſpenſari, quantumcumque eſſet ſolemnizatum) Hæc ille. Quem ſequuntur Durandus, Paludanus, D. Antoninus, Caietanus, Petrus de Soto, Catherinus, Martinus de Ledeſma, & fere centum Doctores, quos citatos ſequitur Thomas Sãchez *de Matrimonio*, *lib.* 8. *diſp.* 8. *numero* 6. quorum plures referunt ex hiſtoriis conſtare Pontifices variis vicibus diſpenſaſſe. Nihilominus hanc ſententiam retractauit D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 11. *in corpore*. Vbi ait, (Papa non poteſt facere quod ille, qui eſt Religioſus, non ſit Religioſus, licet quidam Iuriſtæ ignoranter contrarium dicant.) Et *infra* [Eſt autem debitum continentiæ eſſentiale ſtatui Religionis, per quem homo abrenuntiat ſæculo, totaliter Dei ſeruitio mancipatus, quod non poteſt ſimul ſtare cum matrimonio, &c. Et ideò in voto ſolemnizato per Profeſſionem Religionis non poteſt per Eccleſiam diſpenſari.] Hæc Angelicus Doctor, quem alij ſequuntur.

4. Ad quæſtionem autem de facto, reſpondet M. Corradus Dominicanus, 1 *part. Reſp quæſt.* 311. [Quidam dicunt Papam ſic feciſſe de facto, & aliis ſolutionibus adhibitis.) Dico 3. Quod etiam vidi Pontificem facientem maiora cum ſcandalo totius Chriſtianitatis. Vnde aliud eſt facere de facto, aliud determinare quod ita poſſit fieri de iure.] Hæc ille. Et ante illum Syluester, M Sacri Palatij *in ſum. verb. Votum.* 4. 5. *Quintò quæritur*; ex quo fideliter tranſcripſit M. Corradus. Sed irreuerenter quidem. Satis authoritati D. Thomæ conſuluiſſet, ſi reſponderet, Pontifices prudentiſſimè de facto diſpenſaſſe, contrariæ opinionis probabilitati innixos, quàm ipſemet Angelicus Doctor probabiliorem antea iudicauerat. Propter hæc, vel ſimilia celeberrimus ille vir, M. Ambroſius

Catherinus, ex eodem Illuſtriſſimo Ordine aſſumptus Minorenſis Epiſcopus, *lib. 1. diſp. pro Immaculata Conceptione, fol. mihi 52.* Sic ſcribit. [Ille igitur potius impugnat D. Thomæ doctrinam, qui ità pertinaciter illi inhæret, vt velit ad vnum, & minimum jota, pro illa contendere, & eius authoritatem æquare Scripturis, & ſuperiorem facere etiam Pontificum decretis, & ita ſe præbere doctis ludibrio, hæreticis occaſionem porrigere blaſphemandi in illam; æmuliſque indignandi cauſam; in hoc noſtrum ſupercilium tam immodeſtum] Et nouiſſimè ex decreto Sanctæ Inquiſitionis publicato Matriti, die 17. Maij, anno Domini 1659. prohibitæ ſunt quædam concluſiones defenſatæ in ciuitate Lugrono, in Hiſpania die 25. Iulij anno 1658. ex eo, quod earum dedicatoria hæc contineret verba. [D. Thomæ Aquinati, &c. Cuius aſſeclæ in fide tuti, cuius impugnatores ſemper ſuſpecti de veritate habentur,] & prohibentur, (inquit edictum.) [*Por contener el titulo de las dichas concluſiones) palabras ſedicioſas, eſcandaloſas, y temerarias.*]

5. Non offendiſſet Corradus, ſi conſuluiſſet Mag. Canum *lib. 12. de locis Theolog. in proœmio*, vbi ex ſuo Magiſtro Franciſco de Victoria, præſcribit modum in doctrina D. Thomæ, ſequenda obſeruandum. [Theologo, inquit, nil eſt neceſſe in cuiuſquam iurare leges; maius enim eſt opus, atque præſtantius, ad quod ipſe tendit, quam vt Magiſtri debeat veſtigiis ſemper inhærere. Memini de Præceptore meo ipſo audire, (nempe Victoria) cum nobis ſecundam ſecundæ partem cœpiſſet exponere, tanti D. Thomæ ſententiam eſſe faciendam, vt ſi potior alia ratio non ſuccurreret, Sanctiſſimi, & Doctiſſimi Viri ſatis nobis eſſet authoritas, ſed admonebat rurſum: non oportere Sancti Doctoris verba, ſine delectu, & examine accipere. Imò verò, ſi quid aut durius, aut improbabilius dixerit, imitaturos nos eiuſdem in ſimili re modeſtiam, & induſtriam qui nec Authoribus, antiquitatis ſuffragio comprobatis, fidem abrogat; neque in ſententiam eorum, ratione in contrariam vacante, tranſit. Quod ego præceptum diligentiſſimè tenui,) & *infra*, Victoriam commendans, inquit (Vir erat ille natura ſua moderatus, at cum Diuo etiam Thoma, aliquando diſſenſit. Maioremque, meo iudicio, laudem diſſentiendo, quã conſentiendo, aſſequebatur: tanta erat in diſſentiendo reuerentia.] Hæc M. Canus *in editione Salmanticenſi, anno* 1563. Rectè ergo potuit M. Corradus, abſque iniuria D. Thomæ, ſeruatâ Pontifici Summo reuerentiâ debitâ. diſpenſationem in voto ſolemni factam approbaſſe.

6. Verùm quia huius quæſtionis reſolutio ex alia pendet, an ſcilicet voti ſolemnitas ſit de iure diuino, an ex ſola Eccleſiaſtica conſtitutione? Videamus, quid Doctores ſentiant. D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 8. *art.* 7. *ad* 3. ait votum ſolemne habere [Solemnitatem ſpiritualem, & diuinam.] Et M. Ioannes Martinez de Prado, *tom.* 2. *Theolog. moral. capite* 31. §. 2. *à numero* 23. dicit. (Eſſe communem Thomiſtarum, & innumeri, addit, Theologi antiqui, & recentiores, votum ſolemne ex natura rei, & iure diuino differre à ſimplici, vt indubitatum tenent.] Vnde §. 3. *numero* 43. concludit. [Aſſerendum igitur eſt, voti

ſolem

ſolemnitatem ſubſtantialem eſſe de iure diuino duplici titulo.]

7. Et contra vero, ſolemnitatem voti eſſe de ſolo iure Eccleſiaſtico, ſeu ex ſola Eccleſiæ conſtitutione, tradit Bonifacius VIII. Pontifex Maximus, *Sexto Decretalium*, *lib.* 3. *tit.* 15. *cap. vnico de Voto*, his verbis. [Quod votum debeat dici ſolemne, ac ad dirimendum matrimonium efficax? Nos conſulere voluiſti. Nos igitur attendentes, quòd voti ſolemnitas ex ſola conſtitutione Eccleſiæ eſt inuenta; matrimonij vero vinculum, ex ipſo Eccleſiæ capite, & rerum omnium conditore ipſum inſtituente, indiſſolubilitatem acceperit. Præſentibus declarandum duximus, illud ſolum votum dici ſolemne, quantum ad poſt contractum matrimonium dirimendum, quod ſolemnizatum fuerit, per ſuſceptionem ſacri Ordinis, aut per profeſſionem expreſſam, vel tacitam, factam alicui ex Religionibus per Sedem Apoſtolicam approbatis.] Hæc Bonifacius VIII. Et poſt illum iterum firmauit Gregorius XIII. in *Bulla Aſcendente Domino*. Vbi tria hæc præſtat. Primum, vim inhabilitandi ad matrimonium extendit etiam ad vota ſimplicia, poſt biennium in Societate emiſſa. Secundum definit. Eiuſmodi vota eſſe ſubſtantialia Religionis vota, & illa emittentes eſſe verè, & propriè Religioſos, non ſecus quam Profeſſos cuiuſcumque Religionis. Tertium, (voti ſolemnitatem ſola Eccleſiæ conſtitutione inuentam eſſe.) Primum, & ſecundum poſt difinitionem Gregorij indubitatum eſt, vnde corruit opinio M. Soti, *lib.* 8. *de iuſt. quæſt.* 5. *art.* 1. *concl.* 8. aſſerentis ſtatum veræ Religionis non poſſe conſiſtere abſque votis ſolemnibus.

Circa tertium (quia definitum non eſt, ſed vt fundamentum ad alia definienda præaſſumitur) dubitant adhuc Doctores. Quamuis F. Baſilius de Leon, Auguſtinianus vir doctiſſimus, *lib.* 7. *de Matrim. cap.* 7. dixerit. [Hac noſtra ætate ſine manifeſta iniuria Sedis Apoſtolicæ oppoſitum affirmari nequit.] Et Gabriel Vazquez 1. 2. *diſp.* 165. *cap.* 2. (Se non videre, qua ratione abſque vlla nota iam negari poſſit.) Et ſanè cum Bonifacius VIII. apertè dicat ſolemnitatem voti, in qua fundatur inhabilitas ad contrahēdum ex ſola conſtitutione Eccleſiæ inuentam eſſe, & huic fundamento vnicè innitatur ad definiendum quæ vota vim habeant dirimēdi matrimonium; Quodcumque aliud pro contraria ſententia adducatur, minoris ponderis eſſe debet. Quapropter hanc ſententiam defendunt ex Thomiſtis. Hærueus, D. Antoninus, Paludanus, Caietanus, & ex aliis innumeri, apud Prado *ſup. quæſt.* 3. §. 2. & apud Sanchez *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 26. *num.* 4. Vbi ſeptem ſupra quadraginta Doctores refert, & ſequitur.

8. Et ſane contrariæ ſententiæ fundamentum ad adſtruendum, ſolemnitatem voti eſſe de iure naturali, & Diuino, ſolidum aliquibus non videtur: nititur enim in differentia, quàm dicunt eſſentialem inter votum ſimplex, & ſolemne. (Quia votum ſolemne habet promiſſionem cum quadam traditione.) Vt ait D. Thom. *Quod l.* 3. *art.* 18. *& alibi*. Ex quo M. Sotus, *de Iuſt. lib.* 8. *quæſt.* 2. *art.* 5. §. *ſecunda opinio*. Sic ait. (Subſtantia ſolemnis voti à ſimplici hoc differt; quod ſimplex eſt tantum promiſſio rei tradendæ, ſolemne autem ſit traditio perſonæ.) Et M. Ioannes Martinez

de

de Prado, cum aliis, *ſup. cap.* 31 *quæſt.* 3. *num.* 23. [Quia votum, inquit, ſimplex ſolam dicit promiſſionem Deo factam, at verò ſolemne ſuperaddit actualem traditionem voluntatis in manus Dei, & Prælatorum. In qua traditione fundant indiſpenſabilitatem voti ſolemnis, & quod iure naturali, & Diuino matrimonium derimat. Sed ratio non vrget. Nam vota poſt biennium in Societate emiſſa ſunt ſimplicia, vt definit Gregorius XIII. in Bulla *Aſcendente Domino*, & tamen non ſolam promiſſionem, ſed traditionem etiam actualem in manus Dei, & Prælatorum includunt, vt expreſſè dicit ipſemet Pontifex *vbi ſupra*, dum definit conſtituere vere Religioſos. [Quippe qui per ea ipſa ſe Societati dedicant atque actu tradunt, ſeque diuino ſeruitio in ea mancipant.] En promiſſionem cum traditione, & tamen votum ſolemne non eſt, nec naturali, aut diuino iure matrimonium dirimit. Solemnitas ergo voti ex ſola Eccleſiæ conſtitutione inuenta eſt, atque adeò à Pontifice diſpenſabilis. Nam vt ait D. Thom. *Quod l.* 4. *art.* 13. [Quæcumque ſunt inſtituta per Eccleſiam, vel Eccleſiæ Prælatos, ſunt diſpenſabilia à Papa.]

9. Hanc opinionem adeò veram putant nonnulli, vt oppoſitam non dubitent graui cenſura notare. Vide Proceſſum Pariſienſem, qui extat ad calcem Magiſtri Sententiarum, cui titulus. [Contra errores fratris Ioannis de Monteſono, Ordinis Prædicatorum Pariſiis condemnatos.] Vbi *capite* 3. ſit dicitur. [Hæc ſecunda opinio, (nimirum negans Pontificem in toto ſolemni diſpenſare poſſe) videtur eſſe erronea in fide, cum ſit contra obſeruantiam Eccleſiæ, quæ in tali voto quinquies diſpenſauit. Sic oſtendit Dominus Durandus *in* 4.) Hæc ibi. Sed cenſuram reprobo. Cum tot doctiſſimi viri, & quod caput Theologiæ facile *Princeps D.* Thomas, primam opinionem retractans, (vt inquit Sotus *de Iuſtitia, libro* 8. *quæſt.* 4. *artic.* 2.) hanc ſecundam, non opinatiuè, (quidquid Caietanus dixerit,) [Sed affirmatiſsimè complexus eſt.] Imo ipſe Sotus ea tenacitate, vt contra Caietanum oppoſitam tenentem, in hæc verba proruperit. [Vt verò Caietanus inde ex ſuo peruerſo principio ſolemnitatis voti, (ſcilicet ex ſola conſtitutione Eccleſiæ) collegit, eſſe diſpenſabile.] Sic *in* 4. *diſt.* 38. *quæſt.* 2. *artic.* 1. § . *ex omnibus verò in fine.* Sed non capio, quomodo auſus eſt dicere peruerſum principiũ, ex quo collegit Bonifacius VIII. duplex ſolum eſſe votum ſolemne, quod matrimonium dirimat, conſtituens diſcrimen inter vinculum matrimonij, voti ſolemnis; quod illud ex Dei inſtitutione, hoc autem ex ſola Eccleſiæ conſtitutione ſit, vt bene probat Sanchez *in ſum. libro* 5. *capite* 1. Carpit forſitan Caietanum, quia non ſolum deſerit D. Thom. ſed ad argumentum, quo Angelicus Præceptor votum ſolemne indiſpenſabile probat, reſpondet ſic. [An rationem litteræ diceretur, quod minor propoſitio, cum reuerentia, eſt falſa.] Hæc Caietanus 2. 2. *quæſtione* 88. *artic.* 11.

10. Id verò non omittendum, ſuſtineri modo nõ poſſe doctrinam Magiſtri F. Ioannis de Friburgo, in Gloſſa Sancti Raymundi viri ſanctiſſimi, & doctiſſimi eiuſdem Prædicatorum Ordinis. Vbi ſic ſcribit. [Ego credo, quod abſque Ordinis ſuſceptione, vel

vel profeſſione, poteſt in ſæculo remanendo aliquis facere votum caſtitatis ſolemne, quod impediat, & dirimat matrimonium poſtea contrahendum.] Sic *ibi de tranſgreſſione voti, folio mihi 55.* Sed oppoſitum, vt vidimus definitum eſt à Bonifacio VIII.

PROPOSITIO. III.

Epiſcopus in caſu neceſſitatis poteſt diſſoluere matrimonium ratum non conſummatum, Bauni Ieſuita *in Theolog. morali, tom.* 1. *tract.* 12. *de Impedim. matrim. quæſt.* 5.

1. R. HVius propoſitionis duplex ſenſus eſt. Alius, quod de facto poſſit Epiſcopus in matrimonio rato diſpenſare. Et hoc prorſus negat Bauni, imò nec in ſponſalibus poſſe, tradit expreſsè, *tractat.* 8. *quæſtio.* 30. *dub.* 7. *fol. mihi* 406. quia id Epiſcopis prohibetur in iure. [Capite enim, inquit, Ex litteris de ſponſalibus, iubetur Epiſcopis, compellere ſponſos, vt fidem ſibi datam mutuo impleant.] Alter ſenſus eſt. An Epiſcopus iure diuino, & ex vi ſui muneris, poſſit in ſua Diœceſi in Matrimonio rato diſpenſare, niſi ei à Pontifice prohibeatur? Et hanc partem dicit eſſe probabilem, cámque ex principiis grauiſſimorum. Sic probat. (Quidquid Pontifex in vniuerſo Orbe, (præterquam res fidei definire) poteſt Epiſcopus in ſua Diœceſi, niſi ei ſpecialiter per Pontificem prohibeatur.) Vt docent Victoria, Sotus, Abulenſis, Aragon, Veracruz, Perez, & alij quos citatos ſequuntur Thomas Sanchez, *de Matrim. lib.* 1. *diſput.* 61. *numero* 3. M. Prado, *tom.* 1. *capite* 4. *quæſtio.* 3. *numero* 11. & cum vndecim aliis, F. Baſilius de Leon, *de Sacram. Confirmationis, part.* 4. *c.* 4. *numero* 5. (Sed Pontifex poteſt diſpenſare in matrimonio rato non conſummato.) Vt tradunt Syluester, Caietanus, Armilla, Catherinus, & cenſent probabile, M. Victoria, D. Antoninus, M. Ledeſma, & alij quos citatos, ſequitur Sanchez, *lib.* 3. *de Matrim. diſput.* 14. *numero* 2. [Ergo, & Epiſcopus id in ſua Diœceſi poteſt, niſi ei per Pontificem prohibeatur.] Non facile vitabis conſequentiam.

2. Eidem fundamento innixus Mag. Zanardus *in direct.* 1. *part. de Matrim. capite* 11. §. 5. docet Epiſcopum in ſua Diœceſi poſſe ex vi ſui muneris ſtatuere impedimenta dirimentia matrimonium. Verba eius ſunt. [Niſi Papa id ſibi reſeruaſſet, poſſet; quia in non reſeruatis, eandem poteſtatem habet in ſuo Epiſcopatu, quam habet Papa in Orbe.]

3. Ex eodem principio deducunt alij, poſſe Epiſcopum iure diuino, ſibi ſubditis concedere eas indulgentias, quas Pontifex vniuerſis Chriſti fidelibus, niſi ei prohiberetur à Pontifice, ſicut de facto prohibitum eſt vltra quadraginta dies,

cap. cum ea, *& cap. Noſtro*. Ita docent. Vterque Soto, Medina, Paludanus, Ioan. de la Cruz, Ledeſma, & alij, apud Leandrum à SS. Sacrament. *tom. 1. tract. 5. diſp. 14. quæſtio.16.*

4. Ex eiſdem igitur præmiſſis, vi conſequentiæ oppreſſus, quod iſti Doctores quod indulgentias, & impedimenta dirimentia matrimonium; dixit Bauni eſſe probabile quoad matrimonium ratum. Contendit tamen negandam eſſe conſequentiam, dicens. [Neganda eſt ſequela, cum enim ſit incertum, an Pontifex poſſit; (nempe in matrimonio rato diſpenſare (multò magis eſt incertum, an id Epiſcopus ſibi vendicare poſſit?] Verum quæſtio eſt purè metaphyſica: nam vt diximus ex eodem Authore, id Epiſcopis de facto prohibitum eſt, *cap. ex litteris.* Vt notat etiam Diana, *part.* 8. *tract. 1. reſol.62. §.Reſtat modo*, dicens. [Ad tertium dicimus non poſſe Epiſcopum in matrimonio rato diſpenſare: quia res ita ardua alteri ſuperiori reſeruatur *in cap. ex litteris 2. de ſponſalibus.*] Atque adeo de facto non eſt probabile, Epiſcopum diſpenſare poſſe, nec vllus contrarium docuit, quidquid dixerit Diana *ſupra reſol.64.*

PROPOSITIO. IV.

Coniugatus poteſt, abſque culpa lethali, coïtum ſodomiticum cum vxore incipere, non quidem animo ibi conſummandi, ſed intra vas naturale. Gambacurta Ieſuita, *de caſibus reſeruatis, caſu 2.n.5*

1. 2. HAnc ſententiam tuentur Nauarrus, & Ouandus, apud Sanchez *de Matrim. lib.9. diſput.* 17. *numero* 4. Angelus, Zerola Graffiis, & alij apud Dianam, 2. *part. tractat.* 3. *Miſcel. reſolut.* 37. *&* 3. *part. tractat.* 4. *reſolut.* 204. Quos ſequitur doctiſſimus Michael Zanardus, 1. *parte directſ. tractat. de Matrim. capite* 41. §. 10. *fol. mihi* 900. Vbi ita inquit. (Tentare copulam in vaſe indebito, ad excitandam copulam, aliqui dicunt non eſſe mortale, qui eſt actus tantum excitatiuus copulæ, ſicut tactus manus. Ego autem dicerem eſſe mortale. Primò, ſi fiat cum animo ibi conſummandi; quamnis poſtea mutetur voluntas. Secundò, ſi adſit periculum pollutionis ibidem ex experientia. Tertiò, ſi ex hoc multum turbatur vxor. Cæterùm quādo non interueniunt *ſupradicti caſus*, erit tantum veniale.) Hæc M. Zanardus, cum reliquis citatis. Et poſt omnes Gambacurta, quem Ieſuitarum nullus ſequitur.

PROPO

PROPOSITIO. V.

In coniugatis non eſt culpa lethalis, perfricare verenda circa vas præpoſterum, ceſſante periculo pollutionis. Sanchez Ieſuita, *in* 1. *editione*, *lib.* 9. *de Matrim. diſp.* 17. *numero* 12. Fagundez Ieſuita *in* 6. *Decalogi*, *capite* 3. *numero* 31 [Ex quibus ſequitur eiuſmodi expurctias (ſicut nec præcedenti Propoſit. relatas) non debere à ſolutis in confeſſione explicari, iuxta doctrinam Ieſuitarum, in materia de circumſtantiis notabiliter aggrauantibus. Sed ſatisfacere præcepto confeſſionis; ſi de copula fornicaria ſe accuſent.]

1. ℞. HAnc propoſitionem, vtpotè in præcedente contentam, defendunt omnes *ſupra* citati. Nauarrus, Ouandus, Angelus, Zerola, Grafſius, & M. Zanardus. Ex Ieſuitis verò ab Anonymo citatis: Sanchez eam retractauit, vt conſtat ex impreſſione Antuerpienſi, anno 1614. Fagundez autem nunquam tenuit. Potius *loco cit. c.* 3. *n.* 19. pro contraria expreſsè militat, dicens. [At ego mortiferum omnino peccatum eſſe credo.] Non potuit clarius dixiſſe; quod, & reliqui Ieſuitæ docent.

2. De illatione non curo, licet eam conſequenter negarent Sanchez, & Fagundez, qui circumſtantias notabiliter aggrauantes debere in confeſſione explicari defendunt. Quod ex Ieſuitis non pauci tuentur, Suarez, Henriquez, Coninch, Caniſius, & alij apud ipſos. Alij vero doctiſſimi ex ipſis contrariam ſententiam tenent cum D. Thom. *in* 4. *diſt.* 16. *quæſtio.* 3. *articul.* 2. *quæſtio.* 5. *in corp.* Vbi ſic ait. [Quidam dicunt, quod omnes circumſtantias, quæ aliquam notabilem quantitatem peccato addunt, neceſſe eſt confiteri, ſi memoriæ occurrunt, alij vero dicunt, quod non ſunt de neceſſitate confitendæ, niſi circumſtantiæ, quæ ad aliud peccati genus trahunt. Et hoc probabilius eſt.] Hæc D. Thom. quem plures ex diſcipulis ſequuntur, D. Antoninus, Paludanus, Syluester, & alij, apud Vaſquez, *tom.* 4. *in* 3. *part. quæſtio.* 91. *articul.* 1. *dubit.* 2. Turrecremata, Armilla, Tabiena, & Caietanus, apud Salas 1. 2. *tom.* 1. *quæſtio.* 72. *tractat.* 13. *diſputat.* 3. *ſectio.* 2. *numero* 11. Albertus Magnus, Durandus, Ioannes Viguerius, & alij, apud Fagundez, 2. *præcep. Eccleſiæ*, *lib.* 4. *capite* 2. Et M. Acacius de Velaſco, *tom.* 1. *reſol. Moral. verbo Confeſſion. reſol.* 186. *numero* 4. & 9. Vbi ſic ait. [*Eſta ſentencia tengo por mas verdadera, aſſi por las razones con que ſe prueua, como por que la tienen expreſſamente dos Dotores tan grandes de la Igleſia, como Santo Tomas, y San Buenauentura, y otros muchos muy graues.*] Quos ſequitur M. Ioannes Martinez de Prado, *tom.* 2. *Theol. moral. capite* 15. *quæſt.* 5. §. 3. *numero* 31. Item Adrianus, Carthuſianus, Palacios, Nauarro,

Nauarro, Iuan de Medina, Corduba, Almainus,& alij, quos cum D. Bonauentura citat Fagundez, *vbi ſup.*

3. Quod autem hæc ſententia ſit D. Thomæ adeo expreſſum eſt, vt nec aduerſarij diffiteri poſſint. Vt ex eis vel inuiti fatentur, M. Sotus *in 4. diſtinct. 18. quæſtio. 2. artic. 4. §. Alia autem circumſtantia ſunt*, Cuius verba dedi *tract. de Pœnitentia, Prop. 17. numero 3.* & Mag. Canus *Relectione de Pœnit. 6. part. §. Sed enim grauiſſimum.* Vbi ſic ait. [D. Thomas expreſsè tenet, ſolas circumſtantias, quæ ſpeciem mutant eſſe confitendas.] Nec hoc in dubium verti poteſt. Eſt enim expreſſiſſimum in D. Thom. non ſolum *vbi ſupra*, ſed *pluribus in locis. In Opuſc. 12. quæſtion. 6.* Et *in ſcripto ſecundo ſuper lib. ſententiarum, libro 4. diſtinct. 16. artic. 3.* Vbi ſic ſcribit. [Circumſtantia, quæ nouam rationem peccati mortalis addit, de neceſſitate eſt confitenda, alia autem non.] Et *ad 2.* [Sufficit cognoſcat Sacerdos quantitatem, quæ ex noua ſpecie conſurgit.] Et *ad 5.* [Si talis circumſtantia non trahit in aliud genus mortalis, non eſt confitenda.] Quæ iterum tradit *diſt. 22. artic 2. in 4. diſt. 22. qu. 1. artic.* 1. Quapropter valde miror, M. Ioannem de la Cruz, *in direct. 2. part. de Pœnitent. quæſt. 3. de confeſſ. dub. 5. concl. 2.* & M. Petrum de Ledeſina *in ſumma de pœnit. cap. 17. concluſ. 4.* non erubuiſſe dicere; hanc opinionem eſſe improbabilem.

PROPOSITIO. VI.

Coniugati non peccant lethaliter, etiamſi propter ſolam voluptatem, pudenda ad inuicem oſculentur. Filliucius Ieſuita, *tom. 2. tract. 30. cap. 10. num. 195.*

1. R. PRo hac opinione pugnant Syluius 2. 2. *quæſt.* 154 *art.* 4. *concl.* 61. Diana 3. *parte tractat.* 4. *reſolut.* 225. & M. Zanardus 1. *part. director. de Sacram. Pœnit. capite* 41. §. 24. Vbi ſic ait. [Vigeſimo quarto dico, non eſſe peccatum mortale citra periculum pollutionis, quicumque tactus, oſcula verba turpia, & aſpectus partium pudendarum inter coniuges, etiamſi fiant propter voluptatem, quia ſicut matrimonium excuſat copulam à peccato mortali, ita, & oſcula illa.] Hæc ille. Et ſane, ſi alij tactus in verendis, ob ſolam voluptatem, non ſunt, inter coniuges, peccatum lethale, vt ex D. Thomæ diſcipulis docent Armilla, Sotus, Victoria, Caietanus, Bartholomæus de Ledeſma, & alij, apud Sanchez *de Matrim. lib. 9. diſp. 44. nu.* Cur oſcula in eiſdem, de culpa lethali damnanda ſunt? Vide Dianam *ſupra reſolut. 225. citata in fine.* Vbi tradit, etiam inter ſolutos, oſcula in pudendis non diſtingui ſpecie à reliquis, ſed eſſe circumſtantiam aggrauantem, quam in confeſſione explicare non eſt neceſſe.

2. Sed non miror quod prædicta in pudendis oſcula, etiam inter coniugatos, quando voluptatis cauſa, de

Digitized by Google

de lethalià nonnullis damnentur. Nam & copulam etiam de mortali damnant. [Quando coniuges commiſcentur cauſa ſaturandæ libidinis] Ita Sanctus Raymundus *in ſum. lib. 4. de Matrim. §. 11.* quem *ibi in Gloſſa*, ſequitur M. Ioannes de Friburgo. Sed expreſsè contra D. Thom. *in 4. diſt. 31. q. 2. art. 3.* Vbi ait. (*Si quæratur delectatio infra limites Matrimonij, vt ſcilicet, talis delectatio in alia non quæreretur, quam in coniuge, ſic eſt ve-*niale peccatum, & iterum *in 2. ſcripto ſuper lib. ſentent. lib. 4. diſt. 31. art. 4.* (Talis libidinis motus non eſt contra bona matrimonij, ſed præter ea, vnde talis non peccat mortaliter, ſed venialiter.) Imò in prædicto caſu, ne venialem quidem culpam interuenire, tradunt pro matrimonio, Maior, Almainus, Ioannes Sanctius, Baſilius de Leon, & alij, apud Dianam 3. *part. tractat. 4. reſolut. 216.*

PROPOSITIO VII.

Coniugatus qui, periculo pollutionis ſecluſo, membrum virile in os vxoris immittit, non peccat lethaliter. Sanchez Ieſuita *lib. 9. de Matrim. diſp. 17. n. 5. in prima editione.*

1. ℞. Hanc opinionem tuentur Angelus, Nauarrus, Quandus, Zerola, Graſſius, & M. Zanardus, quos citaui *Prop.* 4. aſſerentes, in os etiam ſacrum virilia immittentem nō peccare lethaliter. Pater vero Sanchez eiuſmodi ſententiam, ſicut & alias, de quibus *ſupra*, ne conſcientiis habenas laxaret retractauit.

2. Audio nonnullos indoctos obmurmuraſſe, & de parum ſibi conſtanti in doctrina calumniari. Sed immeritò. In hoc enim duces habet Eccleſiæ Catholicæ lumina D. Auguſtinum qui librum retractationum inſcripſit, & D. Thomam, qui, vt refert Ioannes Vitalis, tanti Magiſtri exemplum ſequutus librum alium retractationum compoſuit. Videatur F. Ludouicus à Cōceptione *in examine veritatis diſputatione praeambula, numero 42.* Vbi ſic ſcribit (P. Ioannes Baptiſta Lezana, *fol. 94* ait ex Chartagena, & ex Magiſtro Ioanne Vitali teſtante ſe vidiſſe ſpecialem quemdam librum retractationum D. Thomæ, in quo continebatur retractatio circa Virginis Conceptionem.) Sed prædictus liber forſan alius non eſt ab eo, qui refertur, (& eſt ſeptuageſimum ſecundum) inter Opuſcula D. Thomæ, cuius mentio fit *in Proceſſu Pariſienſi citato Propoſitione 2.* contra errores M. Ioannis de Monteſono. Vbi *cap. 3.* ſic dicitur. (Sextum exemplum generale ſumitur ex quodam tractatu D. Thomæ, de concordia quorumdam dictorum ſuorum, inter ſe diſcordantium, qui incipit. (Pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia. (Vbi multa diuerſa, & aduerſa, in doctrina ſua continentur, corrigit, & exponit, &c. Et quia veriſimile eſt, quod tunc non omnia huiuſmodi ſibi occurrerunt, ideò *in fine prologi ſui* ſupplicat librorum ſuorum lectoribus

Digitized by Google

ribus ita dicens. [Si quis aliquid inueneiit non concordanter, ſi non ſit manifeſta cauſa dicendi, diſcretiorem, & magis exercitatum conſulat, ſi vero non fuerit inuentum, quomodo vtrumque ſtare poſſit, id illorum eligat, quod magis conſonum veritati indicauerit, alterum vero nos ipſi reuocaremus, ſi talis diſcordia nobis occurreret.] Hæc ex D. Thom. Doctores Pariſienſes, & verba, quę ex illo exſcripta allegant, reperiuntur *in Opuſculo 72. citato*, quod inter dubiæ fidei recenſetur.

3. Sed quidem creditu difficile non eſt, quod Angelicus Doctor prædictum tractatum ediderit. Et multa ſuadent. Nam vt ait Caietanus *1. part. q. 34. art. 1.* [D. Thom. circa verbum eſſentialiter dictum, quod aliquando conceſſit, mutauit opinionem.] Et ipſemet Sanctus Doctor *3. p. q. 9. art. 4.* ait. [Quamuis alibi aliter ſcripſerim.] Et cum *in 4. ſententiar. diſt. 1. q. 2. art. 4. q. 3.* docuiſſet, quod gratia, quæ conferebatur in Circumciſione. [Ad meritorie agendum ſufficere non valebat] id poſtea retractauit, *3. p. qu. 70. art. 4.* dicens. [Quod, & aliquando mihi viſum eſt, ſed diligentius conſideranti apparet etiam hoc non eſſe verum.] Quod adnimaduertit, Sotus *in 4. diſt. 2. q. 1. art. 4. ante 1. concluſ.* Vbi mentione facta de illa opinione ait. [Hanc opinionem tenuit D. Thom. *in 4. diſt. 1. quæſt. 2. art. 4. quæſt. 3.* quia non dum rei punctum conieceerat, diligenter tamen conſiderando, eam poſtmodum opinionem meritiſſimè reiecit.] Idemque de opinione alia D. Thomæ dicit M. Victoria, *relect. de Simonia num. 25.* Vbi ſic. [Ad argumentum ex authoritate Sancti Thom. dico reuera, quod *in 4.* ſequutus eſt opinionem ſui temporis, quam poſtea reliquit in ſumma.]

4. Præterea ſententiam aliam mutauit D. Thom. *1. 2. quæſt. 109. articulo 8.* vt notat Caietanus *ibidem*, §. *In eadem* dicens.] Dubium quidem magnum occurrit ex multis. Primo ex ipſo Authore, quia *in ſecundo ſententiarum diſt. 28. quæſt. 1. art. 2.* reiicit hanc viam, quam hic tenet pro ſententia, & arguit contra eam ſoluens rationem eius, & dimittit eam vt falſam; in hoc autem loco non reſpondet ſuis rationibus ibidem factis, & tamen determinat oppoſitum.] Hæc Caietanus. Qui *art. 6.* alia memorat à D. Thoma retractata. Quæ notat etiam M. Sotus de natura, & gratia, *lib. 1. cap. 3* [Vnde, inquit, cum D. Thom. *2. ſent. diſt. 27. & 28.* opinionem communem inſecutus affirmaſſet, tum quod homo ex naturalibus poſſet ſe diſponere ad gratiam, tum quod diſpoſitio illa eſſet meritum de congruo. Poſtmodum in ſumma, eloquia ſacra, & PP. cum primis Auguſtini, ſententias meditatius explorans vtrumque retractauit. Sic Sotus. Videatur etiam ipſemet Angelicus Doctor, *Quod l. 1. art. 7.* Vbi agens de diſpoſitione ad gratiam per ſolam naturalem arbitrij facultatem, poſt relatum errorem Pelagij, ait. [Vnde ad errorem Pelagianum pertinet dicere, *quod homo poſſit ſe ad gratiam præparare* abſque auxilio diuinæ gratiæ, & eſt contra Apoſtolum *ad Philip. 1.* ex quibus ſententiam tribuentem operibus naturalibus meritum de congruo ... granibus cenſuris notant Theologi. Zumel aſſerit, ... minimum, eſſe erroneam, & ſecundum alios hæreticam, Angles, Bellarminus,

laminus, Vaſquez, Molina, Pelagianam; Ypletanus in Tridentino damnatam. [Quibus ego (inquit Ripalda, *tom. 1. de ente ſupernaturali diſp.* 17. *ſect.* 12. (ſubſcribo, aſſerens eſſe contra Concilia, & Patres, quos ſuperius adduximus.] Vt autem D. Thomam à cenſura liberet, conatur exponere, dicens *numero* 60. (Sanctus Thomas in libris ſententiarum nullibi docuit meritum de congruo ex ſolis viribus arbitrij liberi, ſed tantum diſpoſitionem ad gratiam.) Sed neque iſtam alicubi conceſſiſſe; dicit P. Vaſquez 1. *part. quaeſt.* 91. *art.* 10. *num.* 63. (Nec oppoſitum, inquit, alicubi affirmauit, vt falſo putat Caietanus *in eo articulo* 6 imò id expreſsè docuerat *in* 2. *diſt.* 28. *art.* 4. Quem locum pro contraria opinione affert *ibi* Caietanus, inquit enim, hominem poſſe ſe ad gratiam præparare ſine dono habituali gratiæ, quod nullus negat; ſed non poſſe ſine aliquo dono diuinæ prouidentia peculiariter accepto. Vbi auxilium gratiæ mouentis fatetur neceſſarium.) Hæc P. Vaſquez, & Ripalda, in gratiam D. Thomæ, contra Sotum, & Caietanum, Sancto Doctori tribuentes, *in libris ſententiarum*, opinionem; quam in quodlibetis, vt errorem Pelagianum reiecit.

5. Inſuper D. Thomas, *in* 3. *ſent. diſt.* 37. *quaeſt.* 1. *art.* 4. inquirit. (Vtrum præcepta Decalogi ſint diſpenſabilia) Cui negatiuè reſpondet his verbis. Si ſint aliqua præcepta, quæ continent ipſam intentionem legiſlatoris, impoſſibile eſt, quod in aliquo caſu, ſalua iuſtitia, poſſit aliquis ab eis deflectere, & ideo cum omnia præcepta Decalogi ſint huiuſmodi, impoſſibile eſt, quod diſpenſationem recipiant.) Hæc ibi, quæ tamen poſtea retractauit *in* 4. *ſent. diſt.* 33 *q.* 1. *art.* 2. dicens. [Poteſt diſpenſatio eſſe diuinitus; etiam contra prima præcepta legis naturæ,] Et quod magis, hoc ſecundum aſſertum, cum ei poſtea diſplicuiſſet, retractauit in ſumma, & primum, quod *in* 3. *ſentent.* tenuerat, amplexatus eſt, vt notat Sotus *in* 4. *diſtinct.* 33. *quaeſt.* 2. *art.* 1. §. *Tertia concluſio.* Vbi ſic ait. (Hoc autem loco id obiter adnotauerim, quod Sanctus Thomas, in præſenti diſtinctione aliqua, opinionem communem ſequutus, dixit, quæ poſtmodum emendatius in ſumma collimauit. Ait, inquam, quod ſuper prima præcepta nonnunquam Deus diſpenſauit, ratione alicuius myſterij Nam homicidium, fornicatio, & furtum, vt cætera præcepta Decalogi, ſunt in illo primo ordine, & tamen diſpenſauit cum Abraham vt filium occideret, & cum Osea vt fornicario concubitu vteretur. Verum 1. 2. *quaeſt.* 100. *art.* 8. perſpectiuè rem intuitus ſimpliciter aſſerit, nullatenus eiuſmodi præcepta diſpenſationem admittere.) Hæc M. Sotus. Qua autem ratione poſſint ſupradicta, abſque diſpenſatione, contingere? Reſpondet D. Thom. 2. 2. *quaeſt.* 154. *art.* 2. *ad.* 2. (Quia quod homo facit ex voluntate Dei eius præcepto obediens, non eſt contra rectam rationem, quamuis videatur eſſe contra communem ordinem rationis. (Vide illum 3. *p. q.* 100. *art.* 8. Vbi ſuam mentem explicatius tradit.

6. Vide etiam M. Canum, *de Pœnit.* 6. *part.* §. *ſed enim* Vbi ſic ait. (D. Thomas expreſsè tenet ſolas circumſtantias quæ ſpeciem mutant eſſe confitendas) & *infra* ad confirmationem.

tionem. [Sed D. Thomas, vt mea fert opinio, ſuam ſententiam retractaſſet, ſi tertiæ parti extremam manum impoſuiſſet.] Idem prorſus inquit Sotus, vt refert M. Serra 1. 2. *quæſt.* 73. *art.* 7. Et conſonat *in* 4. *diſt.* 24. *quæſt.* 1. *art.* 4. §. *At verò.* Vbi ſic ſcribit. Quod D. Thomas ait, prius characterem imprimi, & poſtmodum gratiam conferri, intelligere non valeo, nec ſuſpicor, quod in ſumma, ſi hucuſque perueniſſet, illud affirmaſſet.] *& infra. Concluſio.* 7. [Quatuor minores Ordines abſque erroris periculo ſuſtineri poteſt, non eſſe propriè Sacramenta,] & *inferius.* [Nec arbitror profectò, quod ſi D. Thom. ad hunc locum in ſumma perueniſſet, in contraria perſtitiſſet opinione, quam *in* 4. vulgus ſequutus tenuit.] Hactenus M. Sotus.

7. Idem prorſus dicunt alij Diſcipuli D. Thomæ de quibuſdam aliis eiuſdem opinionibus, v. g. de illa quam tradidit, 1. *part. quæſt.* 102. *art.* 2. *ad* 1. Vbi de Zona torrida loquens, ait. [Ariſtoteles *in libro Metheor.* expreſsè dicit, quod regio illa eſt inhabitabilis propter æſtum: quod videtur probabilius.] Cùm tamen oppoſitum hodie experientia ipſa euidentiſſimum ſit. Item de altera, quàm 1. 2. *quæſt.* 102. *art.* 4. *ad.* 6. Vbi ait Propitiatorium fuiſſe lapideum. [Super arcam, inquit, erat quædam tabula lapidea, quæ dicebatur Propitiatorium.] Cum tamen in ſcriptura *Exod.* 25. dicatur. [Facies Propitiatorium de auro mundiſſimo.] Item de illa quam 1. *part. quæſt.* 89 *art.* 8. *ad* 2. Vbi ſub dubio reliquit, an Eccleſiaſticus ſit liber Canonicus? dicens. [De Samuele dici poteſt, quod ipſe apparuit per reuelationem diuinam ſecundum hoc; quod dicitur *Eccleſiaſtici* 46. Quod dormiuit, & notum fecit Regi finem vitæ ſuæ; Vel illa apparitio fuit procurata per dæmones ſi tamen Eccleſiaſtici authoritas non recipiatur, propter hoc, quod inter Canonicas Scripturas, apud Hebræos non habetur.] Cum tamen de fide ſit, Scripturam eſſe Canonicam. Item de illa quam ſcribit *Opuſculo* 65. *de Officio Sacerdotis*, cuius verba dedi *ſupra tractatu de Pœnit. Prop.* 19. *in fine*; aſſerentis, Sacerdotem poſſe abſoluere eum, qui pœnitentiam petiit, licet mortuum inueniat. Præterea D. Thomas *in* 4. *diſt.* 41. *quæſt. vnica articulo* 1. *quæſt* 4. *ad* 3. vel defendit ex ſponſalibus inualidis ratione Ordinis, aut voti, alterius impedimenti dirimentis non emanare impedimentum publicæ honeſtatis, vt refert M. Sotus *ibidem art.* 2. *concluſ.* 2. §. *Emergit hinc.* & Syluest. *verbo Matrim.* 8. §. *decimo quarto quæritur, dicto ſexto.* In qua quidem ſententia perſiſtere non poſſet, ſi ei innotuiſſet contrarium fuiſſe antea deciſum ab Alexandro III. *cap. ad audientiam de ſponſalibus*, vt obſeruant M. Sotus *vbi ſupra*, & Thomas Sanchez *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 68. *numero* 5. Qui *num.* 10. animaduertit prædictum Alexandri decretum (licet poſtea innouatum à Bonifacio VIII. *cap. vnico de ſponſal. in* 6.) hodie correctum eſſe per Tridentinum *ſeſſ.* 24. *de Matrim. cap.* 3. Vnde modo verum eſt, quod olim ſuſtineri non poterat. Quid plura? Vide etiam alia *tract.* 1. *de Peccatis Prop.* 1. *n.* 4. & *tractatu de Ieiunio, Prop.* 2. *num.* 10. & *tract. de Simonia, Prop.* 3. *num.* 5. & *tract. de Baptiſmo, Prop.* 1. *num.* 10. & *tract. de Euchariſt. Prop.* 1. *numero* 4. & *Prop.* 6. *num.* 6. & *tract. de Matrim.*

Prop. 2.

Prop. 2. *num.* 3. Vbi nonnullas repe-ries opiniones; quas, cùm vetas aut probabiles iudicaſſet Angelicus Doctor, poſtea retractauit, vel ſaltem retractaſſet, ſi illi occurriſſent. Quapropter non abs re, M. Catherinus, ex eadem familia, *lib.* 1. *pro Immaculata Conceptione* notauit, quod [de D. Thoma, etiam qui inſignes Thomiſtæ habentur, Capreolus, & Caietanus, fatentur ingenuè, in nonnullis eum varie ſcripſiſſe, & poſterius, quæ antea ſcripſerat retractaſſe.] Sic ibi, *fol. mihi* 53. Hoc autem non minuit tanti Doctoris excellentiam, vt bene animaduertit Caietanus, 1. *p. q.* 34 *art.* 1. [Neque derogat, inquit, dignitati Doctoris, quoniam naturale eſt intellectui, humano perfici in progreſſu temporis.] Hæc ſufficiant, vt vitio non vertatur P. Thomæ Sanchez, quod progreſſu temporis magis illuſtratus aliquas opiniones retractauerit.

PROPOSITIO VIII.

Si coniugatus, vel coniugata moroſam habeat delectationem de copula cum ſolutis, non tenetur circumſtantiam matrimonij in confeſſione explicare. Hurtado Ieſuita *de Peccatis, diſp.* 4. *dif.* 10.

1. ℞ PRo hac opinione militant Martinus de San Ioſeph *in Monitis Confeſſ. tom.* 1. *lib.* 1. & alij recentiores apud Hurtadum, & probabilem putant Boſſius *tract. de ſcrupulis*, §. 7. *num.* 146. Diana, *part.* 9. *tract.* 6. *reſol.* 4. & Angelus Maria Vetricelli *in qq. moralibus*, *tom.* 1. *tract.* 4. *q.* 5. *n.* 5. & 7. Exiſtimant enim fidem in matrimonio datam non ſe extendere ad ſimplices delectationes circa alienum cohabendas; ac proinde hoc peccatum eiuſdem eſſe ſpeciei in coniugatis, ac in ſolutis. Vide Leandrum à SS. Sacram. *tom.* 1. *de Pœnit. tract.* 5. *diſp.* 8. §. 2. *quæſt.* 4.

2. Facilius ab hac difficultate ſe expedient Doctores ſentientes delectationem moroſam non eſſe peccatum mortale etiam inter ſolutos. Quod tenuit Martinus de Magiſtris *tract. de temperantia, quæſt.* 3. *de Luxuria*, & putant probabile Antonius de Corduba Ordinis Minorum, *lib.* 1. *qu.* 23. *dub.* 11. §. *Igitur* dicens ſententiam D. Auguſtini, & nonnullus eam docuiſſe. Et M. Tabiena Ordinis Prædicatorum, *verb. cogitatio moroſa num.* 2. Vbi ſic ait. [Vtrum delectatio moroſa ſit peccatum mortale? Alij tenent, quod non eſt peccatum mortale, ſed veniale tantum; alij verò dixerunt, quod eſt peccatum mortale, & hæc ſecunda opinio eſt communior, & veroſimilior & eſt communis opinio moderniorum, & ſecurior] Sic M. Tabiena, ex D. Th. *in* 2. *ſent. diſt.* 24. *q.* 3. *art.* 4. *in corp.* Vbi ſic ait. [Delectatio moroſa mortale peccatū eſt, vt Magiſter dicit, & verba Auguſtini ſonare videntur, quamuis quidam in hoc, Magiſtro contradicant.] Sed opinio Magiſtri valde probabilior eſt, & ſecurior. Verum in expurgatorio Sanctæ Inquiſitionis, anno 1612. & 1640. relatis verbis ſupra citati Antonij Cordubenſis dicen-

Kk tis.

tis. [Igitur vtraque opinio probabilis eſt] Si notatur. Appone in margine: ſecunda opinio (nempe quæ negat eſſe mortale.) nec tuta nec probabilis eſt.] Nihilominus, quoad ſponſos de futuro, aut ſpem matrimonij habentes, illam tuetur M. Medina 1. 2. *q.* 74. *art.* 8. *dub.* 3. Vbi cum M. Victoria, quem *ibi* refert, ſic ait. [Si quis ſperat ſe habiturum puellam in vxorem, & delectetur in cogitatione futuri operis, videtur quod non ſit mortale.] quos ſequitur M. Araujo vir doctiſſimus, & Epiſcopus Segonienſis. 1. 2 *q* 74. *art.* 10 *dub.* 3. 48. Vbi concedit licitum eſſe viduis, & ſponſis de futuro, delectari moroſè de copula coniugali præterita, vel futura tempore matrimonij.

3. Sed circa coniugatum, audi Garziam *in Politic. Regul. tom.* 1. *tract.* 4. *part.* 2. *diffic.* 1. *dub.* 2 *punct.* 3. *numero* 30. Vbi ſic inquit. [*Al ſegundo argumento, ò inſtancia del caſado, ſolodo admito en vn caſo, en el qual no eſtá obligado a explicar el adulterio, y es eſte. Quando pienſa en la muger agena ſolum ad excitandam naturam, vt poſſit coire com propria vxore. En eſte caſo, Sylueſtro, y San Antonino confieſſan, que no peccarà.*] Hæc ille. Quæ magis explicat Candidus, M. Sacri Palatij, *tom.* 2. *diſquiſ.* 24. *art.* 22. *dub.* 14. *numero* 16. [Si delectatio, inquit, in nulla re turpi eſſet, ſed in ſola pulchritudine viri; aut fœminæ, ac poſſet in cogitatione alicuius pulcherrimæ picturæ, & illa delectari, vt ad actum coniugalem magis excitetur, nullam cenſeo eſſe lethalem culpam, quia delectatio in nullum turpe obiectum fertur & ad honeſtum finem dirigitur. Ita Sanchez, *lib.* 9. *de Matrim. diſ.* 17. *n.* 6.] Hæc M. Candidus, cum Sanchez. Hic vero ſuam limitat ibi ſententiam, dicens. (Non tamen eſt alicui permittendum, ſed valde diſſuadendum eſt ratione periculi.) Quod alij etiam doctiſſimi aduertunt.

PROPOSITIO. IX.

Coniugatus, qui, abſente vxore, ſe ipſum propter voluptatem captandam, in pudendis tangit, abſque pollutionis periculo, non peccat lethaliter. Hurtado Ieſuita, *de Matrim. diſp.* 10. *n.* 47. *Quod procedit licet delectatio non referatur ad copulam coniugalem.* Præpoſitus Ieſuita. *in* 3. *part. q.* 6. *de bonomatrim. dub.* 26. *n.* 88. *& licet inde ſequatur diſtillatio.* Sanchez Ieſuita citatus ab Hurtado *ſup.*

1. Rt. HAnc propoſitionem defendunt omnes, qui eiuſmodi tactus de culpa lethali, ratione periculi pollutionis, damnant: ſupponimus enim non adeſſe, M. Paludanus *in* 4. *diſtinct.* 31. *queſt.* 3. *articulo* 2. *numero* 17. & M. Ludouicus Lopez, 1. *part. inſtruct. cap.* 87. *in fine*, ibi. [Peccat mulier coniugata, quæ tactibus ſe polluit, vel cum probabili periculo ſe polluendi, ſe tangit.] Et M. Zanardus *in direct.*

in direct. 1. *part.* 2. *partis in explicatione* 6. *& 9. precepti*, §. 10. *dubitatur.* Vbi ſic ait. (Tertiò erit mortale, ſi ad delectationem vellet naturam incitare, etiam ſine pollutione, ſed cum eius periculo.)

2. Fauent etiam huic opinioni Doctores, qui aſſerunt tactus inter coniuges ob ſolam voluptatem ex ipſis captandam, abſque animo perueniendi ad copulam, non eſſe peccatum mortale. Caietanus, Armilla, Victoria, Sotus, & Bartholomæus de Ledeſma. Item Abulenſis, Angelus, Graffius, Nicua, & Viualdus, apud Sanchez *de Matrim. lib.* 9. *diſput.* 44. *num.* 12. quos ſequitur Ioannes de la Cruz, *in direct.* 1 *part. prec. art.* 9. *dub.* 13. Fauent expreſſius aſſerentes licere coniugibus moroſè delectari, ſecluſo pollutionis periculo, in copula cogitata vt præſenti, dum abſentes ſunt, aut eo in loco, vbi copulam exercere non poſſunt: quam tenent Gerſon, Nicua, Palud. Zumel, Caietanus, D. Antoninus, Armilla, Tabiena, Ioannes Viguerius; Medina, & communiter Neoterici vt omnes citans inquit Sanchez *ſup. num.* 3.

3. Quibus adde Reuerendiſſimum Candidum, M. Sacri Palatij, *tomo* 1. *diſp art.* 1. *dub.* 6. M. Sertam 2. *part. tom.* 2. *quæſt.* 74. *articulo* 8. *dub.* 2. M. Araujo *ibidem*, *art.* 10. *dub.* 3. *numero* 48. M. Zanardum 1. *part. direct. de Sacram. Matrim. cap.* 41. §. 23. *dico &* 1. 2. *direct. in explicat.* 6. *& 9. precepti* §. 10. *quæritur.* Vbi ait. (Quia ſicut licent inter coniuges oſcula, & tactus partium verendarum, extra finem actualis copulæ tunc habendæ; ita hæ delectationes moroſæ.) Cur ergo tactus in abſentia illiciti erunt, ſi moroſè delectari licet? cum eadem ſit vtriuſque actus inter ſolutos prohibitio, & eadem inter coniugatos vtriuſque excuſatio. Quod autem periculum diſtillationis non obſtet, tradit vltra Sanchez, & alios, Villalobos *in ſum. tom.* 1. *tract.* 13. *diſ.* 42. *num.* 1. dicens. (*Si los aſpectos y tocamientos fueſſen dirigidos ſolo al deleite, ſin animo dellegar a la copula, ſolo ſeria pecado venial, y aunque en eſto huuieſſe periculum diſtillationis, no ſeria pecado mortal entre los caſados*) Quem ſequitur Diana 3. *part. tract.* 4. *reſol.* 226.

4. Addunt alij non eſſe mortale inter coniugatos diſtillationem tactibus procurare. Ita cum Medina, Cutiel, & Zumel, tradit Angelus Maria Verricelli, *in Quæſtionibus Moralib. tom.* 1. *tract.* 4. *quæſt.* 27. *ſect.* 8. *num.* 59. *& tract.* 4. *quæſt.* 24. *num.* 2. (Cuius ratio, inquit, eſt, quia in diſtillatione non funditur verum ſemen, coniugibus vero nil eſt mortale niſi ſola veri ſeminis effuſio extra vas.) Idem ſentit M. Zanardus 1. *part. direct. de matrim. cap* 41. §. 26. Vbi ait. (Pollutio non erit peccatum mortale, ſi fiat per quemdam humorem ex ſe diſtillantem, qui non eſt ſemen, ſed diſtillatio, qui humor ſolet etiam diſtillare in ſomno, & ſine aliqua voluntate.)

5. Fateor mihi ſuſpectum eſſe fundamentum quo nititur Verricelli, quia hic Author *eadem ſect.* 8. expreſsè tenet nullum ſemen fœmineum eſſe verum ſemen (Quodcumque, inquit, ſemen fœmineum, iuxta probabilem opinionem Ariſtotelis, & Auerroïs, non eſt verum ſemen, ſed humor aqueus nil conferens ad generationẽ, cuius munus eſt tantum delectare, &

incitare ad venerem.] Idque *eadem*, *quæſt.* 17. *ſect.* 1. multis probat citans D. Thomam, & Thomiſtas, cum Ariſtotele, Clario, Auicenna & aliis; ſi ergo [coniugatis nil eſt morale, niſi ſola veri ſeminis effuſio.] Ideóque procurare tactibus diſtillationem non eſt illis peccatum mortale; ſequitur manifeſtè, non peccaturam mortaliter coniugatam, quæ abſente etiam viro, ſe tactibus excitando ſeminaret, quæ concluſio ſecundum omnes Theologos non minus in fœminis, quam in viris contra fidem eſt.

6. Nihilominus tamen diſparitatem conatur reddere Verricelli, & vt legenti conſtabit, aperte inclinat, vi præmiſſarum coactus, in abſurdiſſimam ſequelam *ſupra* deductam. Videatur *ſect.* 8. *citata*. Vbi ſic inquirit. [An peccet mortaliter coniugata, quæ abſente viro ſe tactibus excitans ſola ſeminat? Quis, rogo, vnquam id in dubium vertit? Nemo profecto, vt non inficiatur prædictus Author. Quapropter ipſe. [Contrarium, inquit, me aſſerere contra omnium ſenſum abſit, &c. Liceat tantum ſequentes rationes doctis viris examinandas proponere.) Multiſque negatiuam ſententiam ſuadere conatur. Quibus propoſitis concludit, *num.* 66. dicens. (Hanc cæteraſque omnes ſingulares opiniones non ita trado, vt eas tanquam probabiles, & tutas in conſcientia, certam; ſed argumenta, & rationes, quibus defendi poſſint, examini Doctorum virorum *ſubiicio*, quæ ſi illi, & poſteriores ſcriptores probauerint, tunc eas, tanquam tutas, ac probabiles ſequi poſſe non dubito. Primæ enim opiniones olim omnino temerariæ, & erroneæ exiſtimabantur, quæ paulatim probabiliſſimæ, & communes euaſerunt, vt ſcribunt Iaſon, Purpuratus, Neuizanius, Marianus Iunior, &c. Et in re morali plurimum debemus noſtro Patri Antonino Diana, de quo Ioannes Caramuel *in Comment. ad Regul. D. Benedicti*, *diſp.* 60. *num.* 1058. Sic ſcribit. [Ingenium Dianæ Viri doctiſſimi veneror, eius induſtria multas opiniones euaſiſſe probabiles, quæ antea non erant, inuidus ſit, qui non affirmet.] Hactenus Verricelli, qui licet ſua induſtria, in præſenti quæſtione examinanda, probabilem aliis euadere; conari videatur, nullum poteſt inter Catholicos habere patronum, ſeminatio enim in fœminis actus completiuus veneris eſt, non minus, ac in viris, ac proinde extra copulam coniugalem, vel illam non complens, omnino illicitus, vt apud omnes Theologos indubitatum eſt.

PROPO

PROPOSITIO X.

Si coniugatus virili ſemine intra vas emiſſo, ante coniugis ſeminationem recedat, poteſt ipſa abſque lethali tactibus ſe excitando ſeminare. Sanchez Ieſuita, *lib. 9. de Matrim. diſput.* 17. *num.* 12. *in prima editione.* Leſſius Ieſuita, *lib. 4. cap. 3. dub.* 14. *num.* 94. Fagundez Ieſuita *in 6. Decalog. cap.* 3 *num.* 21.

1. ℞. HÆc eſt grauiſſimorum opinio, quam tuetur perdoctus M. Zanardus *in direct. 1. part. de Sacram. Matrim. capite* 41. §. *Vndecimo dico.* Vbi ſic ait. (An vero liceat vxori, quæ non ſeminauit cum viro, tactibus procurare ſeminationem propriam? Quamuis aliqui tenuerint negatiuam, tamen ego puto verius, quod hoc liceat, quia non videtur mihi perductio copulæ ad finem, & quia aliter poneretur in magno periculo fornicationis mentalis, cum mulier iam exagitata maximè ardeat in copulam.) Hæc ille. Quem ſequuntur Bonacina *de Matrimonio, quæſt. 4. punct. 6. numero* 15. Homobonus *de Examine Eccleſ. part. 1. tractat. 7. capite* 28. *quæſtio.* 126. & eos citans Angelus Maria Verricelli, *tom. 1. quæſtionum Moral tractat. 4. quæſt. 27. ſect. 6.* Carolus de Baucio *de Miſcel. caſuum conſcientiæ, tom. 2. Opuſc. 1. quæſtio.* 88. Martinus de San Ioſeph, *in Monitis Confeſſ. tom. 1. libro 1. tractat. 15. de Matrimon. numero* 8. Vbi ſic ait. (*Es ſentencia muy prouable, que puede la muger tambien tener ſu acto coſumado, prouocando ſe con tactos, porque eſta no es pollucion, ſino acabar la copula, y moralmente es vn miſmo actu.*) Idem tenet Leander à SS. Sacram. *tom. 2. tractat. 9. de Matrim. diſp. 25. quæſt.* 41. & non diſſentit Diana, 2. *p. tract. 3. Miſcel. reſ.* 38. licet aliter ſentiat, *p. 9. tract. 8. reſ. 51. & part. 10. tract. 13. reſ.* 42.

2. Addit Baucius *vbi ſupra*, maritum in prædicto caſu poſſe tactibus vxorem ad ſeminandum prouocare. (Licet, inquit, etiam viro, vt id præſtare poſſit ſuis manibus in pudendis ſuæ vxoris, quia eatenus hoc non eſt prohibitum vxori, quatenus eſt licita conſummatio copulæ.)

3. Ex his principiis aliam excitat quæſtionem Verricelli *vbi ſup. tractat. 4. quæſtion. 27. ſectio.* 7. (An peccet mortaliter coniugata, quæ ante copulam ſola ſeminat?) Cui reſpondet. (Affirmant omnes, qui putant eſſe peccatum mollitiei. Contrarium tamen dicendum eſt, nullum eſſe peccatum coniugatam paulò ante copulam ſeminare. Hæc opinio à nullo adhuc tradita eſt, ſed manifeſto conuincitur ex dictis, &c. Quia non eſt neceſſaria ſimultanea viri, & fœminæ ſeminatio, imo paulo ante copulam mulierem ſeminare, tribuit ex ſequenti copula faciliùs concipere vt docent Auicenna, *ſen. 21. lib. 3. tract. 5. cap.* 8. & Albertus Magnus, *de animalibus, lib. 15. c.* 11.) Hactenus ille contra omnes Theologos, ſed, vt audio, *in tom. 2.* id retractauit, & merito.

4. Aliud valde notandum refert ex M. Petro de Palude, Margarita Cõfeſſ.

circa 6. Decalog. præceptum, his verbis. (Dicit Paludanus ; quod fœmina non peccat mortaliter, ſi ſtatim poſt coïtum mingit vel ſe erigit, vt ſemen emittat. Sed hoc videtur *contra caput Aliquando 32. quæſtione 2.*) Hæc Margarita Confeſſor.

PROPOSITIO XI.

Coniuges, qui, poſt matrimonium, cognationem ſpiritualem ſcienter, & ſecluſa neceſſitate contraxerunt, poſſunt licite non ſolum debitum reddere, ſed etiam petere. Gaſpar Hurtado Ieſuita, malè explicans textus Canonicos, *diſp. 10. de Matrim. diff. 6. n. 25.*

1. ℟. HÆc opinio plures habet pro ſe Doctores. Eam tuentur Gloſſa *in cap. ſi vir. verbo inſtitutum.* Ancharranus, Præpoſitus, Cardinal. Archidiaconus, & Gaëta. Item M. Turrecremata, *in cap. ſi vir. numero* 11. & M. Raynerius de Piſis *in ſum. tract. de cognatione ſpirituali, §. vltimo*, quos citatos reperies apud Sanchez, *libro 9. de Matrim. cap. 26. numero* 6. Quibus adde M. Durandum *in 4. diſt. 42. quæſtio. 2. artic. 3.* Vbi ſic ait. [Aut contrahitur ex neceſſitate, (nempe cognatio ſpiritualis) & tunc non impedit, &c. Aut ſine neceſſitate; & tunc aut per ignorantiam; & ſic non impedit neque reddere, neque exigere: aut per fraudem ad inſidiandum matrimonio, & tunc fraudulentus debet agere pœnitentiam de delicto commiſſo. Quidam addunt, (attende) quod ille qui fraudulenter hoc fecit, poteſt reddere debitum, ſed non licet ei exigere; quod quamuis ſit probabiliter dictum, non inuenitur in iure expreſſum, quod non liceat ei debitum petere,] Hæc Durandus.

2. Quapropter illum pro hac ſententia referunt Hurtado, & Sanchez *ſupra.* Ex quo, & ex reliquis *ſupra* citatis deſumpſit Hurtado, explicationem, & intelligentiam textuum iuris Canonici. Quæ adeo aperta eſt, vt Thomas Sanchez *vbi ſupra*, de oppoſita ſententia, quam ſequitur, ſic aſſerat. [Fateor in rigore hanc ſententiam nullo textu probari: nam ad caput [ſi vir] facilis eſt ſolutio, potiuſque fauet oppoſitæ ſententiæ]. Vide Dianam *part. 11. tract. 5. Miſ. reſ. 39.* Vbi aliis citatis opinioni Gaſparis Hurtado aſſentitur, dicens. [Quòd nequeat petere debitum, nullo ſufficienti fundamento aſſeritur, quia non ſolum prohibitio petendi in nullo iure, perſeuerante in ſua viridi obſeruantia, continetur, ſed neque ex aliquo iure ſufficienter deducitur.] Hæc ille, noſtri ſæculi in re morali communis Magiſter. Non ergo textus Canonicos malè intellexit Hurtado. Liceat ergo, pro illo Anonymo reſpondere, quod in alia quæſtione M. Sotus *lib. 8. de Iuſtitia, quæſtio. 4. artic. 2. à §. Ex quo ſubinde* reſpondet Caietano aſſerenti D. Thomam Decretalem [Cum ad Monaſterium] non citaſſe in legitimo ſenſu. (Igitur, inquit Sotus, quod Caietanus de S. Thoma cenſet, videlicet, quod, ſi ſenſum Decretalis intellexiſſet,

lexiſſet, non perſtitiſſet in hac ſententia, id ipſum ego de eo cenſuerim; nempe quod ſi mentem D. Thomæ penetrare voluiſſet, non tam facile ab illo receſſiſſet.] Hæc M Sotus pro D. Thoma, contra Caietanum. Eadem ego pro Gaſpare Hurtado, Durando, & aliis contra Anonymum.

3. An verò coniux innocens poſſit reddere debitum inceſtuoſo, vel adultero petenti? Non conueniunt Theologi. M. Texeda *tom. 2. lib. 4. tractat. 1. controu. 12. num. 88.* dicit peccare mortaliter ſi reddat. (Et hæc, inquit, doctrina in praxi tanquam vera ſequenda eſt) è contra Peccare mortaliter, ſi non reddat, tradit ex eodem Ordine M. Martinus de Ledeſma *in 4. part. 2. quæſt. 60. art. 5. fol. mihi* 507. vbi ſic ait. [Probabile eſt, quod vxor non tenetur reddere, & ſi licitè poſſit; licet probabilius mihi videtur, quod vxor tenetur reddere debitum marito petenti, eſto petens peccet.]

PROPOSITIO. XII.

Coniugatus, qui copulam habuit cum coniugata ſatisfacit, ſi in confeſſione dicat; commiſiſſe adulterium; non enim tenetur explicare, an coniugium ex parte vnius, an ex parte vtriuſque? Sà Ieſuita *in prima editione, verb. Confeſſio, num.* 30.

1. QVod vnum tantum interueniat peccatum, ſentiunt omnes, qui tuentur eum qui vnica actione duobus, vel pluribus infert iniuriam vnicum tantum peccatum cõmittere, M. Bannez, M. Serra, Ioannes Pontius, Conſtantinus de Caſtro, Remigius, Leander, Diana, Megala, Duardus, Delgadillo, F. Ludouicus à Conceptione, M. Acacius de Velaſco, & alij, quos citaui *tract. de Pœnitentia Prop.* 7. qui conſequenter aſſerunt opus non eſſe in confeſſione explicare numerum perſonarum, quibus vnica actione iniuria infertur; iuxta communem opinionem D. Tho. & aliorum aſſerentium circumſtantias notabiliter aggrauantes, non eſſe de neceſſitate confitendas. Ex quibus præmiſſis opinio P. Sà per euidentem conſequentiam deducitur.

2. Quapropter hanc ſententiam tuetur M. Zanardus, qui ex vna parte *in directorio 1. p. de Sacrament. Pœnitent. c.* 18. ſequitur opinionem D. Th. quoad circumſtantias notabiliter aggrauantes, vt vidimus *ſupra tract. de Pœnit. Prop.* 17. *num.* 1. & ex alia, quod vnum, & non duplex interueniat peccatum adulterij, tradit apertè *1. p. 2. in explicatione ſexti, & noni præcepti, capite* 3. his verbis. [Adulterium dupliciter committitur, primò inter duos matrimonio iunctos, quia vir adulter habet vxorem, & mulier vxor habet virum, & hoc eſt propriè adulterium, ſed vnum, quia vna malitia interuenit, & ſi duæ iniuriæ concurrant materialiter, id eſt ratione perſonarum.] Idem ſentit Martinus de San Ioſeph *in Monitis confeſſ. tom. 1. libro 1. tract. 11. de Pœnit. numero* 10. dicens. [*No pecan mas de vn pecado numero el caſado, que adulterò con muger caſada,*

caſada, ni el Religioſo que pecò con monja, porque pecar con perſona del miſmo eſtado agraua dentro de la miſma eſpecie. Quibus adde F. Ludouicum à Concep. *in exam veritatis tract. 5. de Pœnit. caſu 5. num. 10. fol. mihi 444.* vbi ait. [Infero 6. coniugatum rem cum alia coniugata habentem vnum tantum committere adulterium] ideo ſententiam Patris Sà probabilem putat Leander *tom. 1. de Pœnit. diſp. 8. §. 3. Quaeſt. 54.* & non diſſentit Diana *1. part. tract. 7. reſol. 17.* Nec diſſentiet M. Acacius de Velaſco *in reſol. moral. verb. Luxuria, reſol. 206.* vbi inquit. [*Con todo ay algunos Dotores que ſienten no ſe deue declarar eſta circunſtancia en la confeſſion, &c. deben de ſer los que juzgan que en vn acto indiuiduo no ſe pueden dar muchas malicias numero diſtinctas.*] Quod ipſe etiam indicat, *tom. 2. verbo Golpe reſ. 2. num. 5.* cuius verba dedi *ſup. tract. de Pœnit. Prop. 7. num. 5.* [*Ni obſta,* inquit, *que de aquella accion ſe ſigan muchos daños, ſupueſto que no ay muchos pecados.*]

3. Videatur Leand. à SS. Sacram. *tom. 1. de Pœnit. tra. 5. diſp. 8. §. 3. Qu. 54.* Vbi cenſet, idem dicendum de Religioſo peccante cum Religioſa, nimirum ſufficere; ſe accuſet de ſacrilegio contra votum caſtitatis, [& ſic inquit, docere debent, qui affirmant circumſtantiam duplicati adulterij, aut ſacrilegij eſſet tantum aggrauantem] idque tantum probabile admittit etiam Diana *p. 9. tract. 9. reſol. 55.* vt potè concluſionem deductam ex principio, quod fatetur eſſe probabile [Ex eodem, inquit, principio videtur inferri, Religioſum habentem rem cum Religioſa vnum tantum committere peccatum contra Religionem, & ſufficere ſi in confeſſione dicat; commiſiſſe fornicationem ſacrilegam, ſeu contra votum caſtitatis. Nec aliquam video diſparitatem inter circumſtantiam coniugij tenentis ſe ex parte vtriuſque, & voti ex parte eorundem ſe tenentis. [Videatur etiam ipſe Diana *1. p. tract. 7. de circumſtantiis, reſ. 29.* vbi cum Vazquez ſentit apertè, quod in opinione (quam probabilem iudicat) aſſerente in eodem actu non poſſe eſſe duplicem malitiam, non eſſe neceſſariam explicare in confeſſione numerum perſonarum, quibus fit iniuria, *& 3. p. tract. 4. reſol. 164.* Vbi contrariam opinionem quoad numerum malitiarum amplectitur, vt ex illa probet in peccato coniugati cum coniugata, & Religioſi cũ Moniali duplicem contrahi malitiam, & idcò plura numero peccata in confeſſione explicanda.

4. Putarunt nonnulli peccantem affectiue cum coniugata non contrahere ſpecialem ex hoc capite malitiam in confeſſione explicandam. Ita Angelus *in ſum. verb. Luxuria num. 2.* [Item, inquit, eſt peccatum mortale deliberatus conſenſus in opus, ſi facultas adeſſet, &c. & illius ſpeciei, cuius eſt materia, quam appetit, puta, ſi ſolutam fornicatio, ſi coniugatam, adulterium, & huiuſmodi. Quae circumſtantia eſt confitenda de neceſſitate, cum mutet ſpeciem ſecundum aliquos: ſed non credo, quia ſolum eſt contra vnam prohibitionem: non concupiſces proximi tui vxorem.] Sic ille cuius opinionem probabilem putat Iacobus Vngarellus Patauinus eiuſdem Ordinis, *in Annotationibus ad Angel.* quia ſolum ait. [Mihi videtur tutius confiteri] ſic *in editione Venetiis anno* 1582. Verum hanc doctrinam,

vt

vt improbabilem prorſus, omnes reiiciuur, & de mandato Supremæ Inquiſitionis expuncta eſt ab Angeli ſumma in expurgat, anno 1641.

3. Si verò affectus conditionatus eſſet huiuſmodi. [Committerem adulterium, niſi eſſet peccatum.] nullum, in tali voluntate interuenire peccatum, nec contra caſtitatem, nec contra iuſtitiam, putat Magiſter Zanardus *vbi ſupra*, dicens. [Sic enim omittitur omnis delectatio de adulterio, vt de re præſenti, & poſſibili.]

PROPOSITIO. XIII.

Qui adſtrictus voto abſoluto caſtitatis matrimonium contraxit, vbi ſemel conſummauit, poteſt deinceps debitum petere, ac ſi nil vouiſſet. Sà Ieſuita *verb. debitum coniugale in prima editione.*

1. R. PRo hac ſententia militant Gloſſa *in cap. finali 27.* Cardinalis, Alexander de Neuo, Ioannes Andreas, Gerſon, Angelus, Veracruz, item Ioannes de Friburgo, cui videtur conſentire M. Ioannes Viguerius, vt omnes referens inquit Sanchez *de Matrim. lib. 9. diſp. 33. numero* 4. & putat probabile D. Thom. *Quod lib. 3. art.* 18. quia oppoſitum quod ſequitur vocat verius, ſic enim inquit. [Mulier, quæ poſt votum ſimplex continentiæ, matrimonium contractum carnali copula conſummauit, iam non peccat reddendo debitum viro. Sed an peccet exigendo debitum? Dubium videtur, quibuſdam dicentibus, quod etiam abſque peccato exigere poteſt, ſed verius videtur, quod non peccat reddendo peccat autem exigendo.] Hæc Angelicus Præceptor, verum P. Sà, tanquam vnico Authori hęc opinio tribuitur, eo quod dixerit non eſſe improbabilem. Verba eius ſunt. [Contrahens matrimonium poſt votum caſtitatis non poteſt vnquam petere, niſi in gratiam coniugis(eſt enim id quoddam reddere) quidam tamen aiunt ſola prima vice petentem peccare, poſtea verò licere ob ſtatum matrimonij. Quod mihi(attende) de viro non videtur improbabile, fieret enim alioqui magnum vxori præiudicium, ſi ipſa cogatur ſemper petere.] Hæc Sà *in editione Antuerpienſi, anno* 1597. *& in Veneta anno* 1602. Vbi notandum, quod de muliere non dixit non videri, improbabile. Quia magnum viro præiudicium fieri, non exiſtimat, ex eo quod ipſe cogatur ſemper petere. Satis tamen ſcrupuloſe proceſſit: cum D. Thom. de muliere etiam, idem probabile iudicauerit Licet Magiſtro Dominico de Soto id valde diſplicear *in 4. diſt. 38. Qu. 1. art. 1. §. Tertia concluſio.* vbi etiam de viro, improbabile indicat dicens. [Tametſi nonnulli ex Sacrorum Canonum interpretibus, qui omnia in opinionem vertunt, opinentur, quod cum primum ille qui vouit debitum exigit, tunc peccat: poſtmodum verò minimè. Quorum eſt Hoſtienſis, & Cardinalis, atque alij quos citat Gloſſa *in cap. ſi quis poſt votum 27. q. 1.* Eſt tamen opinio omni

litate deſtituta.] Hactenus Sotus. Ad hoc autem, quod talis non ſit, ſufficiat nobis authoritas D. Thomæ, Sotique cenſuram applicare poteris ad aliorum opinionem, qui aſſeruere, etiam non conſummato matrimonio, licitum eſſe voto caſtitatis ligato, debitum petere: quam tenuere Gaëta, & Hieronymus Mangarie, & alij antiquiores apud Sanchez *ſup. num.* 3.

2. De adſtricto voto caſtitatis ſentiunt nonnulli, non peccare contra votum, ſi ſolutum tactibus polluat, dummodo ipſi tangenti voluntaria pollutio non accedat. Ita M. Nicolaus Moſcicenſis, ex Ordine Prædicatorum *in Tyrocinio S. Artis Pœnitentiariæ p.* 2 *§. de luxuria, numerò* 10. vbi ſic ait: [Quando mollities committeretur tactibus Religioſi, vel in maioribus Ordinibus conſtituti; tunc, ſi qui patitur, ſæcularis eſt, non tenetur amplius dicere, niſi ſic. Paſſus ſum voluntarie pollui tactibus alienis, & vice verſa; Deo dicatus ſatisfaciet dicendo. Tangebam alium impudice vſque ad pollutionem eius. Neque tenetur dicere, ſe eſſe Deo dicatum per profeſſionem, niſi ratione ſcandali, vel niſi etiam illi interuenerit pollutio, ſiue voluntaria indirectè, ſcilicet in cauſa (quo caſu ſolus Deo dicatus explicare debet ſe eſſe talem) ſiue propter mutuum tactum, quo caſu etiam ſæcularis addere debet circumſtantiã complicis, quia ibi perſona ſacra violata eſt.] Hæc ille. Quæ ſunt valde notanda: maximè verba illa. [Quo caſu ſolus Deo dicatus, &c.] Quibus omiſſis eandem ſententiam, ferè eiſdem, tradit Geſualdus Capuccinus *in Theolo. mor. tom.* 1. *tract.* 27. *cap.* 10. *num.* 16. [Neque Religioſus, inquit, tenetur amplius dicere; quam tangens impudice alium pollui. Et ſi non ſit cognitus, non tenetur explicare: Ego ſum in ſacris, vel Religioſus, niſi etiam illi accidat voluntaria pollutio conſummata. Et ratio eſt, *quia* perſona ſacra non eſt tali caſu violata contra votum caſtitatis.] Idem ſentit *Iacobus* de Graffis Benedictinus, *de caſibus reſeruatis lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 39. Et cum limitatione ſuſtinet Ioannes Caramuel, nimirum quando ſine propria delectatio, aut eius periculo, tactibus alium prouocat, ita *in Regul. Sancti Benedicti diſp.* 66. *num.* 988. & valde fauet Reuerend. Candidus M. Sacri Palatij *tom.* 1. *diſquiſ.* 2. *art.* 24. *dub.* 5. *&* 6. dum ait. [Eſſe circunſtantiam aggrauantem] vt obſeruat Caramuel *in Theolog. fundamentali, tom.* 1. *fol. mihi* 486. Verum hæc opinio, quam prius docuerat Hieronymus de Llamas, de mandato Supremi Tribunalis Inquiſitionis Hiſpaniæ, expuncta fuit *in expurgat. anno* 1640.

3. Addunt alij habentem votum caſtitatis non peccare contra votum, ſi moroſè tantum delectetur de obiecto turpi. Ita Euſebius de Herrera Auguſtinianus, *in deciſion. moral. de ſtatu Religioſo, deciſ.* 6. §. 9. vbi ſic dubium proponit, & diſſoluit: [*Si el pecado de la delectacion moroſa milita contra el voto de la caſtidad? Reſpondo, que no milita derechamente contra el voto, ſi bien ſe conſidera: porque no ay voluntad de quebrantarle. V. g. ſi un Religioſo ſe eſtuuieſſe delectando en ſi, en penſar en coſas venereas. Pero no tiene voluntad, ni conſiente en ellas, ſino ſolo ſe recrea con imaginarlas, ò penſarlas; peca mortalmente con pecado que ſe llama delectacion moroſa, pero yo no dirè, que es ſacrilegio contra el voto de la caſtidad, pues tiene*

intentio

intentio de guardarle] Hæc ille cui vidētur aſſentire Doctores *num. præcedenti* aſſerentes, non peccare contra votum Religioſum, qui tactibus impudicis prouocat ſæcularem ad pollutionem, hoc enim difficilimum eſt euitare abſque moroſa tangentis delectatione, aut periculo proximo illius. Vide etiā *ſupra Prop.* 8. vbi nec contra caſtitatem grauiter peccare putarunt probabile Corduba, & Tabiena. Verum horum opinionem iam *ibi* notauimus ex mandato Sanctæ Inquiſitionis cautè legendam, & neque tutam, nec probabilem eſſe, idémque iudicium de opinione Euſebij de Herrera fert Ludouicus de Torres *in Selectis part. ſecunda diſputat.* 16. *dub. primo* & tam vna, quam altera communiter reprobatur.

4. Ex quibus conſtat potiori iure exterminandam ſententiam aliā eiuſdem Magiſtri Ioannis de Tabiena *in ſum. verb. Votum* 1. *numero* 3. *Notab.* 2. aſſerentis fornicationem Sacerdotis, vel Religioſi, non addere circumſtantiam ſpecie diuerſam à ſimplici fornicatione, ac neceſſariò fatendam. Verba eius ſunt. [Votum illius rei, ad quam tenemur, non eſt propriè votum, ſed confirmatio illius; ad quod tenemur: & per conſequens non trahit ad aliam ſpeciem, & non eſt de neceſſitate confeſſionis. Sed tamen Archiep. Florent. dicit, quod mutat ſpeciem, &c. vt ſi quis voueat non fornicari. Sed quia D. Thomas dicit generaliter, & clarè, quod non eſt propriè votum; ideò dicendum ſimpliciter, quod non mutat ſpeciem, vt dictum eſt; grauat tamen, quia non ſolum facit contra præceptum, ſed contra ſua n bonam deliberationem.] Hæc Tabiena cuius opinionem reiiciendam protſus dicit Thomas Sanchez *lib.* 7. *de Matrim. diſp.* 27. *num.* 20. & erroneam, & à veritate alienam appellat Caſtro *de lege pœnali, capite* 10. *col.* 5.

5. Ex dictis infertur, habentes votum caſtitatis non poſſe abſque lethali matrimonium contrahere, niſi prius obtenta diſpenſatione, vt tradit D. Thom. 3. *p. Quaſt.* 28. *artic.* 6. *ad* 1. & cum eo omnes Theologi (paucis exceptis, qui contrarium tenent, quando contrahit animo ingrediendi Religionem ante conſummationem) vnde conſtat diſpenſationem diuinam interfuiſſe, vt Beatiſſima Virgo Ioſepho deſponſaretur, nam priùs abſolutè votum virginitatis emiſerat, vt ait Suarez *tom.* 2. *in* 3. *p. Quaſt.* 28. *diſp.* 6. *ſect.* 2. [Et ita (inquit) tenciunt communiter Theologi, Richardus, Bonauentura, Maior, Scotus, Albertus Magnus, ac fere cæteri Scholaſtici.] Quos ſequitur M. Raynerius de Piſis, *in ſumma, ſeu Pantheologia, verbo Incarnatio cap.* 12. dicens. [B. V. antequam ab Angelo ei denuntiaretur, & antequam à Ioſepho deſponſaretur, abſolutè virginitatem vouit.] Non inficior D. Thomam oppoſitum tenere 3. *part. Quaſt.* 28. *articulo* 4. ait enim B. V. antequam deſponſaretur, vouiſſe virginitatem non tamen abſolutè [ſed ſub conditione, ſi Deo placeret] ac proin licitè, poſt tale votum, voluiſſe nubere, quia hoc, inquit, prohibitum eſt illis, [qui abſolutè caſtitatem vouent, quod quidē Mater Dei, non fecit, antequam Ioſepho deſponſaretur.]

6. Imò addit M. Sotus *in* 4. *diſt.* 30. *Quaſt.* 2. *art.* 1. *in fine.* B. V. antequam deſponſaretur, nullum emiſiſſe virginitatis votum, neque abſolutè

nec ſub conditione. [Qua propter, inquit, ante nuptias propoſitum habuit virginitatis, & poſt nuptias votum eiuſdem fecit.] Et iterum *diſt.* 38. *Qu.* 2. *art.* 1. §. *Contra primam concluſionem,* [Beata Maria, vt *ſupra* diximus, non creditur votum emiſiſſe antequam matrimonium contraheret.] Verum hæc aſſertio M. Soti non ſolum eſt apertè contra D. Thomam, vt vidimus, ſed etiam contra omnes Theologos, & in re grauiſſima. Sicut etiam illa, quã à Caietano traditam refert, & reiicit, M. Catherinus *in Annotat. ad illius commentaria lib.* 4. *fol. mihi* 268. vbi ſic ait. [Non eſt probandum, quod dixit, quod Maria ita conuerſabatur cum Ioſepho, quod licitè abſque vlla nota potuiſſent conſummare matrimoniũ. Quod eſt horribile, & in contumeliam diuini partus dicitur, & aduerſus votum virginitatis, quod emiſit vterque coniugum, vt ait Hieronymus, & Auguſtinus.] Hæc Catherinus.

PROPOSITIO. XIV.

In Conceptione Chriſti Domini, Beatiſſima Virgo concurſum præbuit, per ſubminiſtrationem veri ſeminis, ſecluſa tamen omni inordinatione Suarez Ieſuita 3. *part. Quæſt.* 32. *diſput.* 10. *ſect.* 1. Sanchez Ieſuita *de Matrimonio libro* 2. *diſputatione* 21. *numero* 11. [Expende quam defenſores Marianæ puritatis ſint Ieſuitæ.]

1. ♃. HAnc ſententiam tuetur Richardus de Mediauilla *in* 3. *ſentent. diſt.* 3. *art.* 2. *Quæſt.* 1. vbi ſic ait. (Ad primum dicendum, quod caro Chriſti fuit formata ex ſemine, eo modo quo ſemen eſt in mulieribus, tanquam ex próximo materiali principio, & ex puriſſimo ſanguine, tanquam ex principio remoto, quia illud ſemen ex puriſſimo ſanguine factum fuit.) Hæc ille *ſupra*, & iterum *Quæſt.* 2. §. *Ad cuius intelligentiam,* quem ſequuntur Petrus de Maco *in Appendice ad tractatum de ſemine,* & Mantuanus *tractat. de Conceptione Chriſti.* Quibus adde Henricum de Gandauo, virum doctiſſimum qui floruit tempore, quo Richardus, nempe anno 1290. vt refert Bellarminus *de Scriptoribus Eccleſiaſticis.* Ille Igitur *Quod lib. to.* 5. *quæſt.* 11. Sic ait. (Siue ipſum ſemen fuiſſet deciſum à muliere ſola, abſque coitu viri, (attende) ſicut contigit in Conceptione Chriſti de Virgine Maria, &c.) Hæc opinionem multis ſuadere conatur Caietanus 3. *part. quæſt.* 31. *artic.* 5. Vbi ſic ait. (De hac materia multa ſcripſimus *in præcedenti libro*; & idcò nunc pertranſeo, præmonendo nouitios, ne ſic ſectentur dictam (nempe D. Thomæ) ſententiam à Damaſceno ſumptam, quaſi articulum Fidei, aut tanquam oppoſitum erroneum putent. Tenentes enim materiam humani fœtus proximam eſſe mulieris ſemen, abſque fidei iniuria dicerent, quod ſicut ad virginitatem Matris Chriſti ſpectat, quod ſanguis eius ad locum naturalem generationis attractus fuerit, abſque concupiſ-

concupiſcentia: Ita ad eiuſdem *V*irginalis Conceptus miraculum ſpectat; quod abſque libidinis æſtu, reſolutum ſemen habitum fuerit. Et propterea inſtruens Angelus *V*irginem de modo Conceptus, non dixit tantum *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te*, ſed addidit, *& virtus Altiſſimi obumbrabit tibi*, ab æſtu proculdubio concupiſcentię. Nec obſtat integerrimæ virginitatis mentis, & corporis talis concurſus ſeminis fœminei ad conceptum, quoniam naturalis, ac voluntaria reſolutio ſeminis virginitatem tollit mulieris; non autem miraculoſa ſupra naturæ curſum, & non voluntaria in ſe ipſa, ſed tantum in ſua cauſa, vt verba Beatæ *V*irginis ad Angelum demonſtrant, &c.) Hactenus Caietanus *in editione Venetiis anno* 1533. Et *in Lugdunenſi, anno* 1558. Quæ tamen *in moderniori-bus editionibus ab anno* 1570. non reperies.

2. Prædictam ſententiam, licet tot, tantoſque habeat patronos, non defendit P. Thomas Sanchez, nec dicit eſſe probabilem, ſed ab aliis talem iudicari *loco enim citato* diſputat. (*V*trum cenſeatur matrimonium conſummatum, ſi ſolus vir intra vas naturale ſeminet?) Et reſpondet communem ſententiam affirmare. (Eo quod ſemen fœmineum ad generationem neceſſarium non ſit. Ipſe vero *numero* 11. Sic ait. (Quamuis hæc ſententia probabilior ſit, non eſt tamen adeo certa, cum innitatur illi ſoli principio Philoſophico, quod ſemen fœmineum non eſt neceſſarium ad generationem; & illud non eſt certum; quia ſatis probabiliter multi tenent contrarium: (attende) quod adeo probabile eſt, vt Suarez fateatur cum aliis, eſſe probabile adfuiſſe ſemen in *V*irgine abſque omni prorſus inordinatione, vt miniſtraret Conceptioni Chriſti materiam. Quare concludo eſſe probabile non conſummari matrimonium niſi etiam fœmina ſeminante) Hucuſque P. Sanchez, in quibus nec verbum pro ſententia quæ ei falſo tribuitur.

3. Quoad Patrem Suarez, (etſi contrariam ſequatur) fateor ſententiam Richardi, & aliorum iudicaſſe probabilem; tot vero limitationibus reſtrictam, vt non magis cum puritate Beatiſſimæ *V*irginis pugnet, quam concurſus per ſubminiſtrationem ſanguinis *V*erba eius ſunt. (Si ſemen maternum neceſſarium eſt ad concipiendum filium (vt tradit Caietanus cum Hyppocrate, Galeno, *V*alles, & aliis apud Sanchez *ſupra*) conſequenter dicendum eſt, Beatam *V*irginem per naturalem facultatem partem ſanguinis in ſemen conuertiſſe, idque ad debitum locum conceptionis tranſmiſiſſe. Quod inter Scholaſticos abſque formidine concedit Richardus *in* 3. *diſtinct.* 4. *articulo* 2. *quaſt.* 1. Citatur etiam Mantuanus, *tractatu de Conceptione Chriſti*. Qui tamen ita ſenſerit, conſequenter dicere debet, illam ſeminis tranſmiſſionem factam eſſe ſine vlla inordinatione, & voluptate, aut aliquo motu concupiſcentiæ, vel Spiritu Sancto obumbrante, vel quia ſubito, & abſque vlla commotione naturalium membrorum facta eſt. Et inde fit, vt non magis deroget integritati, & puritati *V*irginis, quam ſolius ſanguinis tranſmiſſio. Et hæc ſententia eſt probabilis; incerta tamen, neque frequenter in ore verſanda; vt Bonauentura dixit. Vnde ſatis pium, & probabile etiam eſt, ſi quis velit ſentire cum D. Tho-

ma, *hic quaſt.* 31. *art.* 5. *ad* 3. conceptionem hanc abſque ſeminis tranſmiſſione perfectam eſſe, ſi propriè, & rigoroſè de ſemine loquamur. Hoc enim dictis, Sanctorum & perfectioni Virginis, magis eſt conſentaneum, & Philoſophicæ doctrinæ non repugnat, & ſi repugnaret, potius eſſet Theologiæ accommodanda, quam è contrario] Huculque Suarez qui multis hanc ſecundam D. Thomæ ſententiam confirmat, & tuetur.

4. Verum in hac quæſtione omnino videndus Angelicus Præceptor, 3. *part. quaſt.* 31. *citata artic.* 5. *in corp.* Vbi apertiſſimè tradit, Chriſtum Dominum, idem, quod reliqui homines, principium paſſiuum habuiſſe, ſimilémque materiam. Sic enim, inquit, [Ad ſupernaturalem modum generationis Chriſti pertinet, quod actiuum principium in generationis illa fuerit virtus ſupernaturalis diuina; ſed ad naturalem modum generationis eius pertinet, quod eius materia, de qua corpus eius conceptum eſt, ſit conformis materiæ, quam aliæ fœminæ ſubminiſtrant ad conceptionem prolis. Hæc autem materia, ſecundum Philoſophum de generatione animalium, eſt ſanguis mulieris, non quicumque ſed perductus ad quamdá ampliorem digeſtionem per virtutem generatiuam matris, vt ſit materia apta ad conceptum. Et ideò ex tali materia fuit Corpus Chriſti conceptum.] Hæc ille. Ergo ſi materia, quam reliquæ fœminæ ſubminiſtrant ad conceptionem prolis, non ſanguis ſed fœmineum ſemen foret, ex tali materia fuiſſet Corpus Chriſti conceptum. Quod confirmatur ex his quæ *ibidem ad* 3. reſpondet. [Dicendũ quod ſemen fœminæ non eſt generationi aptum, &c. Et ideò tale ſemen non eſt materia, quæ de neceſſitate requiratur ad conceptum, ſicut Philoſophus dicit, & ideò in conceptione Corporis Chriſti non fuit.] Ergo ſi ſemen ex neceſſitate requireretur, ad conceptum, in conceptione Corporis Chriſti fuiſſet, ſecũdum D. Thomam. Hæc autem eſt opinio quã probabilem dicit P. Suarez *vbi ſupra.* (Si ſemen inquit, maternum neceſſarium eſt ad concipiendum filium, conſequenter dicendum eſt, B. Virginem, &c. Sine vlla inordinatione, voluptate, &c.) Hæc inquam; eſt opinio quam probabilem eſſe dicit vtpotè per neceſſariam conſequentiam deductam ex principio, quod nec Angelicus Doctor dixit vnquam eſſe improbabile, (imò vt probabilius ſupponere videtur *in* 4. *diſt.* 41. *art.* 1. *ad* 4 *Quaſt. ad* 2. dicens quod vir, & fœmina. [Efficiuntur vna caro per commiſtionem ſeminum, vide niſi commiſtio ſeminum ſequatur, non contrahitur ex hoc affinitas.] Vt notant viri doctiſſimi) licet *in præſenti quaſtione* contrario principio innitatur, quo negato non poteſt negari miraculum in principio enim paſſiuo & materia Chriſti Domini interuenit ſe, ſcilicet, vel in eo quod eius materia non ſit ſimilis materiæ, quod aliæ fœminæ ſubminiſtrant, quod ipſe negat, vel in eo quod fœmineum ſemen abſque vlla prorſus concupiſcentia, & voluptate reſolutum fuerit, vt Caietanus, Richardus, & alij contendunt.

5. Dictis conſonat Abulenſis *in tractatu ſuper locum Iſaia Ecce Virgo concipiat.* Vbi ex eo, quod reliquæ fœminæ, (vt ipſe opinatur) menſtruum ſanguineum ſubminiſtrent ad conceptionem prolis, vt ex hac materia

formetur

formetur corpus ; exiſtimat ex ſanguine etiam menſtruo B. Virginis, abſque vlla tamen inordinatione, & voluptate, Corpus Chriſti Domini conceptum fuiſſe. Videatur *vbi ſupra numero* 47. quo in loco,poſtquam ſtatuit nullam delectationem veneream B. Virginem expertam eſſe, ſic ait. [Fuit conceptio illa ſupernaturalis, quia non erat ibi aliquod principium actiuum naturale ad dirigendum menſtrualem ſanguinem eius, & formandum corpus. Sed fuit Spiritus Sanctus faciens in menſtruo virginali opera omnia, quæ operari debuiſſet maſculinum ſemen.] Hæc Abulenſis *in editione Veneta, anno* 1529. Contrarium autem tenet D.Thomas *ſupra* ex oppoſito principio,putat enim ſanguinem menſtruum non eſſe materiam, quam aliæ fœminæ ſubminiſtrant ad conceptionem prolis, atque adeo Corpus Chriſti non fuiſſe ex hac materia conceptum. Verba eius ſunt. [Sanguis autem menſtruus,quem fœminæ per ſingulos menſes emittunt, impuritatem quamdam naturalem habet corruptionis, ſicut & cæteræ ſuperfluitates, quibus natura non indiget,ſed eas expellit.Et tali autem menſtruo corruptionem habente,quod natura repudiat, non formatur conceptus.] Ex quibus & ex eo,quod in B. V. nulla interuenerit delectatio, infert. [Et ideò dicitur Corpus Chriſti ex caſtiſſimis, & puriſſimis ſanguinibus Virginis formatum] Hactenus Angelicus Doctor: quem Ieſuitæ omnes ſequuntur.

6. Quid ergo iam in Eximio Doctore Franciſco Suarez, quod diſpliceat? Nam ſententiam quam probabilem ipſe dixit, tuetur (vel ſaltem liberat à cenſura) Eminentiſſimus Caietanus, ex doctiſſima Prædicatorum familia: docet cum aliis ſine formidine Richardus, ex Religioſiſſimo Ordine Minorum, & tamen nullus in ipſos, ne dum in eorum inſtituti profeſſores, tanquam perfectioni puritatis Mariæ derogantes inuectus fuit. Cur ergo omnes Ieſuitas inſectaris, Suarecio peccato, quaſi originali,infectos, eo quod ille contrariam ſequutus,Richardi ſententiam probabilem eſſe dixerit? Hoc vnū ſcio;vtriuſque familiæ, (ſicut, & aliorum Ordinum) alumnos omnimodæ puritatis Beatiſſimæ Virginis Mariæ acerrimos eſſe defenſores. Nam verbo, calamo, ſanguine, pro corporis,& animæ ſanctiſſimæ puritate vbique pugnant. Pro illa; dum ſemper virginem profitentur. Pro iſta; dum cum Diu. Thoma *in* 1. *diſt.* 44. *quæſt. vnica, artic.* 3. *ad* 3. proclamant. [Talis fuit puritas Beatæ Virginis, quæ à peccato originali, & actuali immunis fuit.] Quod omnes iam Chriſti fideles non ſolum in corde, ſed in ore frequenter verſant, ſicut, & Angelicus præceptor calamo. Hanc enim ſententiam non ſemel, ſed ſæpe docuit: ter enim tradit *in* 1. *lib. ſententiarum ſupra citato* Nimirum *diſt.* 17. *quæſt.* 2. *articulo* 4. *& diſtinct.* 44. *Quæſt. articulo* 2. *ad* 2. *& loco à nobis citato, articulo* 3. *ad* 3. Quibus adde quartam authoritatem *ex Opuſculo* 61. *in tractatu de decem gradibus charitatis, gradu* 10. *ad finem.* De quibus latè pro Immaculata Conceptione agit R. P. M. Gaſpar Chatalanus,ex Ordine Prædicatorum deſignatus Epiſcopus Ilerdenſis epiſtola quadam apud Ioannem Euſebium Nieremberg. *lib. exception. capite* 24. *à fol.*374.

7. His quatuor,totidem aliæ ſuperaddendæ

addendæ

addendæ ſunt. 1. ſuper Pſalmum 14. ad illud. *Qui ingreditur ſine macula.* Vbi Angelicus Doctor. [In Chriſto, inquit, & Virgine Maria nulla omnino macula fuit.] 2. Super Pſalmum 18. ad verſ. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum.* Quem ſic exponit. [In ſole poſuit, id eſt corpus ſuum poſuit in ſole, id eſt in B. Virgine, quæ nullam habuit obſcuritatem peccati Cant. 4. *Tota pulchra eſt amica mea, & macula non eſt in te.*] 3. Super epiſtolam *ad Galatas, capite* 3. *ſect.* 6. [Non inueni, inquit, mulierem præter Virginem Mariam, quæ à peccato originali immunis eſſet.] Sic in excuſſione Pariſienſi, anno 1529. & in altera etiam Pariſienſi, anno 1532. & in Venetiana, apud Hieronymum Scotum anno 1548. & iterum, anno 1555. Quarta denique authoritas deſumitur ex Opuſculo ſuper *Aue Maria.* Vbi ſic. [Maria Puriſſima fuit, quantum ad omnem maculam, quia neque originale, neque mortale, neque veniale peccatum incurrit] Sic in exemplaribus antiquis, vt teſtatur Salmeron, *tom.* 13. *ſuper Epiſt. ad Roman. diſp.* 51. *in fine.* [Ita, inquit, in multis codicibus antiquis communiter legebatur, & Turrecremata non eſt auſus illud immutare, ſed ſub illis verbis producit eum,] & quod hæc verba ſint D. Thomæ, fatetur ex eodem Prædicatorum Ordine Vincentius, Iuſtinianus, *tract. pro Immaculata Conceptione verſ. Petrus Caniſius.* Vbi ſic ſcribit [S. Thomas, in Opuſculo in ſalutationem Angelicam, & in libris ſententiarum dixit. eam fuiſſe immunem, & liberam ab omni peccato, tam originali, quam actuali. Vt ego neſciam, in quo alio Ordine Mendicante, ſint Doctores antiqui, qui id dixerint.]

8. Vide Reuerendiſſimum P. M. F. Ioannem à S. Thoma Virum doctiſſimum ex eadem Familia, *tom.* 1. *in* 1. *part. diſput.* 2. *proœmial.* Vbi plurimis, optimiſque locis demonſtrat, D. Thomam, pro hac ſententia ſemper ſteтiſſe; & quod in his, quibus contrarius ſibi videtur, loquutus eſt de debito peccati originalis, non de ipſo peccato originali. (Si Beata Virgo, inquit, præſeruata eſt a culpa, dummodo in perſona habuerit debitum, nil contra D. Thomam.) Quam expoſitionem pro aliquibus locis adhibuerat Caietanus 1. 2. *quæſt.* 81. *articulo* 3. *in* quo Angelicus Doctor, vtpotè inquirens. (Vtrum peccatum Primi parentis tranſeat per originem in omnes homines?) Ita expreſsè loquitur de ipſomet peccato originali in actu; vt vel hic, vel nullibi de illo ſermonem inſtituiſſe credam. Nihilominus, in hoc loco, de ſolo debito egiſſe, exponit Caietanus his verbis. (Ad Fidem Catholicam ſpectat, quod omnes præter ſolum Chriſtum contrahant peccatum originale, (vt hic tradit D. Thomas.) Quod dictum non intelligendum eſt aliter, quam de morte, quæ eſt pœna peccati originalis. Itaquod omnes incurrunt mortem, id eſt, neceſſitatem moriendi. Ita omnes incurrunt peccatum originale, id eſt neceſſitatem habendi peccatum originale, &c.) Eſt igitur neceſſarium, ſecundum Fidem Catholicam, quod omnis vtriuſque ſexus ab Adam ſecundum rationem ſeminalem proueniens, ex ipſa ſua generatione ſit obnoxius peccato originali, &c. & iuxta hunc ſenſum militat ratio Authoris, ſcilicet, quia aliter non indigeret redemptione, quæ per Ieſum Chriſtum facta eſt. Si enim peccatum originale vel

Digitized by Google

vel in actu, vel in neceſſitate habendi illud, quis non incurreret, non egeret redemptione, quod hæreticum eſſet dicere. Sed ſi omnes obnoxij ſunt peccato originali, ſufficit ad indigentiam redemptionis, neque enim ſolum redemptione eget actualiter captiuus, ſed etiam obnoxius captiuitati. Et hæc bene notabis Thomiſta, ne nimio zelo, non ſecundum ſcientiam, accenſus, erronea, dicas quæ erronea non ſunt, cum de Beatiſſimæ Virginis Conceptione diſputas, aut prædicas.] Hactenus Eminentiſſimus Caietanus.

9. Quæ ſane expoſitio quatenus concedit D. Thomã non egiſſe de peccato originali, ſed de illius debito optima eſt, & me iudice, quoad aliqua loca authoritate Apoſtolica comprobata. Nam D. Thomas *in diſputatis, in 4. de peccato originali quæſt. 4. artic.* 6. ait. [Dicendum, quod eſt erroneum, dicere quod aliquis ſine peccato originali concipiatur præter Chriſtum.] Quæ verba iterum repetit *in 4. ſentent. diſt. 43. articulo 4. quæſt. 1. ad 3.* Præterea *in ſecundo ſcripto ſuper libro ſentent. Ad Hannibaldum, libro 2. diſt. 31. artic. 4. in corp.* Sic ait. [Ante reſurrectionem communem nullus, qui per actum natura generatur, poteſt concipi ſine originali peccato. Hoc etiam ponere, redit quodammodo in hæreſim Pelagianorum] Et *1. 2. quæſt. 81. art. 3.* [Secundum Fidem Catholicam (inquit) firmiter omnino tenendum eſt, nullum, præter ſolum Chriſtum fuiſſe liberum à peccato originali.] Quæ quidem propoſitiones, ſi de peccato originali Beatiſſimæ Virginis, & non de ſolo debito, (vt de vltima exponit Caietanus) procederent, eſſent iam cenſuræ nota fœdatæ à Sixto IV. *in Extrauaganti graue nimis.* Vbi ſimiles propoſitiones de peccato originali. [Veluti falſas, & erroneas damnauit.] Id autem non cohæret cum approbatione doctrinæ D. Thomæ contenta in Bulla Clementis VIII. ad Nobiles ciuitatis Neapolitanæ. Vbi dicitur. [Doctrinæ quidem teſtis eſt ingens librorum numerus, quos ille, mira perſpicuitate, ſine vllo prorſus errore conſcripſit.] Non ergo de peccato originali, à quo immunem, & puram prædicat Angelicus Doctor (octo in locis à nobis *ſupra* citatis) Beatiſſimam Virginem, ſed de peccati originalis debito in nuper allegatis loquutus eſt, idemque de aliis, quæ communiter pro contraria parte afferuntur, dici debet. Quæ ſi attendiſſet M. Canus, *lib. 7. de locis, capite 3. num 9. §. 4. concluſio*, non auſus fuiſſet dicere. [Ita is errauit, qui dixit erroneum eſſe aliquem præter Chriſtum à lege illa originalis peccati liberari.] Sic *in editione Salmanticenſi anno 1563. fol. 249. col.*

10. Nec leue præfata expoſitio fundamentum habet, in ipſo Angelico Præceptore. Vt videre licet, *in ſecundo ſententiarum, diſt. 31. q. 1. art. 2.* dum ait. [Ille, qui non eſt peccato obnoxius, redemptione non indiget, ſi ergo eſſet aliquis, qui non in peccato originali naſceretur præter Chriſtum, inueniretur aliquis, qui redemptione facta per Chriſtum non indigeret, quod non eſt conueniens ſecundum fidem] In quibus, vt vides pro eodem vſurpat non ſolum contrahere ſed naſci in peccato originali, quod eſſe illi obnoxium. Et quidem ſi de natiuitate ſtrictè loqueretur, non poſſet ſubſiſtere propoſitio, certiſſimum enim eſt, aliquos fuiſſe præter Chriſtum, qui in peccato originali

Digitized by Google

nati non ſunt nempe ſanctificati in vtero, qui tamen redemptione facta per Chriſtum indiguerunt, ſicut indiguit Beatiſſima Virgo, licet peccato originali in actu inquinata non fuerit, ſed illi tantum obnoxia, quia illud incurriſſet, niſi ex meritis Chriſti præſeruata fuiſſet. Quod ſufficit, vt propriiſſimè dicatur, fuiſſe per Chriſtum liberam à peccato originali. Qui ſoluendi modus non latuit D. Thomam, ſed illius expreſsè meminit 3. *parte quæſt. 52. artic. 2. ad 2.* Vbi explicans illud Act. 2. *Quem Deus ſollicitauit ſolutis doloribus inferni.* Sic ſcribit. [Dicendum, quod duplex eſt dolor. Vnus eſt dolor pœnæ, quem patiuntur homines pro peccato actuali, &c. Alius autem dolor eſt, de dilatione ſperatæ gloriæ, quem quidem dolorem patiebantur Sancti Patres in inferno, &c. Vtroſque autem dolores Chriſtus ſoluit ad inferos deſcendens: aliter tamen, & aliter. Nam dolores pœnarum ſoluit præſeruando ab eis, ſicut medicus dicitur ſoluere morbum, à quo præſeruat per medicinam. Dolores autem cauſatos ex dilatione gloriæ actualiter ſoluit præbendo eis gloriam.] Sic ibi. Hoc ergo ſecundo modo ſoluit nos à peccato originali præbendo infectis gratiam; illo autem primo Beatiſſimam Virginem, præſeruando illam à peccato, ſicut medicus ſoluit morbum cum ab illo per medicinam præſeruat.

11. Stat ergo apertè D. Thomas pro ſententia adſtruente B.V. in primo inſtanti ſuæ animationis fuiſſe gratia præditam, à peccato originali diuina protegente gratia ex meritis Chriſti præſeruatam; cuius opinionem, ex eadem illuſtriſſima, & tanto Magiſtro, doctiſſima Familia tuentur 290. Authores, quorum nomina ſcripta ſunt in libro eruditiſſimo, quem nuncupatum Veritatis Solem edidit Alba Franciſcanus, hoc anno 1660. omnino videndus, *fol.* 198. Ex Authoribus Societatis nullum pro hac ſententia refero, quia omnes pro illa acerrime pugnant. Eorúmque indefeſſus labor in congerendis Eccleſiæ Patribus, & fundamentis, quibus definitionem huius Myſterij tot ſæculis exoptatam impetrent, omnibus notiſſimus eſt. Videatur inter alios præclarus ille vir P. Euſebius Nerembergius *lib. de Obiecto Feſti Conceptionis, in Epiſtolam ad Eminentiſſimum Cardinalem de Sandoual, & Moſcoſo Archiepiſcopum Toletanum,* vbi ex Sanctis Patribus, eorum tranſcriptis verbis, quatuor ſupra viginti recenſet: Et ex antiquis Patribus, & Doctoribus duo ſupra viginti. Qui Beatiſſimam Virginem à peccato originali immunem apertis verbis prædicant.

12. Verum, nec iſta puritate Ieſuitæ contenti ſunt, maiorem in Beatiſſima Virgine adſtruunt. Docent enim non pauci, non ſolum à peccato originali, ſed à debito etiam illius ex meritis Chriſti liberam fuiſſe. Ita Illuſtriſſimus P. Ferdinandus de Salazar, *tom. de Conceptione, capite* 10. Apud quem P. Gondiſaluus de Albornoz, & P. Franciſcus Suarez, [Cuius, inquit, authoritas adinſtar omnium eſſe debet, qui hac ſuper re percontatus, & quæſitus, huius ſententiæ probabilitatem ſuo calculo cōfirmauit.] Vide P. Suarez, *tom.* 2. *in* 3. *part. diſp.* 3. *ſect.* 2. §. *Quæras aliquis:* vbi à cenſura eam liberat, & iterum 1.2. *tract. de peccatis diſp.* 9. *ſect.* 4. *numero* 34. Vbi ait. [Non mereri cenſuram, nec poſſe dici improbabile cum non deſint Authores pij, & do-

Digitized by Google

Cti qui id probant.] Et *num.37.* citat pro illa Catherinum, Galatinum & Viguerium; & *num.* 38. ait. [Pater Iuſtinianus, qui apud me Author eſt grauis, dicit. (valde probabile exiſtimo,) in quo ego non contradico: quanquam illud (valde) excuſare poſſet] Hæc Suarez, & poſt illum vel ſequuntur, vel dicunt eſſe probabilem communiter Ieſuitæ, P. Petrus Hurtado de Mendoza, *in vita Chriſti, diſp.* 89. *ſect.* 10. Euſebius Nierembergius, *de Obiecto Feſti Conceptionis, cap.* 10. §. 1. P. Ambroſius de Pennaloſa *in vindiciis B. Virginis diſp.* 10. *per totam*, P. Bernardinus de Aldrete, *tom.* 1. *de Incarnat. diſp.* 19. *ſect.* 6. *& diſp.* 22. *ſect.* 3. *num.* 7. apud quem P. Benedictus Fernandez, P. Barradas, P. Salas, P. Henriquez, P. Perlinus, & alij, quibus adde P. Ludouicum de la Puente, *lib.* 7. *Exhortat.* 20. §. 3. *num.* 5. & nouiſſimè tuetur eruditiſſimus P. Ioannes Antonius Velazq. *tom. de Maria Immaculatè Concepta, lib.* 3. *differat.* 3. *annotatione* 3. apud quem Pater Granado teſtatur. [Conſultos Doctores Complutenſes, Hiſpalenſes, Cordubenſes, Granatenſes, Oſſunenſes, (& Salmanticenſes ſubnectit Valazquez) huic opinioni ſubſcripſiſſe, tamquam veræ, aut certè valde probabili, ſeu indignæ quacumque, vel leuiſſima nota & de mandato Supremi Hiſpaniarum Sanctæ Inquiſitionis Tribunalis, anno 1616. declaratum, nil in tali doctrina eſſe, quod impediret, quominus typis excuſſa defenderetur.] Sic ille, & ex recentioribus, qui multis ab hinc annis Theologiæ ſcholaſticæ Cathedras moderati ſunt nullus inter Ieſuitas hanc opinionem ſequutus non eſt. Expende quam defenſores Marianæ puritatis ſint Ieſuitæ.

13. Addo quod nec in hac parte D. Thomam contrarium habent. Nam Beatiſſimam Virginem à debito contrahendi originale excludunt dependenter à meritis Chriſti, Angelicus autem Præceptor hoc nunquam dixit erroneum. Vt bene obſeruat ex Dominicanis præclariſſimus Vir. M. Raynerius de Piſis *in Pantheologia nuper locupletata per Fratrē Ioannē Nicolai eiuſdem Ordinis, tom.* 2. *verb. Incarnatio. cap.* 8. Vbi adductis verbis D. Thomæ, quæ à nobis *ſupra* Sic ait. [Ad eundem ſenſum, qui præmiſſus eſt, accommodari hæc verba poſſunt, vt erroneum eſſe ſignificent, quod à debito contrahendæ culpæ originalis eximatur, abſque gratia perſonaliter ſibi facta, nec à Chriſti meritis dependĕte.] Et iterum *infra in fine paragraphi primi.* [Hæc ſignificant, erroneum eſſe, ac dignitati Chriſti contrarium, vt à Chriſto independenter, contrahendi debitum non haberet.] Quid clarius? Ex quibus, & ex aliis pro Immaculata Virginis Conceptione locis, rectè concludit. [Atque ita neque in rigore D. Thomas, ac ipſa de re ſcripſit, quod præſenti Vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudini, ſiue ritui aduerſetur.] Sic ibi: quæ ſunt valde notanda. Ergo qui B. V. debito liberant dependenter à meritis Chriſti, non contrariantur D. Thomæ. Sed eius ſemper ratio illibata manet, de indigentia nimirum redemptionis, quam prædicti Doctores nunquam inficiantur.

14. Quidam recentior, qui nuperrime ſua opera in lucem dedit; Beatæ Mariæ puritatis exardens zelo, contra Albertum Magnum præcipuum Ordinis Prædicatorum decus inuehitur, eo quod *id ſpeciali tractatu ſuper Euangelium (Miſſus eſt) ſermone de plenitudine*

Digitized by Google

nitudine gratiæ Beatiſſimæ, Virginis cap. 69. de confeſſione, docuerit, B. V. per Sacramentum pœnitentiæ aliquam gratiam accepiſſe. Quaſi per hoc innuerit ab omni peccato actuali liberũ non fuiſſe. Cæterùm, qui prædicti Sãcti Alberti Magni, tractatum perlegerit, facillimè ab hac calumnia vindicabit. Et vt fœlicius præſtet, eius verba dabo. Igitur *cap. 69. citato.* Sic ait. [Quæritur Sacramento Pœnitentiæ, vtrum per illud aliquam gratiam recepit? Et videtur quod non, quia Beata Virgo nunquam fuit contrita, ſed ſine contritione non eſt gratia per Sacramentum Pœnitentiæ, ergo Beata Virgo non recepit gratiam per Sacramentum pœnitentiæ. Item, confeſſio eſt ficta ſine contritione; hæc non fuit contrita, ergo nec confeſſa. Item, vtrumque eſt de peccato, hic autem nullum peccatum ergo nec confeſſio.] Hæc præmiſſa dubitandi ratione, ad quæſtionem affirmatiue ſic reſpondet. [Sed contra confeſſio fuit in lege noua, & veteri, ergo omnes tenebantur confiteri. Item, beata Virgo fecit confeſſionem operis, probando purificationem, & offerendo oblationem ſtatutam purificandis ergò debuit facere confeſſionem oris.]

15. Hinc, ad rationem dubitandi, his reſpondet verbis, (Non obſtat, quod non habuit peccatum; quia dicit Gregorius. Bonarum mentium eſt, culpam agnoſcere, vbi culpa non eſt, ergo poterat confiteri.) Et *cap. 70.* (Quæritur ergo, quis fuerit Cõfeſſor?) Reſpondet. [Cum Beata virgo eſſet ſpecialiter Beato Ioanni commiſſa, ab ipſo debuit recipere Sacramenta.] Et *cap. 73.* [Triplex, inquit, eſt confeſſio, Accuſatio peccatorum: recognitio incongruitatis, vel magnitudinis beneficiorum Dei: confeſſio de infuſione meritorum; Et hæc fuit propriè Beatiſsimè Virginis confeſsio.] Et *cap. 74.* (Quid confitebatur Deo? Quod tantam gratiam recepit, quam nunquam cum condigno meruit, vel quam omnis creatura mereri potuerit. Hæc & ſimilia fuit confeſſa Beato Ioanni Euangeliſtæ, ſuo proprio Confeſſori.) Hactenus Albertus Magnus, Excellentiſsimus, & ſanctiſsimus vir, Epiſcopus Ratiſponenſis, in illo aureo, & deuotiſsimo opere, ſuper Euangelium (Miſſus eſt) diligentiſsime emendato, & impreſſo Venetiis per Lazarum de Suardis, anno 1504.

16. Duo tamen in his difficilia mihi ſunt. Aliud Beatiſſimam Virginem diuinitus illuſtratam ſuper omnem puram creaturam, culpam agnouiſſe vbi culpa non erat. Et Beatum Ioannem Euangeliſtam eam Sacramentaliter abſoluiſſe, quam ab omni culpa liberam non ignorabat. Aliud quod verum Pœnitentiæ Sacramentum interfuerit, vbi nullum peccatum, nulla ſubminiſtrata materia. Nam vt bene tradit Cardinalis de Lugo, quod vt indubitatum ſupponit, *tom. 1. de Pœnitent. diſput. 22. ſect. 2. numero 22. & 23.* [Si aliquis putans ſe commiſiſſe aliquod peccatum, reuera non commiſit, confiteatur ſolum illud cum dolore, & abſoluatur, non fit Sacramentum.] Et *infra.* (Quando enim aſſignatur pro materia confeſsio, & dolor de peccatis intelligitur de peccatis veris, nam peccata fidei non ſunt ſimpliciter peccata.) Hæc ille, & Theologi communiter.

17. Dices tamen pro Alberto Magno, contra Cardin. de Lugo. Licet pro materia aſſignetur dolor de pecca-

tis,

tis, nihilominus confeſſionem ſine dolore ſufficienti bona fide factam eſſe validam D. Thomas, Paludanus, Canus, Capreolus, Petrus de Soto, & alij, apud Suar. *diſp.* 20. *ſect.* 4. *num.* 7. Item M. Sotus *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 3. *art.* 3. & alij Recentiores apud Leandrum, *tom.* 1 *de Pœnit. tract.* 5. *diſput.* 7. *q.* 23. Adde idem dicendum, ſecundum plures, licet ex ignorantia grauiter culpabili ſine dolore acceſſerit. Ita Paludanus, apud Vazquez, *tom.* 4. *in* 3. *part. quæſt.* 92. *art.* 2. *dub. vnico*, & videtur eſſe ſententiam D. Thomæ *in* 4. *diſt.* 17. *quæſt.* 3. *art.* 4. *quæſt.* 1. *in corp.* Vbi Sanctus Doctor ait. [Confeſſio etiam poteſt eſſe in eo, qui non eſt contritus, quia poteſt peccata ſua Sacerdoti innoteſcere, & clauibus Eccleſiæ ſe ſubiicere, & quamuis tunc non percipiat abſolutionis fructum, tamen recedente fictione percipere incipiet ſicut etiam eſt in aliis Sacramẽtis. Vnde non tenetur iterare confeſſionem, qui fictus accedit. Sed tenetur poſtmodum fictionem ſuam confiteri] Hæc Angelicus Doctor, quem vltra Paludanum, M. Sotum *vbi ſupra*, ſequuntur Capreolus, Durandus, Sylueſter, & alij, quos citat P. Suarez, *ſup. ſect.* 4. *num.* 3. *& ſect.* 5. *n.* 5. Imò addunt alij non ſolum eum, qui bona fide putat ſe habere dolorem, cum reuera non habeat, ſed etiam qui ſcienter abſque vllo prorſus dolore accedit iudicans bona fide non eſſe neceſſarium, confeſſionem validam, & non iterandam efficere. Sic Bernardus de Ganaco, & Palud. apud Vazq. *n.* 16. Quorum probabilẽ opinionem eſſe dicunt Capreolus, & Ledeſma, apud Thom. Hurtado, *tom.* 2. *reſol. moral. tract. vltimo num.* 501. & ſecundum aliquos, licet cognoſcat ſe peccare lethaliter accedendo ſcienter ſine dolore ſufficienti, dum de tali defectu doloris ſimul cum aliis peccatis ſe accuſet. Ita Caietanus, & Canus, apud Suarez, *ſup. ſect.* 5. Item Ledeſma, & Couarruu. apud Vazquez, *art.* 2. *citato num.* 9. à quibus non diſſentit Thomas Hurtado, vt colligitur ex his, quæ docet *vbi ſup. n.* 501. *&* 502. *in fine.* Victoria, & alij apud Leandrum *loco ſupra citato.* Quod de accedente etiam abſque vllo prorſus dolore tenet F. Chriſtoual à San Ioſeph *tom.* 1. *opin. moral.* 2. *part. de Sacram. Pœnit. dub.* 1.

18. Inſuper, licet Conciliũ Tridentinum *ſeſſ.* 14. *cap.* 4. definiat, quod contritio, quæ eſt materia huius Sacramenti [Animi dolor, ac deteſtatio eſt de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cætero.] Nihilominus eum, qui aliqualem dolorem ſeu diſplicentiam habens confitetur ignorans inuincibiliter ſe non habere ſufficientem diſpoſitionem, efficere confeſſionem habentem valorem, & effectum gratiæ, tradit Canus, *in Relect. de Pœnit.* 5. *part. in editione Complutenſi anno* 1563. *fol. mihi* 41. §. *ad* 2. *in fine*, quia. [Sacramentum, inquit, in non ponente obicem, ſuum ſemper habet effectum.] Et ſaltem, illum qui confitetur cum aliqua diſplicentia, & dolore, ſed tamẽ ſcienter ſine propoſito vitandi lethalia, efficere confeſſionem validam, & non iterandam, docet expreſsè Thomas Hurtado, *ſupra tom.* 2. *reſol. moral. tract. vltimo num.* 501. *&* 502. Vbi pro hac ſententia refert Paludanum, Capreolum & D. Thomam *in* 4. *diſt.* 21. *quæſt.* 3. *articulo* 1. *quæſtio.* 1. *ad* 1. Vbi ait. [Confeſſio non deſinit eſſe ſacramentalis; quamuis ille, qui confitetur, emendationem non

proponat.] Dummodo, inquit Hurtado, confiteatur ſuum defectum propoſiti, aut omittat confiteri putans bona fide non eſſe neceſſario confitendum, quam ſententiam verbis expreſſis tradit Sylueſter *verb. Confeſſ.* 1. *quæſtio* 11. Vbi ſic. [Si non dolet de præterito, vel de futuro cauere non vult,& tamen iſta fictio actu non occurrit ſibi vt confitenda, conſequenter perinde eſt, ac ſi peccatum fuiſſet per negligentiam oblitum, & eſt verum Sacramentum.] Quod tenet etiam M. Canus, *vbi ſupra, fol.* 42. §. *Illud vero. Et fol.* 41. §. *Præterea*, inquit, quod (Contritio non eſt pars eſſentialis huius Sacramenti. Sed integralis.) Quæ eſt ſententia D. Thomæ, & Paludani, vt teſtatur Vaſquez, *ſup. art.* 2. *num.* ſubnectit vero *num.* 13. poſtea retractaſſe D. Thom.

19. Ex his inquam doctrinis, ſic pro Alberto Magno poteſt argui. Contritio eſt materia proxima Pœnitentiæ; peccata vero materia remota; ſed confeſſio valida eſt, deficiente reuera contritione, ergo, & deficientibus peccatis; potuit ergo Beatiſſima Virgo, licet, nec contritionem habuerit, nec vllum, vel leuiſſimum peccatum commiſerit, D. Ioanni confiteri. Cæterum præfatæ Doctorum opiniones (quarum de probabilitate, vel improbabilitate iudicium aliis remitto) ad præſentem quæſtionem decidendam parum iuuant, quia omnes conueniunt contra Roſellam, & Angelum, confeſſionem ſine contritione aliqua non eſſe fructuoſam; & contrariam opinionem eſſe erroneam dicit P. Vaſquez, *vbi ſupra, artic.* 1. *dub.* 1. Et contra Sylueſtrum exiſtimantem, *verb. Confeſſ.* 1. *quæſt.* 21. ad valorem, & effectum confeſſionis ſufficere voluntatem accipiendi abſolutionem ſine obice peccati mortalis actualiter ſibi facto in vltimo inſtanti abſolutionis, inuehitur P. *Suarez, de Pœnit. diſp.* 20. *ſect.* 1. *num.* 1. dicens eius ſententiam hoc tempore improbabilem, & temerariam eſſe; ex quibus fit per nullum ex præallegatis opinionibus defendi poſſe opinionem Alberti Magni: Præcipuè quia ex authoribus citatis omnes fatentur peccare lethaliter confitentem ſine dolore, ni ignorantia inuincibili iuris diuini excuſetur. Vtrumque à Beatiſſimæ Virginis ſapientia, & puritate lógiſſimè abfuit.

20. Quapropter R. P. Chriſtophorus Delgadillo, Lector Complutenſis iubilatus, & ſuæ Prouinciæ Definitor, *tom. de Pœnitentia, c.* 14. *dub.* 1. Sic ait. (Quare meritò dixit noſter Villalobos *to.* 1. *tr.* 9. *dif.* 4. *nu.* 12. Eſſe fabulam dicere, quod Beata Virgo confitebatur cum D. Ioanne: imo Sotus *in* 4. *diſt.* 2. *in fine* dixit [Quod ſi Beata Virgo fuiſſet confeſſa, peccaſſet, eo quod ſimpliciter innocens à peccato mortali, & veniali, tenetur ſimpliciter non confiteri.] Hæc Delgadillo. Quæ potiori ratione militant contra Sylueſtrum, *in Roſa Aurea ſuper Euangelia*, (in libro, inquam, ibi incluſo, cuius inſcriptio eſt. [De Quæſtionibus.] Inter quas, Iure ſuo locum hæc ſibi vendicat,) *capite* 53. aſſerentem, quod. [Beata Virgo Confitebatur de venialibus conditionaliter: puta dicendo, ſi in tali opere, vel tali deliquiſſem per incautelam, vel negligentiam, vel alio modo, dico meam culpam.] Hæc Sylueſter. Sed quidquid de his ſit: certiſſimum eſt, doctiſſimum ac ſanctiſſimum Albertum Magnum, nec leuiſſimam quidem culpam in Beatiſsima Virgine agnouiſſe.

Digitized by Google

uiſſe. Imò,& ab originali, (& forſan à debito etiam proximo incurrendi) immunem prædicauit dicens. [Hæc enim Virgo ſola à communi illa regula excipitur:omnes in Adam peccauerunt.] Sic *in libro de laudibus Mariæ*,quem citat Euſebius Neremberg. *in tom. de Obiecto Feſti Conceptionis, in epiſtola ad Eminentiſſ.Cardinalem de Sandoual* , *fol.* 43. Quod refert etiam P.Caniſius , *lib.5.de Beata Virgin.c.27. §.Ad D.Thomam.*

EX TRACTATV DE CENSVRIS.

PROPOSITIO I.

*Clericus excommunicatus minore excommunicatione,ſi adminiſtret Sacramenta,ne venialiter quidem peccat.*Filliucius Ieſuita,*tom.2.tr.3. cap. 2.num.*24.[Quæ ſententia,eſt expreſſa contra Deciſionem textus in cap.Si celebret de Clerico excommunicato.]

1. R. OPINIO Filliucij plures defenſores habet. Audiamus Doctores:Ioãnes Valerus , *in different. Vtriuſque fori verb.excommunicatio. different.*3. Sic ait[Excommunicatus minore excommunicatione non peccat , quoad Eccleſiam , conferendo Sacramenta , quando conferendo non recipit ; quia non à collatione , ſed à participatione tantum Sacramentorum eſt remotus, iuxta *cap. A nobis de except. Et cap. Si celebret de Clerico excommunic. miniſt.* Secus quando conferendo reciperet , vt in celebratione ad communicandum alios , vel in Epiſcopo Miſſante ad celebrandum Ordines. Hi enim peccant , non ex parte quadam , ſed quia ſumunt. Ita ſingulariter Nauarro , *cap. 27.num.24.& 249. in fine*. Sic limitans , & intelligens dictum *cap. Si celebret,verſic.Peccat autem.*Vt ſcilicet intelligatur de conferente , qui vt conferat , debet etiam recipere , vt in exemplis *ſupra* relatis , ſecus in conferente tantum.] Hæc Valerus. Qui tamen ex alio capite exiſtimat , venialiter peccare , nimirum. (Quia eo ipſo , quod ad Sacramenta accedere nequit , venialem quandam irreuerentiam eiſdem Sacramentis irrogat.) Pro qua opinione citat Sotum , Ancharranum , Martinum de Ledeſma, Couarruu. & alios. Verum ſi ſemel concedatur , vt is Author concedit, non eſſe id prohibitum *in cap. Si celebret*. Difficile aliunde venialis culpa ſuaderi poterit.

2. Qua

2. Quapropter abſolutè ne venialiter quidem peccare,tradit Nauarrus *in ſum.cap.27.citato num.*24. Vbi ſic inquit. (Poteſt ei miniſtrare Sacramenta, ſi dando non recipiat, quia miſſus ad communicandum alios, non peccat, qua parte dat, ſed qua ſumit.) Idem tenet Graffius, *lib.4.cap.*10.*n.* 3. (Conferens, inquit,Sacramenta abſque celebratione, nec mortaliter,nec venialiter peccat. Ita contra Syluestrum,& communem Nauarrus)Hanc opinionem amplectuntur Hugolinus, Hoſtienſis, Ioannes de Lignano, & alij, apud Filliucium *ſupra.* Quos ſequuntur Illuſtriſſimus Epiſcopus Moſcoſo, *in ſum. tract.* 16. *cap.* 3. *num.* 25. & ſumma Corona Confeſſ. vt refert, & non improbat M.Corradus *in Reſp. caſ.*1.*part.q.*175. Vbi ſic(Aduertendum quod excommunicatus minori excommunicatione conferens Sacramēta venialiter peccat,ſecundum Sotum, ſecundum verò Syluestrum, mortaliter. *S*umma Corona Confeſſ. *de excommunic.* dicit nullo modo peccare.) Hæc Corradus. Videatur etiam pro hac ſententia S. Raymundus, *in ſum. lib.* 3. *titulo de ſententia excommunicationis*, §. 17. Vbi ſic ait. [Minore excommunicatione ligatus, neque eligere prohibetur, neque ea, quæ ratione iuriſdictionis ſibi competunt, exercere. Si celebrat peccat mortaliter.] Quem ſequitur *ibidem in* gloſſa, M. Ioannes de Friburgo ex eadem familia dicens. [Non eſt priuatus ab exercicio ſui Ordinis, ſed tantum à participatione Sacramentorum, quæ tantum in ſola conſiſtit perceptione. Vt *ex textu de Clerico excommunicato, cap. vltimo.*] Et Eminentiſſimus Caietanus, *in ſum. verb. excommunic. minor.* Vbi inquit. [Excommunicatio minor eſt Eccleſiaſtica cenſura, qua homo excluditur à paſſiua tantum participatione Sacramentorum.] Quam difinitionem plures alij Theologi amplectuntur. Si ergo ab actiua non excluditur, poterit licitè Sacramenta adminiſtrare. Et ita expreſſè tenet Diana *p.* 5. *tract.* 9. *reſol.*3. & 45. Vbi cum Soto, & Fabro inſurgit contra Syluestrum ſequutum Paludanum, eo quod aſſerant pœnitentem confeſſum Sacerdoti excommunicato excommunicatione minori, teneri iterare confeſſionem: quod eſt expreſsè contra ſupra citatum caput, (ſi celebret.) Vbi dicitur. (Quod Sacramenta ab eo collata virtutis non carent effectu.)

PROPOSITIO II.

Fœminæ ingredientes Monaſteria virorum nec peccant mortaliter, nec excommunicationem incurrunt. Layman Ieſuita *in Theolog.mor.lib.*4. *tract.*5.*cap.*12. *num.* 4.

1. 2. HAnc opinionē,prius quam P. Layman,docuerunt,lucique dederunt Manuel Rodrig. *tom.* 1. *q.reg q.*47.*art.*1.*& q.*48.*art.* 2. Philiarcus *de Officio Sacerd.tom.*1.*part.*1. *lib.* 3. *c.* 30. Zerola, *in praxi Epiſc.in* 2.*editione p.*1.*verb. Monialis*, *ad* 8. & Saytus *de cenſuris*, *lib* 3. *c.* 31. *n.* 1. & 11. Quorum ſententiam,inquit,Layman eſſe probabilem,quia Gregorius XIII.& Pius V. non

Digitized by Google

non prohibuerant fœminis ingreſſum, niſi præſumentibus ingredi prætextu licentiarum. Et quamuis Pius V. *in alia Bulla poſteà edita anno 1570.* intuitu, & in fauorem Cógregationis Montis Virginis, quæ incipit. [Decet Romanum Pontificem,] (& habetur *in tom. 2. Bullarij poſt conſtitutionem vigeſimam Pij V. fol. 199.*) declarauerit, primam ſuam conſtitutionem etiam procedere contra fœminas quomodocumque ingredientes. Nihilominus, reſpondet Emanuel Rodriguez, (vt ait Layman *ſupra*) hanc declarationem non fuiſſe authenticè promulgatam. Verum pro contraria ſententia ſtant communiter Doctores Societatis; ac proinde prohibitionem ſub pœna priuationis officiorum, & inhabilitatis ad illa, & ſuſpenſionis à diuinis ipſo facto, contra Regioſos qui [eas introducere, admittereve præſumunt.] Conſentam in prima Bulla, quæ incipit. [Regularium perſonarum.] Non ſolum procedere præſumentes introducere, vel admittere prætextu licentiarum, ſed contra quomodocumque introducere præſumentes: licèt de his nil exprimatur in Bulla.

2. Adnotat hic M. Ioannes de la Cruz, *in Epitome, lib. 1. c. 5. de voto caſtitatis.* [Mulieres intrantes hortos cótiguos Monaſteriis, & ſacriſtiam; dum tamen per portas Conuentus, non violate Pontificias leges.

PROPOSITIO III.

Religioſus, qui ad alendos parentes, in graui neceſſitate conſtitutos, clauſtra reliquit, poteſt etiam licitè habitum dimittere, vt aliis inſeruiat, vel opera ſeruilia exerceat, ſi aliter parentum neceſſitati ſuccurrere non poſſit. Fagundez Ieſuita, *tom. 1. in Decalogum, cap. 2. num. 28.*

1. R. HAnc doctrinam veram eſſe, ſupponit doctiſſimus Nauarra. *comment. 3. de Regulis, n. 49.* Vbi ait. [Prædictam licentiam non eſſe concedendam ab Ordinario Prælato Religioſorum, niſi, quando habitu retento, parentes ſuos commode iuuare non poſſunt.] Et committere videtur Diana *part. 6. tr. 7. reſ. 19.* Nec diſſentiet M. Corradus *in Reſp. p. 1. qu. 1. 9.* Vbi ſic ait. (Modo videndum, quomodo intelligatur illa dimiſſio habitus Religioſorum profeſſorum alicuius Religionis approbatæ, vbi incurritur, & peccatum mortale, & excommunicatio *in 6. Clement. cap. Vt periculoſa,*: & eſt, quando ſcilicet, habitus temere dimittitur, id eſt ſine rationabili cauſa, quæ à prudenti viro iudicari debet.). Hæc ibi. Et eſt ſententia expreſſa M. Zanardi *1. p. 2. c. 10. de Apoſtaſia à Religione.* Vbi ſic (Nullus dicitur Apoſtata, nec conſequenter excommunicatus, niſi quando dimiſſio habitus eſt temeraria, & cum peccato mortali. Vnde omnis dimiſſio habitus ad iudicium viri prudentis, vel ob rationabilem cauſam, non eſt Apoſtaſia.) Et *2. p. 2. c. 18 fol. mihi 89. §. 10.* (Dico Regulares dimittentes habitum ſuæ Religionis, poſt profeſſionem, ſunt ipſo facto excommunicati. Sed ad hanc excommunicationem eſt neceſſarium, quod ipſum ſine iuſta cauſa dimittant.) Et *infra capit. 30.* [Quilibet Religioſus tenetur ſub mortali habitum ſuæ Religionis patenter portare. Sed hoc primo falli. Quando daretur iuſta cauſa dimittendi, vel occultandi habitum, vt propter periculum captionis ab hoſtibus, vel occiſionis,

vel ad euitandas inſidias, vel ad dedecus fugiendum.

2. Hic ergo principijs ductus P. Fagundez iudicauit, licitum eſſe habitum dimittere, vt ſine Religionis dedecore poſſit Religioſus opera ſeruilia exercere, quando aliter naturali obligationi erga parentes in graui neceſſitate conſtitutos ſatisfacere non poſſet. Cui patrocinatur Bonacina, *tom. 1. vbi de clauſura, & pœnis. qu. 2. part. 2. Propoſit. 2. S. 6.* ait. (Non quælibet habitus dimiſſio ſufficit ad incurrendam iſtam excommunicationem, ſed opus eſt, vt dimiſſio ſit temeraria. Vt autem temeraria cenſeatur, duæ conditiones requiruntur. Prima; vt non fiat ex cauſa rationabili, vera, vel apparenti, &c. Hinc ſequitur Religioſum excuſari qui cauſa conſeruandæ vitæ, dum per loca Turcarũ tranſiturus eſt habitum dimittit, &c. Idem in eo qui hoc facit cauſa defenſionis famæ propriæ aut proximi, vel ad præcauendum ſcandalum.) Hæc ille, & merito. Quomodo enim vitari poſſet, ſi Religioſus, retento habitu, aliis inſeruiret, vel opera ſeruilia exerceret? Ergo ſi aliter parentum neceſſitati ſubuenire non poſſet, licitum ei eſſet, habitum dimittere; nam cui finis licet, medium vnice neceſſarium illicitum eſſe non poteſt. Et cui finis præcipitur, nequeunt media neceſſaria prohiberi. Et concurrentibus duobus præceptis oppoſitis, fortius obſeruandum eſt: vt docent omnes Theologi. Iam quod vrgentius? Naturale, & Diuinum ſuccurrendi graui neceſſitati Parentum; an humanum non dimittendi habitum Religionis? Quis non videat. Omitto longe minorem cauſam ad id ſufficere, ſecundum Bonacinam *vbi ſupra Prop. 3. num. 31.* Vbi ſic ait. (Per accidens, acceſſorie, & conſequenter, poteſt dimitti habitus, ex licentia Prælati conceſſa aliquod opus, quod exerceri commode nequit cum habitu, &c. Vt ſi corporale, aut laborioſum opus illi imponat, quod ſine habitus mutatione exerceri, non poſſit. Ita Nauarrus.] Hactenus Bonacina. Cuius doctrina in ea nititur, quam *ſuperius* retulimus ex doctiſſimis Patribus Dominicanis, quos ex eodem Ordine, ſequitur M. Texeda, *tom. 1. Theol. moral. lib. 1. tract. 1. contro. 6. dub. 1.* Vni ad aliud dubium ſic reſpondet. [Per quamlibet habitus dimiſſionem, non incurritur iſta excommunicatio, ſed per temerariam, &c. Vnde cum illa habitus dimiſſio non fiat ex contemptu, ſed ex cauſa rationabili, vel apparenti, non dicitur temeraria dimiſſio.] Expende; an præſens rationabilis, vel ſaltem apparatus ſit?

3. Si autem parentes in extrema ſint neceſſitate? Vide M. Corraduin, *1. p. Reſp. q. 61.* Vbi ſic ſcribit. [Placet mihi quod Reuerendiſſimus Caietanus determinat articulo præcedenti citato; qui ait. Quod quando Pater eſt in extrema neceſſitate, & ita eget filio, vt ſine ipſo pereat, tunc filius tenetur petita licentia Superioris licèt nõ obtenta, Patri ſubuenire, quia præceptum iuris naturæ, & iuris diuini, in extrema neceſſitate, præeminet omni voto. Non enim debent vlla vota eſſe impeditiua operum iuſtitiæ. Vnde ſicut licet furari, propter extremam alterius neceſſitatem; ita licet actualem obedientiam Prælato ſubtrahere, & furari bona Eccleſiæ, ſi aliter non poſſit Patri ſubuenire.] Hæc ibi.

4. Nota M. Bañnez cum aliis exiſtimare, non ſolum in extrema, ſed in graui etiã neceſſitate, licitum eſſe furari, v. g. [Quando eſt periculum amittendi honorem, & homini valde inhoneſtum eſſet mendicare, dummodo aliter non poſſit ſibi ſuccurrere, & habeat animum reſtituendi cũ poſſit.] Ita docet 2. 2. *q. 66. artic. 7.* Cuius ſententiam refert, & non improbat. M. Serra *ibidem, fol. mihi* 459. Et abſolutè in

graui

graui neceſſitate licere aliena ſubripere, tradunt Sylueſter, Medina, Angelus, Nauarrus, Petrus de Nauarra, Malderus, & plures alii, quos citatos; ſequitur Diana, *part.1.tract.3. Miſc.reſ.19.& 5.part.tract.9. reſ.23.* Vnde, iuxta doctrinam Caietani, & M. Corradi, à fortiori etiam licebit, ſi non actualem obedientiam Prælato ſubtrahere, habitum ſaltem dimittere, quando ex licentia Monaſterium reliquit, ſi aliter non poſſit in graui neceſſitate conſtituto ſubuenire.

PROPOSITIO IV.

Si duo Clerici ſeſe inuicem gladiis diſtrictis inuaderent, & digladiatores intentione, & animo ſe percutiendi, nullus fuiſſet percuſſus, ſed vterque ictus in ſe coniectos ſuſtinuiſſet, neuter excommunicationem incurreret. Fragoſus Ieſuita *de Republica, tom.2.p.2.lib.1.diſp.2.§.1.n.13.*

1. R. HAnc opinionem deſumpſit P. Fragoſus ex doctiſſimo M. Petro de Palude; ex Hoſtienſe, & Angelo, quos ibidem citat, & tenent alij, quos refert, & ſequitur Sayius *de Cenſuris libro 3. cap.26.num.11.* & videtur amplecti Caietanus *in ſum. verb excommunicatio.* Vbi inquit. (Quantumcumque conetur aliquis percutere Clericum lancea, ſagittis. Niſi lancea, ſagitta aut lapidis ictus pertingat ad Clerici perſonam, non incurrit excommunicationem latam contra percutientes Clericum, quia manus violentæ iniectio non eſt conſummata, conſummatur enim tactione ipſius Clerici, & non aliter.) Caietanum ſequitur M. Tabiena, *verb. excommunicatio, num.3.* ibi. (Si manus immittit, & non habet effectum, non incurrit. Idem ſi leuauit manum vt percuteret; ſimiliter ſi proiecit lapidem, & non percuſſit.) Sic ille, qui *num.41.* pro hac ſententia refert Sanctum Raymundum eiuſdem Ordinis, Ioannem de Lignano, Ioannem Andream, Panormit., & alios aſſerentes. (Quod nullus incidit, niſi perueniat ad actum conſummatum, non per ſolam attentationem, vel etiam ſi tangat, non tamen infert vim, vel læſionem.) Denique ſententiam Fragoſi expreſsè tuetur Diana *parte nona, tractatu quinto, reſolutione quarta.* Vbi poſtquam formalia eius verba retulit; ſic concludit. (Hæc omnia docet Fragoſus, cui ego adhæreo.) Et videtur aſſentire Manuel Rodriguez, *tomo 1. ſumm. verb. deſcommunion, capite 80. numero 15.*

PROPOSITIO V.

Qui Clericum occidit veneno, in cibo, vel in potu non incurrit excommunicationem. Auila Ieſuita *de Cenſuris, part.2.cap.5.dub.12.col.2.*

1. R. HAnc opinionem tuetur apud Auilam, Manuel Rodriguez *in ſumm. edita Mariti, anno 1602. verb. deſcommunion, cap.80. concluſion.13. in fine,* vbi ait ita reſpondiſſe præcipuos Doctores, & Magiſtros Salmanticenſes. Et non

Digitized by Google

quia ita eſt vtile ad homicidium, vt etiam ſit vtile ad alia bona.] Quapropter hanc opinionem citatis Hurtado, & Gibalino defendit, vt æquè probabilem, at contrariam, & communem R. P. Leander à SS. Sacramento, *tom.5.de irregul.tract.2.diſput. 10. quæſt.82.* Quibus non diſſentier Petrus de Ledeſma, *in ſumma tom. 2.tractat.27.cap.11. dub.4.* dum tradit, vendentem ſeu miniſtrantem indifferentia, (qualia ſunt arma) illius abuſuro, etiamſi abſque detrimento omittere poſſit, non peccare lethaliter, ſi alius iam ſit ad peccandum paratus, & actu interno peccauerit. Quod tenent etiam Salonius, & alij, quos ſequitur Manuel Rodriguez *in ſum. tomo 1. in 1.editione, cap.23.num.8.*

2. Emmentiſſimus Caietanus 2. 2. *q* 4. *artic.* 4. Loquens de vendente infidelibus indifferentia: quibus male vſuros, (ad idolorum v.g. cultum) agnoſcit, id concedit licitum: quod probat rationibus, quibus Hurtado vtitur *ſupra* ad excuſandum ab irregularitate vendentem arma: nimirum, (ait Caietanus) quia. [Vendendo iſta indifferentia cum ſcientia, & ſine intentione vſus mali futuri, non dat directè occaſionem peccandi.] Et *infra.* [Malus vſus, qui ſequitur, non eſt reſpectu ſic vendentis voluntarius, ita vt ſibi imputetur, ac per hoc non eſt peccatum.] Quæ fundamenta videntur æquè probare vendentem, ſeu miniſtrantem arma, vt *ſupra,* non peccare lethaliter, & conſequenter ab irregularitate ex delicto liberum eſſe, & ideò ab omni. Quia regularitas ex defectu lenitatis, ab illis tantum incurritur, qui vt miniſtri Iuſtitiæ ad occiſionem concurrunt, vt tradunt plures, apud Dianam 3. *part. tract.5. Miſ. reſol.79.& in Addit.poſt 3.part.reſol.15.* Nihilominus Caietanus *ibidem* contrariam prorſus ſententiam tenet de vendente venenum conſcio de malo vſu futuro, & de vendente balliſtas tempore belli iniuſti. [Quia tenent, inquit, ad impedienda damna præuiſa,] & diſparitatem inter vnum, & alterum caſum reddere conatur; neſcio an ſolidam. Vide in ſimili doctum Machado, *tom 1. lib 3. part.5. tractat.7. document.5.numero 6.* Vbi inquirens: an peccet mortaliter qui habet domum omnibus ludo expoſitam? Reſpondet: (*Probable opinion es que no, fundada en la dotrina de Santo Thomas, y otros muchos que afirma ſer licito miniſtrar, y vender las coſas indiferentes* etiam cum cognitione praui abuſus.) Ludo autem plures contra iuſtitiam abuti, pluraque ex illo præuideri futura damna, quis dubitet? Quod etſi bene notauerit M. Ioannes Martinez de Prado, *tom 2. Theol. mor. capite 29. quæſt.3. §. 3.* tamen contra Sanchez, Dianam, & alios exiſtimat licitum eſſe domum ludo exponere: licet ſubnectat. [Propter peccata, quæ ibi frequenter eueniunt, fatemur, fore iuſtiſſimum, vt ſæpè exterminarentur eiuſmodi domus.] Ergo licet miniſtrans indifferentia, videat alterum, contra iuſtitiam, eis abuſurum; excuſari poteſt à peccato iuxta principia Diui Thomæ, Caietani, & aliorum. Præterquam quod difficile redditur diſparitas, cur ſit obligatio impediendi præuiſa proximorum damna temporalia, qualis eſt mors corporis, non verò ſpiritualia, qualis eſt animæ mors? Quapropter incongruè Caietanus primum affirmat, cum ſecundum neget.

runt. Nec te, mi frater, arbitror, ſic legi tuos libros velle, tanquam Propheṭarum, vel Apoſtolorum.] Hæc Auguſtinus ex quo Caietanus, & ante illum D. Thomas 1.*p.qu.1.art.*8. *ad ſecundum in fine.* Vbi citato Auguſtino, inquit: [Solis enim Scripturarum libris, qui Canonici appellantur, didici hunc honorem deferre, vt nullum Authorem eorum in ſcribendo errasse aliquid, firmiſſime credam. Alios autem ita lego, vt quantalibet ſanctitate, doctrinaque præpolleant, non ideo verum putem, quòd ipſi ita ſenſerunt, vel ſcripſerunt.] Quo ergo iure id exigit Anonymus?

Quarto: Reſpondet Syluester *in ſumma verbo contentio,nu.*4. [Tertio quæritur, quid de contentione diſputationis? Et dico quòd poteſt eſſe mortale tripliciter. Primo: quia eſt contra veritatem. Secundo, quia eſt cum modo exceſſiuè indebito, vel ſcandalo magno, de quo certa regula dari non poteſt, niſi quando interueniunt contumeliæ, vel opprobria; & eiuſmodi, quæ conſtat eſſe mortalia: maximè Religioſis, ratione ſcandali, licet forte interdum intentio non ſit mala, &c.] Hæc Syluester. Contumeliis autem, & opprobriis, (quæ ſigillatim receníere, conſulto prætereo) ſi parcunt ex corde Ieſuitæ, vt conſuetæ modeſtiæ non parcant, æquo animo ſuſtinent, firmantes exemplo, quæ verbis docent, vt nec vnde fidelium profectus, cui toto animo incumbunt, impediri poſſit.

Prædictas vero, aut ſimiles opiniones docere, & conſulere, vt animarum ſalus non impediatur, neceſſarium iudicauit Auguſtiſſimus, pariterque doctiſſimus Prædicatorum Ordo, vt ex illis teſtatur. F. Barnabas Gallego, *in Reſolut. moral. circa tractatum de conſcientia in Prologo ad Lectorem.* Vbi ſic ait. [In eligendis opinionibus, ſtatui apud me illud, quod *in gloſſa prologi noſtrarum Conſtitutionum* adnotatum eſt. Ibi igitur *text. 1. v.* 3. *ad illa verba:*] Cum Ordo noſter ſpecialiter ob prædicationem, & animarum ſalutem, &c. Sic habetur. [Declaramus, quod ita ſunt præcipuè, quæ ſalutem impediunt animarum.] Et annumeratis duobus primis, ſic habetur. [Tertium eſt nimia auſteritas in conſiliis, & opinionibus: terrentur enim homines ex hoc in tantum, vt ſalutem propriam negligant. Quapropter relaxanda eſt, (quantum fieri poteſt) rigiditas, & auſteritas in conſiliis, ac homines benigne tractandi ſunt.] Hactenus in noſtris Conſtitutionibus. Cum igitur hoc à tot religioſiſſimiſque veris noſtri Ordinis declaratum, & decretum fuerit; Ego illis adhærendo non rigidus, & auſteres in eligendis opinionibus ero; ſed benigniores, probabiles, inter Thomiſtas, & alios Doctores, amplectar. Iudicanda ergo eſt benignior opinio illa, quæ conſcientiam ſoluit, quam ea quæ illam ligat. [Hucuſque Gallego. Quod, & ſodales, qui illum præceſſerunt, obſeruarunt (prout *hoc Opuſculo* demonſtratum eſt) vtpotè ſuarum Conſtitutionum obſeruantiſſimi.

Nec minus tutam exiſtimes opinionem, ex eo quod conſcientiam ſoluit. Nam vt bene notauit Syluester, *verb. confeſſio* 1.*n.*3.*q.*2. Licet ſit tutius, v.g. ſtatim habita opportunitate confiteri, quam differre, non tamen tutius eſt, tenere, quod ſic obligemur, quia viri timorati haberent maximas occaſiones peccandi.] Quapropter doctiſſimus M. Serra 2.2.*tom.*2. *in epiſtola ad Lectorem.* (Benigniores, inquit, opiniones, aut amplector, aut earum probabilitatem non reiicio, ne pluribus claudam cœlum, ſed omnibus viam Domini faciliorem demonſtro.) Sic ille Angelici Præceptoris ſententiæ memor aſſerentis *Quodlibeto* 9.*art.*15.*in corp.* [Omnis quæſtio

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
Quæſtionum, quæ in hoc Opuſculo prælibantur.

EX TRACTATV DE PECCATIS.

VTRVM venialis culpa ſit, divinis inſpirationibus non correſpondere.
Vtrum poſſis te inebriare, ad vitandam mortem imminentem, ni propinanti reſpondeas? pag.3
Vtrum ſit diſcrimen, quando metus mortis ab intrinſeco imminet, ac quando ab extrinſeco? Vbi de abortu ad vitandam puellæ mortem? p.4.& 5.n. 2.& 3 & p.108.num.2, & ſequ.
Vtrum liceat mortem alteri deſiderare, non quatenus illi malam, ſed quatenus tibi bonam? Et an etiam tibi deſiderare poſſis? p.7. & 8.
Vtrum cogitationes moroſæ, & verba turpia, ex quibus pollutio in ſomnis futura prævidetur, ejus malitia inficiantur? p.8.
Vtrum liceat pollutionem nocturnam appetere propter delectationem in ſomnis captandam? p.9.
Vtrum pollutio non intenta, ſed præviſa in converſationibus ocioſis, & verbis amatoriis, ſit lethalis? p.10.
Vtrum inter ſponſos de futuro licita ſint oſcula, & amplexus etiamſi cum periculo pollutionis? p.11.
Vtrum ad ſedandum pruritum liceat refricare verenda cum pollutionis periculo? p.13.
Vtrum cum eiuſmodi periculo verenda mundare liceat? p.14.
Vtrum ratione frigidiſſimæ complexionis liceat aliquando alterius ſexus pudenda, aut etiam concubitum viri cum fœmina conſpicere? p.15.
Vtrum ſe exponere periculo peccandi ſit lethale? p.16.nu.5.
Vtrum delectatio moroſa ſit peccatum mortale? p.21.n.10.& p.257.nu.2.& p.266.num.3.
Vtrum ſit contra votum caſtitatis? p.266.num.3.

Vtrum oſcula ob præciſam delectationem illam, quæ ex contactu rei mollis percipitur ſint lethalia? vbi de tactibus in verendis? p.18.

Vtrum oſcula & amplexus ob delectationem veneream, quæ ex ipſis conſurgit, ſint culpa lethalis? p.18.

Vtrum in re venerea detur parvitas materiæ? p.23.

Vtrum furtum ſufficiens ad mortale maius peccatum ſit, quàm ſodomia? pagina 25.

Vtrum Beatiſsima Virgo habuerit debitum contrahendi peccatum Originale? p.274.n.12.& ſeq.

Vtrum D.Thomas in B.Virgine peccatum Originale conceſſerit? p.271.nu. 6.& ſeq.

EX TRACTATV DE OPINIONE PROBABILI.

VTrum poſsis amplecti opinionem, quam falſam, & improbabilem iudicas? pa.27.

Vtrum vir doctus conſultus reſpondere poſsit iuxta aliorum opinionem, ſi falſam iudicet? p.27.num.2.

Vtrum vnius viri docti authoritas ſufficiat ad probabilitatem opinionis? p.28.num.3.

Vtrum opinio de mandato Cenſorum Fidei expuncta, maneat probabilis? ibid.n.4.

Vtrum ſit obligatio eligendi opinionem ſecuriorem, aut probabiliorem? p.29 num.6.& ſeq. præcipuè p.31.num.9.

Vtrum Regis Conſiliarii in imponendis tributis poſsint opinionem probabilem eligere probabiliori relicta? p.33.

Vtrum licitum ſit tributa iuſta non ſolvere? p.35.n.2.& ſeq.

Vtrum ex opinione probabili, quod Deus cum Religioſo profeſſo diſpenſauerit, poſsit matrimonium inire? p.244.& ſeq.

Vtrum ex opinione probabili de morte coniugis liceat ad ſecundas nuptias tranſire? ibid.num.1.

Vtrum ſi pro litigantibus ſint opiniones æquè probabiles, poſsit iudex pecuniam accipere, vt in vnius præ alio fauorem, ſententiam ferat? p.113.

Vtrum vitio vertendum ſcriptori, modo in vnam, modo in contrariam opinionem declinare? p.157.num.5.

Vtrum deroget dignitati Doctoris propriam opinionem retractare? p.253.n.2.& ſeq.

Vtrum ſemper inhærendum doctrinæ Magiſtri? p.246.numer.5.

EX

Digitized by Google

INDEX.

EX TRACTATV DE FIDE.

VTrum fides explicita de myſteriis Incarnationis & Trinitatis ſit medium neceſſarium ad ſalutem? p.36.

Vtrum ſaltem ad obtinendam gloriam, licet non ad gratiam? p.38.num.6. & ſequ.

Vtrum Prælati Regulares poſſint ſibi ſubditos abſoluere ab hæreſi occulta, & ab excommunicatione? p.39.

Vtrum Epiſcopi vigore Tridentini poſſint? p.40.nu.3.

Vtrum Prelati Regulares poſſint abſoluere ſæculares ab hæreſi occulta? pagina 41.

Vtrum confeſſarii Regulares ex aliquo priuilegio id poſſint? ibidem, num.2 & ſequ.

Vtrum hæreſis occulta ſit caſus Epiſcopalis? p.42.n.3.

Vtrum virtute Cruciatæ poſſit abſolui? p.43.num.5.

Vtrum omnis hæreticus externus excommunicationem incurrat? pag.44. num.8. num.8.

Vtrum Fautores & Receptatores hæreticorum per Bullam Cruciatæ abſolui poſſint? p.49.

Vtrum ſit hæreticorum fautor qui non vt hæreticis, ſed vt cognatis aut amicis fauet? p.50.n.2.

Vtrum Bulla Gregorii XV. contra Confeſſarios ſollicitantes ſit in Hiſpania recepta? p.52.

Vtrum qui non poteſt probare Petrum eſſe hæreticum, teneatur illum denunciare? p.45.& ſeq.

Vtrum ſit diuerſa obligatio, quando alicui præcipitur, vt reueles vt teſtis, ac quando vt denunciator? p.46.n.5.& ſequen.

Vtrum teneatur hæreticum denunciare, qui ſibi, vel ſuis damnum futurum timet? p.48.

Vtrum filius teneatur denunciare patrem hæreticum, vxor maritum, & è contra? ibid.n.1.

Vtrum ſit denunciandus confeſſarius, qui in confeſſione tradit pœnitenti Chartam poſtea legendam, in qua ad venerem ſollicitat? p.53.

Vtrum ſit denunciandus, quando ceſſat præſumptio, quod malè ſentiat de Fide? ibid.num.2.

Vtrum ſpes emendæ per correctionem fraternam excuſet ab obligatione denunciandi? ibidem n.3.& p.82.nu.14

Vtrum iã emendatus denunciandus ſit? Et an talis cenſeatur, quando ſacra

Digitized by Google

mentaliter confeſſus, aut jubilaum conſequutus? p.55. n.4.
Vtrum ſit denunciandus, qui de crimine ſollicitationis infamatus non eſt? p.56.
Vtrum pœnitens ab obligatione denunciandi liberetur, ſi eidem confeſſario ſollicitanti confiteatur? p.55. n.4.
Vtrum iudex poſsit ad ſpecialem inquiſitionem procedere, non præcedente infamia? p.57.n.4.& ſeqq.
Vtrum ſit aliud purgatorium præter illud, quod Fide credimus? p.50.
Vtrum animæ detineantur in purgatorio vltra decem annos? p.51.n.3.
Vtrum ſit de hæreſi ſuſpectus, qui propoſitionem in libro Exercitiorum Sancti Ignatij contentam cenſurare attentauerit? p.59.n.2.& ſeq.
Vtrum Pontifex in illorum approbatione errare potuerit? ibid.
Vtrum declarationes Pontificum in Epiſtolis Decretalibus poſsint eſſe falſæ in his, quæ ad mores pertinent? p.176.n.3.& 4.vbi quid requiratur, vt aliquid determinatum ab Eccleſia ſit de Fide? n.2.& 3
Vtrum Pontifex errare poſsit in canonizatione Sanctorum? p.177.n.6. Et quid de approbatione Religionis? p.177.nu.5
Vtrum ſi in odium fidei mater occidatur, infans in vtero moriens ſit verè martyr? p.182. n.18.
Vtrum ex propoſitionibus, quas contra Epiſcopi juriſdictionem defendebant apud Indos Ieſuitæ, fuerit aliqua ab Innocentio X. damnata? p.63.
Vtrum ſit erronea hæc propoſitio. [Erroneum eſt dicere Virginem fuiſſe conceptam ſine peccato Originali?) p.273.n.8.& 9.

EX TRACTATV DE CHARITATE.

VTrum preceptũ amandi Deum obliget extra articulum mortis? p.65.
Vtrum detur ſpeciale præceptum affirmatiuum amoris Dei, & Proximi? p.68.nu.8.
Vtrum vera contritio dari poſsit, quin detur gratia habitualis infuſio, & juſtificatio? p.67.n.5.
Vtrum attritio extra Sacramentum ſufficiat aliquando ad juſtificationem? ibid.nu.6.
Vtrum vt præceptum ſub mortali obliget, opus ſit, quod eius tranſgreſsio ſit contra charitatem? p.143.n.3.
Vtrum ad graue malum vitandum liceat inebriare Authorem? p.70.
Vtrum liceat conſulere minus malum ad vitandum maius? ibidem n 2.
Vtrum forma correctionis fraternæ Matth.18. tradita, ſit de præcepto, an de conſilio? p.71.

Vtrum

Vtrum de actu Pœnitentiæ ſpeciale præceptum inueniatur in lege diuina? p. 72. n. 3.

Vtrum liceat correctione fraterna occultum fratris delictum Prælato, vt Patri denunciare? p. 75

Vtrum Prælatus poſsit judicialiter procedere contra ſubditum fraternè denunciatum? p. 81. n. 11.

Vtrum Prælatus inferior, quando per ſeipſum poteſt ſubditum corrigere, poſsit eius delictum ad Provincialem, vel Generalem deferre? p. 83.

Vtrum fratrem jam emendatum ſuperiori denunciare liceat? p. 84.

Vtrum contumelias proferenti poſsis dicere: Mentiris? p. 86.

Vtrum ad authoritatem alicujus infringendam, liceat in aliquo caſu, falſum crimen illi objicere? ibid. n. 3.

Vtrum comœdiis intereſſe ſit lethale? p. 17. n. 6.

Vtrum vir equeſtris ad duellum prouocatus poſsit illud acceptare? Et an quandoque ad duellum provocare liceat? p. 87. & ſequen.

Vtrum licitum ſit locare domos meretricibus? Et an ſeruis vocare Amaſiam, licet ad peccandum vocari noſcant? p. 91. n. 4.

Vtrum ex bono fine liceat occaſionem peccandi offerre? p. 90. & ſeq. *vbi de marito ſuſpicanti adulterium.*

Vtrum naturalem inimici mortem deſiderare liceat, ad damnum tibi inferendum evitandum? p. 92.

EX TRACTATV DE IVSTITIA ET JVRE.

VTrum Clerico, vel Religioſo licitum ſit occidere calumniatorem de ſe, vel de ſua Religione grauia crimina ſpargere minantem? p. 93.

Vtrum pro defenſione honoris, vel diuitiarum liceat alterum occidere? p. 94 n. 2. & ſeq.

Vtrum liceat occidere illum, qui vadit ad me accuſandum de crimine vero, ſed occulto, ob quod ero infamandus? p. 45. n. 4.

Vtrum liceat occidere inuaſorem, qui fuſtem, vel alapam infligere conatur? ibid. n. 5.

Vtrum ad honorem tuendum liceat invaſorem poſt impactam alapam fugientem inſequi, & repercutere, vel occidere? p. 97.

Vtrum ſi mater ad mortem damnata morbo lethali corripiatur, licitum ſit viuam ſecare, vt infans vi extractus baptizetur? p. 99.

Vtrum liceat marito vxorem, & Patri filiam in adulterio deprehenſam occidere? p. 101. 102.

Vtrum in bello navali liceat aliquando militibus, ignem pulveri adjicere,

& ſe mari committere? p.102
Vtrum ad Beneficia Eccleſiaſtica poſſit eligi dignus omiſſo digniori? p.104.
Et quid ſi curam habeat animarum, aut per concurſum oppoſitorum conferantur? ibid. num.3. & ſeq.
Vtrum teneatur ad reſtitutionem qui in Beneficiis, quæ per concurſum conferuntur, dignum eligit, omiſſo digniore? ibid. num.3. & ſequ.
Vtrum in Prælatum Regularem poſſit dignus eligi, digniore omiſſo? p.107.
Vtrum Chriſtiani captiui ſub Turcarum dominio militantes poſſint, cùm ad nos accedunt Chriſtianorum domos perfringere, & eorum bona deuaſtare, vel ſubripere? p.108.
Vtrum liceat occulta compenſatio cum præiudicio aliorum creditorum? pagina 110.
Vtrum leges præfigentes ordinem reſtitutionis obligent ante iudicis ſententiam? ibidem n.1. & p.111. nu.2.
Vtrum qui ſcripturam de Nobilitate aut hæreditate amiſit, poſſit aliam ſimilem efficere? Vbi an Deus poſſit falſum aſſerere? p.113. n.5.
Vtrum quando litigantes pro ſe habent opiniones æquè probabiles, liceat iudici pecuniam accipere, vt in vnius præ alio fauorem, ſententiam ferat? p.113.
Vtrum electores ad maioratum, vel cathedram poſſint pecuniam accipere, vt vnum præ alio eligant? p.113.
Vtrum ſit contra iuſtitiam non conferre gratis Beneficia Eccleſiaſtica? ibid. num.2.
Vtrum gravi neceſsitate liceat furari? p.281. n.4.

EX TRACTATV DE HORIS CANONICIS.

VTrum qui Officium diuinum voluntariè diſtractus recitat, præcepto ſatisfaciat? p.115.
Vtrum ſaltem ab onere reſtitutionis liberetur? p.116. nu.3.
Vtrum obligatio reſtituendi, quæ non recitantibus ineſt, ante iudicis ſententiam liget? ibid. n.4. & ſequ.
Vtrum qui ſtudio litterarum vacant, præcepto ſatisfaciant, ſi per alium recitent? vel ſaltem ab onere reſtitutionis ſint liberi? p.117. n.5.
Vtrum cæcus qui Horas Canonicas memoriter ſcit, teneatur recitare? Et qui ſolus nequit, adſtringatur ſocium aduocare? ibid. n.6.
Vtrum Moniales & Religioſi profeſsi, qui non ſunt in ſacris, teneantur priuatim Horas Canonicas recitare? ibid. & ſequ.

EX

INDEX.

EX TRACTATV DE SACRIFICIO MISSÆ

VTrum Sacerdos poſſit anticipate celebrare pro eo, quem Deus nouit primum petiturum? p.121

Vtrum liceat duplicatum ſtipendium pro eadem Miſſa accipere? p.122. & ſeq. præcip. p.125. n.7. & 8.

Vtrum decretum Eminentiſſ. Cardinalium circa Miſſarum ſtipendia ſit vſu receptum, & quam vim, vbi receptum fuerit, habeat? p.123. n.3.

Vtrum Sacerdos, etiamſi diues, poſſit à diuerſis perſonis tantum ſtipendij pro vna Miſſa accipere, quantum ad eius congruam ſuſtentationem neceſſarium ſit p.123. n.4. & ſeq.

Vtrum abſolute ſecluſo ſcandalo, plura à diuerſis ſtipendia pro vna Miſſa poſſint accipi? p.123. n.5.

Vtrum Religioſis ex aliquo priuilegio id liceat? p.126. n.9.

Vtrum Sacerdos, cui Miſſæ celebrandæ traduntur, poſſit per alium minore ſtipendio ſatisfacere? p.127.

Vtrum ſuſtinenda ſit conſuetudo illorum, qui dum viuunt, defunctorum Miſſam, & Officium ſibi quaſi mortuis decantari faciunt? p.128. & ſeq.

Vtrum ſacrificium Miſſæ proſit damnatis? ibid. n.2. & 129. n.3.

Vtrum ex opere operato remittat lethalia eorum pro quibus offertur? p.129. n.4.

Vtrum celebrare liceat abſque Miniſtro? Et an in locis non conſecratis? p 132. num.6. & ſeq.

Vtrum virtute Cruciatæ poſſit quiuis erigere Oratorium, in quo ab Ordinario approbato, Miſſam celebrari faciat? ibid. n.8.

Vtrum præcepto ſatisfaciant; qui aſſiſtunt ſacro ab Offertorio vſque ad Benedictionem? Et quid ſi vſque ad finem Miſſæ? p.130.

Vtrum colloquentes inter audiendum ſacrum, præcepto ſatisfaciant? p.131. num 5.

Vtrum non audire ſacrum in diebus feſtis ſit peccatum lethale? ibidem num.4.

EX TRACTATV DE IEIVNIO.

VTrum habentes priuilegium edendi oua, & lacticinia in Quadrageſima, poſſint edere lardum, & ſagimen? Et quid de non habentibus priuilegium? p.133. & ſeq.

Vtrum pueri vſque ad duodecimum annum poſſint oua, & lacticinia, imo, & carnes in diebus prohibitis comedere, & ſimiliter alia Eccleſiæ præcepta

cepta

cepta non ſeruare? p. 134. num. 3.
Vtrum in collatione ſerotina liceat ſumere quartam partem eorum, quæ ad cœnam ſufficere ſolent? Vbi de quantitate conſuetudine permiſſa? p. 134. & 136. num. 4.
Vtrum in vigilia Natiuitatis liceat collationem pro ea introductam manè ſumere, rejecta in veſperas integra refectione? p. 148
Vtrum in vigiliis Reſurrectionis & Pentecoſtes, liceat collatio ſerotina in ea quantitate, quæ in vigilia Natiuitatis? p. 149. n. 3.
Vtrum ova lacticinia, & piſces in collatione liceant? p. 135. n. 2.
Vtrum in diebus jejunij duæ vnciæ communis cibi ſint materia parva? pag. 136. num. 4.
Vtrum potio vulgo [Chocalate] frangat jejunium? pag. 137. numer. 5. & ſequent.
Vtrum in jeiunio naturali ad communionem requiſito detur materia parua? p. 138. n. 10.
Vtrum ad violationem jejunij naturalis requiratur, quod cibus fuerit ori immiſſus poſt mediam noctem? ibid.
Vtrum ſi vnum tantùm ſit horologium, & benè regulatum, poſſit tamen probabiliter credi plus quàm hora quadrante à veritate deviare? Vbi an detur materia parva in quantitate temporis? pagina 139. numer. 11. & ſequent.
Vtrum in eſu carnium in diebus prohibitis admittenda ſit materia parua? p. 136. num. 4.
Vtrum ſutores, ſartores, & barbitonſores, fabriferrarij, & foſſores teneantur jeiunare? Et quid ſi aliquo die non laborent? p. 140.
Vtrum mulieres pregnantes, & Lactantes excuſentur à jeiunio? Et an à prohibitione carnium? p. 141. & ſeqn.
Vtrum in iure inveniatur præceptum prohibens ova, & lacticinia in jeiuniis Quadrageſimæ? p. 144.
Vtrum Religioſis oua, & lacticinia, ex aliquo Priuilegio, in Quadrageſima liceant? p. 147. n. 7.
Vtrum, ſi contemptus deſit, peccatum mortale ſit frangere jeiunium Eccleſiæ, & quid de aliis præceptis? p. 143. & ſeq.
Vtrum detur in iure præceptum jeiunii obligans ſub mortali? pagina 145. num. 4.
Vtrum velle ſæpius comedere in die Ieiunij excuſari poſſit à lathali? pagina 142.

INDEX.

EX TRACTATV DE SIMONIA.

VTrum pacto expreſſo ſe obligare ad aliquid temporale pro ſpirituali ex gratitudine conferendum, ſimonia labe inficiatur? p.149.
Vtrum abſque ſimonia poſsit temporale donum conferri collaturo Beneficium, interueniente pacto de collatione ex gratitudine efficienda? pagina 152. *num.*6.
Vtrum ſimonia de ſolo iure Eccleſiaſtico inducat pœnas in iure impoſitas? p. 153. *num.*7. *in fine.*
Vtrum temporale, quod ſpiritualibus admiſtum eſt vendi poſsit abſque ſimonia? ibid. num.8.
Vtrum ſit excogitabilis caſus, quo liceat emere Sacramentum, & gratiam ſacramentalem? ibid. n.9.
Vtrum committat ſimoniam, qui emit Beneficium animo non ſoluendi? pag. 154. *num.*10.
Vtrum liceat reſignare Beneficium cum duplici pacto, alio penſionis, alio ſimultaneo illam caſſandi? p.153. num.7.
Vtrum ſit contra iuſtitiam Beneficia Eccleſiaſtica non conferre gratis? pagina 113. *num.*2.
Vtrum ſit ſimonia dare alicui pretium, vt mediatè, vel immediatè apud collatorem Beneficii intercedat, & quid ſi tantùm, vt merita nota illi faciat? p.154.
Vtrum Prælatura Regularis ſit Beneficium Eccleſiaſticum? pag.155. *num.*2. *& ſequ.*

EX TRACTATV DE VSVRIS.

VTrum liceat mutuanti aliquid vltra ſortem exigere ratione periculi in ea recuperanda? p.158.
Vtrum ratione periculi pecunia amittenda, liceat cariùs vendere dilata ſolutione? p.159. num.3.
Vtrum propter expectationem ſolutionis liceat aliquid vltrà ſortem exigere tanquam debitum ex iuſtitia? p.160, n.6. & p.161. n. 9. *in fine.*
Vtrum mutuare cum pacto, vt aliquid vltra ſortem ex gratitudine conferendum ſit, fieri poſsit abſque ſimonia? p.161. num.10.
Vtrum ad firmitatem prædictæ promiſsionis liceat exigere inſtrumentum publicum, ſeu obligationem ciuilem? ibid. & p 162. & ſeq.
Vtrum ratione obligationis non repetendi mutuum intra certum terminum liceat aliquid vltra ſortem exigere? p.160, num.7. & ſeq.

Vtrum liceat mercatori merces credito vendere pretio ſummo, & ſtatim numerata pecunia emere pretio infimo? p.163.

Vtrum valentes 100. *poſſint emi pro* 67. *& an pro* 50. pag. 164. num. 4. *& ſeq.*

Vtrum liceat tradere ad lucrum pecuniam exigendo 20. *pro* 100. *Vbi quantum lucri exigi poſſit?* p.166. *& ſequ. &* p.170. n.10. *& ſeq.*

Vtrum Montes pietatis, in quibus aliquid vltra ſortem exigitur pro conductione domus, & miniſtrorum ſalario, ſint vſuraij? p.167. num. 5. *& ſeq.*

Vtrum debita in poſterum ſoluenda, licet abſque difficultate exigibilia, poſſint anticipate minoris emi? p.168. n.7.

Vtrum qui debet centum ſoluenda in fine anni, ſatisfaciat ſoluendo creditori petenti nonaginta in principio anni? p.169. num. 8. *& ſeq.*

Vtrum Tabernariis liceat vinum aqua miſcere, & agricolis triticum paleis, & communi pretio vendere, ſi deteriora non reddantur aliis, quæ communiter venduntur? p.172.

EX TRACTATV DE BAPTISMO.

Vtrum in caſu extremæ neceſſitatis liceat baptizare ſub conditione aqua roſacea? p.174.

Vtrum ſudore, & ſaliua? p.175.

Vtrum ſit de fide Baptiſmum in ſudore, aut ſaliua confectum, eſſe nullum? pag.176. num.2. *Et quid de Baptiſmo confecto in nomine Chriſti tantum?* p.178. num.8.

Vtrum Baptiſmum ex aliquo defectu ſubſtantiali nullum, Deus ſuppleat quoad effectum gratiæ? p.179. n.9. *& ſeq.*

Vtrum paruuli ſine Baptiſmo decedentes ſalui fiant? pag.180. num.12. *& ſeq.*

Vtrum matrem ad mortem per iudicem damnatam, ſi morbo lethali corripiatur, viuam ſecare liceat, vt infans Baptizetur? p.99.

Vtrum vitam corporalem teneatur, ex charitate, periculo exponere, ne infans ſine Baptiſmo decedat? p.100 nu.4.

Vtrum matre in odium fidei occiſa, infans in vtero exiſtens martyrij laureola coronetur? p.182. n.18.

Vtrum aqua mixta aliena ſubſtantia, etiam ſi in quantitate æquali, ſit materia ſufficiens Baptiſmi? p.238. n.2.

Vtrum poſſit dari Baptiſmus ſanguinis abſque Baptiſmo Flaminis? p.181. num. 15. & 16.

Vtrum

Digitized by Google

Vtrum intentio ſuſcipiendi Baptiſmum requiratur in adulto ex neceſſitate Sacramenti? p.182. n.17.

EX TRACTATV DE POENITENTIA.

Vtrum liceat interrogare pænitentem de complice in ordine ad huius correctionem? p.183.

Vtrum ſit obligatio confitendi peccata dubia? p.187. *& quid de mortalibus certis mere internis?* p.189.n.4.

Vtrum teneatur confeſſionem iterare, qui confeſſario minori excommunicatione ligato confeſſus eſt? p.180.n.2.

Vtrum circumſtantiæ notabiliter aggrauantes, intra eamdem ſpeciem, ſint neceſſario confitendæ? p.214.& 251.n.2.

Vtrum ſit in confeſſione explicandum, an fœmina fuerit infidelis, v.g. Iudæa, Mahometana, &c. p.191.

Vtrum qui cum matre carnalem copulam habuit, ſatisfaciat ſe accuſando de inceſtu, occultando gradum? p.192.num.3.

Vtrum qui opera in pænitentiam iniuncta exequitur, animo non adimplendi pænitentiam, eam nihilominus adimpleat? Et quid de aliis operibus præceptis? p.193.

Vtrum pænitens teneatur ad pænitentiam ſemel acceptatam adimplendam? p.194.num.3.

Vtrum poſſit per alium adimplere? ibid.num.4.

Vtrum confeſſarius poſſit pœnitentem obligare, vt ſibi complicem reuelet, & aliter abſolutionem denegare, & quid ſi pænitens offerat per ſe correcturum? p.195.& ſeq.

Vtrum qui vno ictu decem occidit, vnum tantum peccatum committat. Vbi an numerus occiſorum ſit in confeſſione explicandus? Et quid ſi eadem voluntate plures ſucceſſiuè occidat? p.196.& ſeq.

Vtrum qui vna nocte plures coitus cum eadem fœmina habuit, plura peccata in confeſſione explicanda commiſerit? Quid ſi cum diuerſis? Et quomodo confiteri debeat? p.198. n.4.& ſeq.

Vtrum in peccatis contra naturam, explicari debeat in confeſſione, an pollutio? An ſodomia? An beſtialitas? An ſufficiat dicere, peccaui contra naturam, an procuraui pollutionem? p.200.n.3.& ſeq.

Vtrum in peccato ſodomiæ explicandum ſit, an cum viro, an cum fœmina? ibid.n.1.

Vtrum an patiens, an agens fuerit? p.202.

Vtrum in peccato beſtialitatis explicanda ſit ſpecies animalis? An mula,

an equa? p.200.
Vtrum defloratio virginis ſponte conſentientis habeat malitiam diſtinctam à ſimplici fornicatione? p.203.
Vtrum puella vi oppreſſa teneatur voce, aut manibus reſiſtere? pagina 204. num.3.
Vtrum fornicatio, pollutio voluntaria in Eccleſia, ſi fuerit occulta, participet malitiam ſacrilegij in confeſsione explicandam? p.240.
Vtrum tactus impudici in Eccleſia, abſque periculo pollutionis, contineant malitiam ſacrilegii? p.206.
Vtrum habens copulam cùm ſoluta ſatisfaciat in confeſsione dicens: commiſi cum ſoluta grave peccatum contra caſtitatem? pa.208.
Vtrum coniugatus, qui moroſè delectatur circa ſolutam, teneatur circumſtantiam matrimonii in confeſsione explicare? p.257.
Vtrum coniugatus coïtum habens cum coniugata ſatisfaciat dicens: commiſi adulterium? p.263.
Vtrum voto caſtitatis adſtrictus, ſi alium tactibus polluat, teneatur voti circumſtantiam in confeſsione explicare? p.266.n.2.
Vtrum Sacerdos, vel Religioſus qui moroſè tantùm delectatur, teneatur confiteri circumſtantiam voti? p.266.nu.3. *Et quid ſi fornicationem commiſerit?* p.267.num.4.
Vtrum qui mille aureos furatus eſt, ſatisfaciat in confeſſione dicens: furatus ſum quantitatem gravem? p.214.
Vtrum confeſſarius qui ex ignorantia grauiter culpabili non cogit pœnitentem reſtituere, teneatur ad reſtitutionem? p.207.
Vtrum Prælatus Regularis non approbatus ab Ordinario ſit eligibilis virtute Cruciatæ ad ſæcularium confeſsiones? Et quid de graduatis in Theologia vel Iure Canonico? p.156.n.2.& p.157.n.6
Vtrum qui ex confeſsione novit pœnitentem ad prælaturam indignum poſſit ei ſuffragium denegare in electione gratuita, aut illum amovere ab Officio ad nutum amovibili? p.209.& ſeq.
Vtrum in confeſsione explicari debeat ſpecies peccati, de quo memoria occurrenti delectatus es? pa.32.num.4.
Vtrum revelare in ſpecie peccatum veniale pœnitentis, v.g. mendacium officioſum, ſit peccatum lethale contra ſigillum? p.211.num.3.
Vtrum ſit contra ſigillum dicere: Petrus mihi peccata ſua confeſſus eſt, & ego eum non abſolvi? ibid.num.4.
Vtrum confeſſarius reprehenſus, quod vſurarii confeſsionem audierit, reſpondere poſsit: non abſolvi? ibid.

Vtrum

Vtrum quando meretrix publica eſt, liceat confeſſario dicere, confeſſa eſt mihi de ſuo meretricio, & ego eam abſolvi? ibid.
Vtrum, ſi pœnitens abſque propoſito emendæ confiteatur, ſit contra ſigillum, peccatum illius revelare? p.212.num.6.
Vtrum confeſſarius teneatur ſub ſigillo occultare peccatum complicis, quod pœnitens abſque neceſſitate in confeſſione revelavit? ibidem numero 8.
Vtrum fautores hæreticorum abſolvi poſsint virtute Cruciatæ? p.49.
Vtrum habens beneficium curatum poſsit ſimplicem Sacerdotem in confeſſarium ſibi eligere? p.213.
Vtrum poſsit pro Parochianorum confeſſionibus illum exponere? pag.214. num.3.
Vtrum poſsit abſolvi, qui in abſentia confeſſarii confeſſionem petiit? Et quid ſi confeſſarius accedens mortuum inveniat? p.218. & 220.
Vtrum moribundus, qui nec confeſſionem petiit, nec ſignum contritionis dedit poſſit abſolvi? p.221
Vtrum laicus in caſu neceſſitatis poſſit eſſe miniſter Sacramenti pœnitentiæ. Ita vt ei confeſsio fieri poſsit, & Deus abſolutionis defectum ſuppleat, conferendo gratiam & remiſſionem peccatorum? p.229.nu.4.
Vtrum Beatiſſima Virgo habuerit Confeſſorem, à quo virtute abſolutionis gratiam ſacramentalem obtinuerit? p 276.num.14.& ſeq.

EX TRACTATV DE EVCHARISTIA.

Vtrum laicus in caſu neceſſitatis poſsit ſibi, & aliis Euchariſtiam ſubminiſtrare? p.227.& ſeq.
Vtrum Euchariſtia ſit Sacramentum neceſſitatis, ſicut Baptiſmus, & Pœnitentia? p.229.n.4.& 5.
Vtrum Sacerdos in articulo mortis poſſit abſque celebratione conſecrare, ut Euchariſtiam ſumat? p.230.num.6.
Vtrum qui ſub vtraque ſpecie communicant, maiorem gratiam recipiant? pag.231.
Vtrum ad recipiendam Euchariſtiam ſit neceſſe, peccata dubia confiteri? p.232.
Vtrum dubitans an poſt mediam noctem comederit, poſſit eo die communicare? p.233.num.3.
Vtrum detur quantitas parva temporis, cuius cauſa liceat communicare, etſi poſt mediam noctem cibum ſumpſeris? p.139.num.11.

Vtrum potus aqua communionem impediat? Et quid de cibo, qui aſſumitur per modum medicinæ? p.138.n.10.
Vtrum qui ſperat confeſſarium, cui deuotius confitebitur, poſſit non præmiſſa lethalium confeſſione communicare? p.233. n.5.
Vtrum, licet idoneus confeſſarius adſit, poſſit quis ad Euchariſtiam accedere, non præmiſſa lethalium confeſſione? pagina 234. numero 6. & ſequent.
Vtrum in articulo mortis teneantur fideles ſub mortali Euchariſtiam ſumere? Vbi an præceptum communionis ſit diuinum? pagina 236. & ſequent.
Vtrum ſuccus elicitus ex vuis paſsis ſit materia conſecrationis? p. 238.
Vtrum hoſtiæ rubeæ, quibus literæ obſignari ſolent, ſint conſecrationis materia? p.239.
Vtrum panis debeat eſſe triticeus? Et an ex aqua naturali confectus? p.240. num.4.
Vtrum Chriſtus Dominus Sacramentum Euchariſtiæ inſtituerit, poſt benedictionem panis? p.241.n.6.

EX TRACTATV DE MATRIMONIO.

VTrum ſit lethale recipere ſacramentum matrimonij in peccato mortali? p.241.
Vtrum accipere Subdiaconatum, vel Diaconatum, vel Epiſcopatum in peccato mortali, ſit mortale? p.143.n.5.& 6.
Vtrum ex opinione probabili, quod Deus cum Religioſo profeſſo diſpenſauerit ad contrahendum matrimonium, liceat illi contrahere? pag.244. & ſequ.
Vtrum ex opinione probabili de morte coniugio, poſsit ſuperſtes ad ſecundas nuptias tranſire? ibid.num.1.
Vtrum Pontifex poſsit cum Religioſo profeſſo diſpenſare ad matrimonium contrahendum? p.245.n.3.
Vtrum voti ſolennitas dirimens matrimonium ſit de iure naturali, & diuino, an ex ſola Eccleſiæ conſtitutione? p.246.n.6.& ſeq.
Vtrum Epiſcopus ex vi ſui muneris poſsit matrimonium ratum diſſoluere? p.249.
Vtrum in ſua Diœceſi, quod Papa in toto Orbe? Vbi an indulgentias concedere, & matrimonij impedimenta ſtatuere? ibidem numero primo, & ſequ.

Vtrum

Vtrum liceat coniugatis coitum ſodomiticum incipere animo conſumandi intra vas naturale? p.250.
Vtrum ſaltem perfricare verenda circa vas præpoſterum? p.251.
Vtrum coniuges poſſint abſque lethali propter ſolam voluptatem, deoſculari adinuicem pudenda? p.252.
Vtrum ſecluſo pollutionis periculo, ſit lethale membrum virile in os vxoris immittere? p.253.
Vtrum coniugibus liceat in aliquo pulchro obiecto delectari ad excitandam copulam? p.258.n.3.
Vtrum coniugatus qui abſente vxore, ſe ipſum abſque pollutionis periculo, ob delectationem in pudendis tangit, delinquat mortaliter? pagin.258. *Quid ſi adſit diſtillatio? Et an tactibus illam procurare poſſit?* p.259.n.4.
Vtrum cognatio ſpiritualis inter coniuges poſt matrimonium ſciente contracta debiti petitionem impediat? p.262.
Vtrum, viro poſt ſeminationem à copula recendente, liceat vxori tactibus ſe prouocare ad effuſionem? Vbi an etiam marito eam prouocare liceat? p.261.
Vtrum vxor paulo ante copulam poſſit tactibus ſe prouocando ſeminare? ibid. num.3.
Vtrum qui voto abſoluto caſtitatis impeditur matrimonium contraxit, poſſit vbi ſemel conſummauit, petere deinceps debitum? p.265.
Vtrum teneatur puellam ducere, qui ſub vera matrimonij promiſſione eam deflorauit? p.131.n.4.
Vtrum ad conſummationem matrimonij, fœminæ ſeminatio requiratur? p.269.num.2.
Vtrum fœmina concurrat ad generationem ſubminiſtratione ſeminis? ibid. num.2.& ſeq.
Vtrum B. Virgo in Conceptione Chriſti Domini ſic concurrit, abſque vlla inordinatione? p.268.
Vtrum, antequam deſponſaretur, emiſerit votum abſolutum virginitatis? p.267.num.5.& 6.

EX TRACTATV DE CENSVRIS.

VTrum Clericus minori excommunicatione ligatus poſſit licite Sacramenta adminiſtrare? p.279.
Vtrum fœminæ ingredientes monaſteria virorum excommunicationem incur. an

incurrant? *ibidem.*

Vtrum Religioſus, qui ad alendos parentes in gravi neceſſitate conſtitutos clauſtra reliquit, poſſit habitum dimittere, ſi aliter eis ſubvenire nequeat? p.281

Vtrum excommunicationem incurrant Clerici, qui diſtrictis gladiis ſe invadunt, ſi ictus in ſe contectos vterque retundat, ita vt Clerici perſonam non attingant? p.283.

Vtrum qui veneno in potu, vel cibo Clericum occidit, excommunicationem incurrat? p.284.

Vtrum Religioſus qui electores pecunia corrumpit, vt regularem prælaturam obtineat, excommunicationi ſubjaceat? p.155.

Vtrum ſit irregularis, qui arma petenti ad occiſionem ſubminiſtrat? p.284.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PRO-

Digitized by Google

Digitized by Google

6-4